SELECTARUM ROTÆ FLORENTINÆ DECISIONUM THESAURUS EX...

1 . 2 . 75

SELECTARUM ROTÆ FLORENTINÆ *DECISIONUM* THESAURUS

EX BIBLIOTHECA

IOHANNIS PAULI OMBROSI

IURISCONSULTI ET IN FLORENTINA CURIA

ADVOCATI

Tom. VII.

CUM INDICE MATERIARUM

LOCUPLETISSIMO.



FLORENTIÆ · MDCCLXXIX.

EX TYPOGRAPHIA BONDUCCIANA

Sub Platea Sancti Apollinaris

CENSORIBUS APPROBANTIBUS.

ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO VIRO

FRANCISCO SIMINETTO

PATRICIO FLORENTINO

ETRUSCI ORDINIS STEPHANIANI EQUITI ET FLANDRIÆ PRIORI

PETRI LEOPOLDI ARCHIDUCIS AUSTRIÆ

REGII HUNGARIÆ ET BOHEMIÆ PRINCIPIS

MAGNI ETRURIÆ DUCIS

A SANCTIORIBUS STATUS CONSILII ET APUD SENENSES LOCUMTENENTI

IOANNES FRANCISCUS BARTOLINI

SEptimum hoc Volumen forensium controversiarum res iudicatas, antehac dispersas, nunc autem, ut quæ ex clarorum Virorum huius inclitæ Rotæ sententia in controversiis iisdem dirimendis decreta fuerunt, innotescant, in unum meo studio collectas, & argumentis, &, quæ vocant, summariis, & indicibus adauctas continens, Nomini Tuo, Vir amplissime inscribere audeo, ut Te patrono, atque auspice in lucem prodeat. Id ut alacrius faciam animum addidere eximiæ quibus ornaris virtutes, & præsertim incredibilis illa humanitas, atque benignitas, quæ tanta est ut quin ipse in tuam clientelam me, meaque omnia læta fronte sis recepturus minime dubitem. Tanta autem est merito-

ritorum tuorum, ac recte factorum celebritas, atque fama, tanta virtutis opinio ut nemo anceps esse possit, an ea quæ sub tuo nomine lucem aspiciunt approbatione, atque plausu digna videantur. Satis enim aliis videretur ad nominis celebritatem comparandam, quod a Familiis Patritiis orti, clarissimis cognationibus fulfulti, nobilitatem generis ostentare possent amplissimam. Tu vero huiusmodi fortunæ muneribus minime acquiescis; nam te non latet quod qui avitis titulis gloriantur, atque superbiunt, aliena decora usurpant non propria. Profecto pro tua prudentia, iudicii maturitate, gravitate morum, concivium venerationem, & exterorum laudem promeritus es. Quamobrem vel hinc etiam satis apparet, quam sapienti ratione usi fuerunt Magni Etruriæ Duces Franciscus Romanorum Imperator fœl. record. & optimus omnium Princeps Petrus Leopoldus cum te gravissima munera obire voluerunt, eaque cumulaverunt honoribus, quos in honestissimos tantummodo sapientissimosque conferre consueverunt. Nam primum Præses Provinciæ, deinde ab eisdem Magnis Etruriæ Ducibus Supremo eorum Consilio, & Stephaniano Ordini a Secretis es renunciatus, & inter Consiliarios Viros adscitus. Nunc vero antiquissimæ simul, ac florentissimæ Senensium Civitati optimi Principis Locum-Tenens, mores suavissimos, iustitia, atque clementia, ut ita dicam, prope divina, communi iudicio exprimis. Equidem, Vir amplissime, qum bonis istis, virtutumque præmiis, quibus ita ornaris ut maioribus in diem virtutum gradibus, atque incrementis ostenderis, campus aperiatur, mirifice gratulor, & Deum opt. max. deprecor, ut te Principi, ac Patriæ, Civibusque tuis in diuturna tempora sospitet. Et sicuti hoc opus offerre tibi constitui, non tam ut ei doctum darem patronum, atque dignissimum, quam ut observantiæ meæ pignus tibi aliquod exhiberem, ita pro humanitate Tua huic labori meo faveas, atque id efficias, ut officium erga te meum non ingratum, aut iniucundum, & importunum extitisse videatur.

Dabam Florentiæ nonis Octobris anni 1779.

INDEX ARGVMENTORVM SINGULARUM DECISIONUM

QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

DECISIO I.

Florentina Fideiussionis 8. *Decembris* 1620. *cor. Audit. Antonio Diaspinto*. pag. 1.

ARGUMENTUM.

AN & quando principali obligatione annullata, Fideiussoria etiam corruat.

DECISIO II.

Florentina Statutaria 29. *Octobr.* 1621. *cor. Aud. Nicolao Fantonio de Riccis*. p. 5.

ARGUMENTUM.

AN & quando creditor *concordiæ*, iuxta statutariam dispositionem, dissentiens, possit contra fideiussorem Debitoris, & contra Tertium Possessorem Bonorum sui debitoris sibi hypothecatorum agere pro sui crediti satisfactione.

DECISIO III.

Florentina Fideiussionis, *seu Immissionis* 14. *Sept.* 1691. *coram Aud. Alexandro Bellutio* p. 14.

ARGUMENTUM.

FIdeiussor an & quando censeatur liberatus a fideiussione. Qualis debeat esse novatio contractus ad eum liberandum. Solutionis tempore peracto debet fideiussor intra 15. dies contra debitorem agere ut eum liberet, alias non censetur liberatus. Negligentia creditoris in exigendo si debitor non solvendo sit factus an, & quando fideiussorem liberet. Statutum Florent. rubr. 59. beneficium excussionis tollit. De opinione Rotæ ad fideiussionem præscribendam requiritur lapsus 36. annorum, & quando, & quomodo

do interrumpatur. Bestiamina deciditur esse fructifera ad rationem quinque pro centenario. Expressione fortis fructus veniunt, licet Sententia non loquatur de illis.

DECISIO IV.

Florentina Effossionis Cretæ 12. *Sept.* 1692. *cor. Audit. Ænea Cavalcanti*. p. 24.

ARGUMENTUM.

FOdinæ lapidum, arenæ, cretæ, auri &c. Emphyteutæ acquiruntur qui eas fodere potest, salva favore Domini emendatione damni, maxime quando ex effossione cretæ, vel arenæ fundi utilitas exoritur.

DECISIO V.

Florentina Ususfructus 15. *Iunii* 1714. *cor. Aud. Antonio Philippo Vergelli* p. 34.

ARGUMENTUM.

AN Usufructuario universali spectent fructus prædii a Testatore conducti, & an eos, vel eorum æstimationem cogatur restituere hæredi proprietario finito usufructu.

DECISIO VI.

Florianen. Donationis 13. *Septem.* 1715. *cor. Audit. Manilio Urbani* p. 49.

ARGUMENTUM.

AN & quando donatio censeri debeat facta occasione certi, & determinati matrimonii, ubi an & quando in ista donatione remissæ censeantur solemnitates a Statuto requisitæ circa solemnitates mulierum.

DECISIO VII.

Galeaten. Prætensæ Successionis, et Dotis 15. *Decemb.* 1716. *coram Canc. Bartholomæo Arcbi* p. 64.

ARGUMENTUM.

MAgistrali calamo examinatur an Statutum Florentinum eiusque reformatio derogasse censeatur dispositioni famigeratæ *Leg. fœminæ*, & pro derogatione deciditur, ubi plures auctoritates, & res iudicatæ contrarium tenentes, vel inapplicantur, vel conciliantur.

DECISIO VIII.

Florentina Executionis Sententiæ 18. *Iunii* 1717. *cor. Canc. Bartholomæo Arcbi* p. 84.

ARGUMENTUM.

AN & quando ad effectum retentionis valide dicantur probata melioramenta, ubi quæ probatio requiratur, & quando assignari debeat terminus ad liquidandum, vel potius danda sit cautio de reficiendis iis quæ probata fuerint, & de genere refectibilium.

DE-

DECISIO IX.

ARGUMENTUM.

SUccessor singularis, an & quando teneatur stare locationi, declaratur.

DECISIO X.

ARGUMENTUM.

APoca privata carens requisitis *L. scripturas C. qui pot. in pign. hab.* & in specie subscriptione debitoris si aliunde sit iustificata ex coniecturis, præsumptionibus, & scripturis, non tam in veritate, quam in tempore, an cum instrumento concurrere valeat, & gaudeat privilegio anterioritatis. Dos, an & quando gaudeat privilegio prælationis adversus anteriores creditores, & potissimum in bonis postea quæsitis, & quando concurrit cum alia dote.

DECISIO XI.

ARGUMENTUM.

DE mandato, & de obligatione tam Mandantis, quam Mandatarii, & de actione tam Mandanti, quam Mandatario competente. Quando mandatum dicatur ad certum diem, tempus, & actum constitutum, seu potius indefinite, & illimitate conceptum, prout in præsenti resolvitur. Plura quoque traduntur in subiecta materia, ex quibus excluditur excessus in executione mandati, & probatur diligentia Mandatarii. Explicatur *Textus in Leg. boves* §. *hoc sermone ff. de verb. signif.* ubi sermo simpliciter prolatus de primo actu intelligitur, & ex pluribus limitationibus adductis a regula receditur.

DECISIO XII.

ARGUMENTUM.

FIdeicommissum in solo casu contraventionis, ex quibus dicatur inductum. Donatio de sui natura est ad hæredes transitoria etiam si sit conditionalis, vel onerosa, & donatarius ante implementum decesserit, ac etiam si facta sit ad vitam, vel cum taxativa *tantum*, quæ alium operatur effectum quam exclusionis transmissionis ad hæredes. Maxime stante clausula constituti, & alia *pro se hæredibus, & successoribus* etiam cœterata, sive prolata a Donante, sive a Donatario, & quæ sit differentia cum talis

talis clausula profertur a Donante, vel a Donatario. Donatio præservativa fideicommissi facti, vel faciendi subiacet omnibus conditionibus fideicommissi, nec abdicat a donante facultatem disponendi de Bonis donatis, & prout latius in Decisione.

DECISIO XIII.

Eadem Florentina Pratensi Fideicom. eod. die, & anno cor. eod. p. 158.

ARGUMENTUM.

IN hac Decisione respondetur obiectis adductis contra ea, quæ firmata sunt in Decisione præcedenti.

DECISIO XIV.

Florentina Admissionis Recursus 26. Martii 1722. coram Canc. Bartholomæo Archi. p. 171.

ARGUMENTUM.

AGitur de nullitate obligationum filiorum fam. attenta dispositione Statuti Florentini *rubr.* 110. *lib.* 2. *& Leg. anni* 1471. ubi an comprehendat casum quo filius familias recipiat *a mostra*, & fule an, & quando sit in delicto, & de restitutione teneatur.

DECISIO XV.

Cosmopolitana Pecuniaria 8. Maii 1722. cor. Aud. Antonio Gabriele Culderono. p. 181.

ARGUMENTUM.

QUamvis mutuum debeat esse gratuitum, & ex eo regulariter nullum debeatur interesse, nihilominus ratione lucri cessantis, & damni emergentis permissum esse ex eo percipere fructus, & interesse, communis est opinio Doctorum in Foro recepta, & potissimum quando ab initio in contractu conventum fuit inter mutuantem, & mutuatarium certum interesse verisimile, & prudentis Iudicis arbitrio rationabile attentis circumstantiis Loci, Regionis, & Personarum. Fortius quando interesse insimul cum sorte fuit a mutuatario sponte solutum cum longa acquiescentia: in quo casu nulla via aperta remanet mutuatario pro repetitione, sive imputatione, neque ab eo excipi potest defectus probationis occasionis proxime investiendi pecunias, & probationis requisitorum, *Paul Castrens. in Leg.* 3. §. *fin. ff. de eo quod certo loco*.

DECISIO XVI.

Florentina Locationis 5. Maii 1722. cor. Aud. Petro Francisco Mormorai. p. 189.

ARGUMENTUM.

EXaminatur rubr. 110. Statut. Flor. & Reformatio anni 1471. de consensu patris in obligatione filii, & an & quando fuerit pro integranda persona filii, vel pro eius lucro, vel damno.

DE-

DECISIO XVII.

Pomarancen. Donationum, *&* *Testamenti Ianuarii* 1723. *cor. Aud. Iacobo De Comit.* p. 196.

ARGUMENTUM.

NON comprehenditur in donatione quod non est in dominio donantis, quo casu dominium est concludenter probandum, nec attenditur depositio testium; Et possessio donantis ad titulum ususfructus refertur; Nec descriptio estimi, quæ vel refertur ad usumfructum, vel non probat dominium in præiudicium tertii. Statutum Florentinum excludens filias dotatas a consecutione legitimæ ab hæreditate matris intelligitur existentibus filiis masculis, vel descendentibus ex eis. Statutum prohibens matri de dote disponere in præiudicium filiorum, intelligitur durante matrimonio. Disponens de dote verbis *senza pregiudizio della figlia*, intelligitur suppositive. Ut lapsus temporis solutionem inducat aliæ coniecturæ requiruntur. Defectu solemnitatum donatio liberis facta non infringitur, non obstante quod inter eos equalitas servata non fuerit, quæ materia facti, & iuris circumstantiis declaratur.

DECISIO XVIII.

Florentina Salarii 3. *Septembris* 1723. *cor. Audit. Manilio Urbani*. p. 205.

ARGUMENTUM.

SAlarium Famulorum, vel Famularum an debeatur etiam non conventum iuxta loci consuetudinem. Creditum salarii eorumdem quanto tempore præscribatur, & quando præsumatur solutum. An pro eo competat tacita hypotheca super bonis debitoris cum privilegio prælationis adversus omnes alios illius creditores expressam habentes hypothecam anteriorem non solum pro ultimo anno, sed etiam pro aliis annis antecedentibus, & an super iisdem bonis detur Salvianum contra tertium possessorem.

DECISIO XIX.

Florentina Depositorum 26. *Novembris* 1726. *cor. Aud. Iacobo De Comitibus*. p. 224.

ARGUMENTUM.

ACtio depositi etiam irregularis, compensationem non admittit, cuius restitutio iuris naturalis est. Promittentes, & iurantes licet non ex animo quatenus teneantur. De potestate Principis non licet disputare, sed eius voluntatem expendere, ubi de eius recta fide, & potestate quoad contractus, ubi etiam quando a contractibus liceat recedere. Apud Montem est publica fides, qui restitutionem depositi conventam frangere non potest.

DECISIO XX.

Eadem iisdem die, *&* *anno co-* ram

ram Audit. Iacobo De Comitibus pag. 234.

ARGUMENTUM.

AN & quando pro deposito detur compensatio contra naturam depositi, & quando occulta compensatio iuxta moralistas obtineat. An & quando renunciatio compensationis valeat, & quid de observantia negativa vel adfirmativa.

DECISIO XXI.

Petræsanctæ Pret. Condemnat. Expens 11. *Sept.* 1727. *cor. Canc. Bartholomæo Archi*. p. 240.

ARGUMENTUM.

AN & quando non obstante Reformatione anni 1678. & litera circulari 7. Augusti 1722. super condemnatione expensarum, absolutio ab illis procedat favore succumbentis.

DECISIO XXII.

Eadem super Donatione, eadem die, & anno coram eod. Canc. Bartholomæo Archi. p. 245.

ARGUMENTUM.

REservato sibi a Donante usufructu ob casu impotentiæ vivendi cum Fratre Donatario an comprehendat casum mortis, vel extendatur ad necessitatem habitandi cum eius filiis, ubi de vi clausularum salutarium: Et de variatione actionis licet male intentatæ.

DECISIO XXIII.

Florentina Primogenit. de Squarcialupis super Animalibus 3. *Augusti* 1728. *cor. Aud. Antonio Graffioni*. p. 254.

ARGUMENTUM.

AN & quando in Legato fundi comprehendantur instrumenta fundi, vel animalia, pecora &c. pro cultura agrorum necessaria: Ubi distinguitur Fideicommissum universale a particulari quoad animalium comprehensionem, vel exclusionem.

DECISIO XXIV.

Florianensis Beneficii 19. *Augusti* 1730. *cor. Aud. Philippo Rota* pag. 271.

ARGUMENTUM.

IUspatronatus reservatum octo Donatariis, & Confraternitati, pro una medietate resolvitur spectare ad Donatarios, pro alia vero ad Confraternitatem ad mentem *Text. in Leg. interdum in princ. ff. de hered. instit.* & concordantium. Limitationes huius regulæ examinantur, & ostenduntur inapplicabiles hypothesi. Coniecturæ etiam ad arguendam contrariam mentem Disponentis adductæ reiiciuntur. Cœtera patent ex Summario.

DE-

DECISIO XXV.

Eadem super Computatione vocum alterius medietatis Iurispatronatus iisdem die, & anno cor. eod. p. 298.

ARGUMENTUM.

MAndatum procuræ ad præsentandum a Capitulo fieri debet collegialiter, & ex quibus collegialitas resultet, & sufficit maior pars Canonicorum præsentium, quando præsentes constituunt duas saltem partes Capituli. Canonici non vocati, & non interessentes, qui postea etiam non collegialiter, sed singillatim mandato adhæserunt, illudque ratificarunt, contemptus exceptionem allegare nequeunt, istaque exceptio tamquam personalis ab aliis allegari non valet. Iuspatronatus pro rata non præsentantium accrescit præsentantibus, & transit in Fiscum propter Bamnum de generali consuetudine vigente in Statu S. R. C. Quasi possessio præsentandi, an resultet ex præsentationibus inneffectuatis, an transeat in successores, & an præservetur ex præsentatione aliorum compatronorum.

DECISIO XXVI.

Eadem saper vocum præponderantia iisdem die, & anno coram eodem p. 312.

ARGUMENTUM.

REservato iurepatronatus Confraternitati, & octo Donatariis, & cuiuslibet eorum hæredibus, & supposita pertinentia medietatis illius ad Confraternitatem, & alterius medietatis ad octo Donatarios, resolvitur vocem unius ex octo Donatariis accedentem voci Confraternitatis illam impinguare, & inducere præponderantiam, nec maiorem partem Donatariorum minorem absorbere. Distinguuntur plures casus collectivæ vocationis plurium per modum Collegii, uti singulorum, non tamen singulariter, & uti singulorum, & singulariter, cum qua authoritates, quæ inter se pugnare videntur ad concordiam reducuntur, & signanter *Rota decis.* 408. *part.* 1. *div.* declaratur perpensa singulorum casuum rationis diversitate ad explicationem theoricæ *Hostien. in rubr. de concess. præbend n.* 3. *prope fin.*

DECISIO XXVII.

Plebis S. Stephani Successionis super Animalibus die 7. *Augusti* 1731. *cor. Aud. Manilio Urbani*. p. 328.

ARGUMENTUM.

AN & quando Animalia dici debeant partes Fundi, & quando de destinatione constare dicatur.

DECISIO XXVIII.

Fivizanen. Evictionis 17. *Augusti* 1731.

1731. *cor. Audit. Antonio Gabriele Calderono*. p. 348.

ARGUMENTUM.

EVictionis actio quando competat ex contractu divisionis. Societas universalis omnium Bonorum quando inter Fratres contracta dicatur, & an tacite contrahi possit, & ex quibus illa probetur, ac qualia sint requisita necessaria ad illam inducendam. An in ea veniant solummodo quæstuaria, an omnia quovis modo obvenientia, sive hæreditaria, sive legata, sive donata, aut alio quomodolibet titulo quæsita. Et an possit contrahi cum minore, & contracta cum patre, an & quando renovata censeatur cum filiis etiamsi minoribus.

DECISIO XXIX.

Piscien. Nullitatis Obligationis Filii fam. 12. *Augusti* 1732. *cor. Aud. Ioanne Meoli*. p. 368.

ARGUMENTUM.

AN & quando Filiis familias permissum sit in favorem patris se obligare, iuxta Statutum Pisciæ ubi fuso calamo de Reformatione 1477. & de materia recursus iuxta dispositionem Legis Urbem nostram, ubi denique de Legibus, & vi observantiæ, & consuetudinis, & an, & quando communis error ius facere debeat ad *Text. in Leg. Barbatius ff. de offic. prætor.*

DECISIO XXX.

Florentina Disdictæ 23. *Aprilis* 1733. *cor. Audit. Martio Venturini*. p. 391.

ARGUMENTUM.

AN & quando locatio sit perpetua, vel temporalis, & quando in perpetuam temporalis conversa dici debeat, vel potius in emphiteusim, ubi complures quæstiones in hunc propositum examinantur, & enucleantur.

DECISIO XXXI.

Podiibonitien. Prætensæ Servitutis itineris anni 1735. *cor. Audit. Antonio Dom. Novelli* p. 418.

ARGUMENTUM.

SErvitus discontinua sine titulo non præscribitur per 40. vel 50. annorum, sed requiritur tempus immemorabile, & testes de immemorabili deponentes provecti esse debent, & a maioribus hoc audivisse necesse est ut fateantur. Quomodo petitorium cum possessorio ex tacita partium voluntate cumuletur.

DECISIO XXXII.

Arretina Nullitatis Obligationis 15. *Iulii* 1737. *cor. Aud. Ioseph Bizzarrini*. p. 424.

ARGUMENTUM.

FIdeiussio, & obligatio mulieris

asſecurationis. An & quando arreſtum Navis ſiniſtrum conſtituat. An de ſiniſtro Navis in odium aſſecurati, & de dolo aſſecurati teneatur Aſſecurator, & an & quando teneatur pro contrabando a Magiſtro Navis commiſſo. Aſſecuratio æquiparatur emptioni, venditioni, vel potius fideiuſſioni. Hæbrei, & maxime Liburni nati, gaudent immunitate, qua Subditi Principis originis, exceptis caſibus Religionis. Culpa aſſecurati non odium Nationis aſſecuratorem liberat. In aſſecuratione læſio obtinet de tempore contractus menſuranda. In Cauſis mercantilibus mercatorum conſuetudo attendenda. Clauſula *per ſe, e per conto di chi ſpetta* quid operetur. Capitula aſſecurationum Civitatis Florentiæ anni 1523. declarantur. Riſicum in quibus ſubſtantietur: cœtera in Summario.

DECISIO XXXVII.

Florentina Obligationis Filii familias 25. *Aprilis* 1745. *cor. Aud. Ioanne Meoli*. p. 478.

ARGUMENTUM.

IN obligationibus Filii familias an & qualis debeat eſſe conſenſus Patris: & quid ſtante Statuto Florentino quod examinatur in caſu. Explanatur *Text. in Leg.* 2. *ſſ. quod cum eo &c.* cuius Beneficio filii poſt mortem patris tenentur tantum in quantum poſſunt; & ſalva eorum perſona.

DECISIO XXXVIII.

Liburnen. Admiſſionis teſtium 12 *Sept.* 1747. *coram Aud. Iacobo Mercati Neroni*. p. 494.

ARGUMENTUM.

AN & quando poſt didicita teſtificata novi Teſtes admittantur.

DECISIO XXXIX.

Florentina Prætenſæ Reductionis Salarii 21. *Maii* 1749. *coram Aud. Hieronymo Finetti* p. 499.

ARGUMENTUM.

LOcator operarum an & quando ob ſupervenientiam morbi integrum ſalarium conſequatur. Diſtinguitur inter operas corporales, intellectuales, & mixtas, & firmatur Operas a Cantatrice præſtitas non ſubiici reductioni ſalarii, licet præſtare eas non potuerit. Cantatricis profeſſio eſt inter artes liberales, licet venalitas ſit, & mixtura exercitii corporalis. Salarium non minuitur cum pacto etiam diminutionis in aliquibus caſibus, veluti peſtis, obitus Principis, & ſimilium, ſimilis namque caſibus expreſſis non eſt morbus Cantatricis. Conſuetudo quomodo probetur. Locatori operarum pro certo ſalario conducto, & ſimpliciter reconducto ſalarium idem debetur. Obligatio refectionis expenſarum præter neceſſarias non extenditur.

DE-

DECISIO XL.

ARGUMENTUM.

EX pluribus facti, & iuris, quæ enumerantur circumstantiis dispositio S. C. Macedoniani limitatur maxime stante publica fama, & iusta credulitate filiifamilias pro patrefam. habiti, quæ credulitas an & quando sufficiat, & quando unus, vel plures actus credulitatem præsumant, examinatur. Quidquid vero quando contractus, ut in casu, utilis filiisfam. fuit.

DECISIO XLI.

ARGUMENTUM.

CEntenaria in vim præscriptionis quando, & quomodo Monasterio non præiudicet. Solutio an & quando præsumatur præsertim contra Monasterium. Compensatio an & quando locum habeat.

DECISIO XLII.

ARGUMENTUM.

REM alienam occupans ad quid teneatur. Testes maiores probant de eo quod viderint in minori ætate. Socius habitans domum communem an & quando pensioni teneatur.

DECISIO XLIII.

ARGUMENTUM.

PRoximioribus, & senioribus lineæ, ac descendentiæ vocatis, nisi adiecta sint verba restrictiva vocationem ad solos masculos ex masculis, veniunt masculi ex fœminis, præcipue ad exclusionem extranei, & ut masculi ex foeminis admittantur Iudex recedere posset a voluntate Testatoris propter eam causam quam si Testator non ignorasset, verisimile sit, eum non ita dispositurum.

DECISIO XLIV.

ARGUMENTUM.

POtestas Imperantium in condendis, & abrogandis Legibus etiam in præiudicium iuris tertio quæsiti, quo ostendatur, & quod Testamentis, & Fideicommissis Princeps derogare potest, & varii casus derogationum in nostris Tribunalibus recensentur.

Quæ

Quæ sint causæ impellentes Principis voluntatem, ut similis derogationes iubeat.

DECISIO XLV.

Florentina Fideicommissorum 30. *Aprilis* 1762. *cor. Aud. Ioanne Meoli*. p. 585.

ARGUMENTUM.

EX dispositione L. Cæsareæ anni 1747. super Fideicommissis per quam dotis constitutio, & restitutio tam ex ascendentalibus quam ex transversalibus Fideicommissis fieri debet, deciditur quod in concursu plurium Fideicommissor. transversalium omnia in contributum obligata sint.

DECISIO XLVI.

Florentina Iuris Coactivi Cretæ Fodiendæ 14. *Iunii* 1774. *cor. Aud. Francisco Rossi*. p. 599.

ARGUMENTUM.

DEciditur Fornacis Magistro, tam iure communi, quam iuxta praxim Tribunalis Artis Fabricantium licere Terram ad Fornacis usum a Fundo vicini excavare ubi constet de necessitate, & ubi pretium compensativum damni, & annui fructus reficiatur.

DECISIO XLVII.

Florentina Intraturæ 26. *Septemb.* 1774. *cor. Illustriss. D. Audit. Cosmo Ulivelli*. p. 606.

ARGUMENTUM.

SUbconductor exercens in Apotheca Artem aliquam per quinque annos acquirit Intraturam, quam transmittit ad hæredes, sive ad legatarium; Hæres bene agit petendo Intraturam alicui legatam, si comparet pro interesse legatarii, neque excipi potest contra similem petitionem.

DECISIO XLVIII.

Cortonen. Divisionis 21. *Martii* 1775. *cor. Illustriss. D. Audit. Ioseph Vinci*. p. 609.

ARGUMENTUM.

DOmus pati possunt commodam divisionem, & Iudex in hac materia Peritorum relationibus deferre debet, Eques Hierosolimitanus tribus votis obstringitur uti alii Religiosi professi, & subiicitur Legi 1751. Florentiæ latæ, ideoque facultas testandi concessa a Magno Magistro ante eiusdem Legis promulgationem non efficit, quod disponere possit etiam de hæreditate, quæ ab intestato ei fuisset delata post dictam Legem, cum tempore successionis iam esset incapax acquirendi eadem Religio.

DECISIO XLIX.

Pisana Successionis 18. *Martii* 1778. *cor. Aud. Ioseph Bizzarrini*. p. 619.

AR-

ARGUMENTUM.

IUxta Legem Amortizationis diei 2. Martii 1769 §. XVIII. Bona livellaria Ecclesiastica non habentur tamquam libera omnino, & appodiata ad effectum transeundi in quemcumque successorem etiam intestatum, ad exclusionem comprehensorum, aut proximiorum, sed conferuntur comprehensis, aut proximioribus ad exclusionem hæredis intestati, cum facultas disponendi a supradicta Lege concessa ad actum redacta non fuerit. Examinantur quamplures decisiones, & auctoritates in contrarium allatæ, & reiiciuntur, quæ contrariam opinionem amplexæ sunt.

DECISIO L.

Florentina Prætensi Crediti 3 Augusti 1778. cor. Audit. Iosepho Bizzarrini. p. 643.

ARGUMENTUM.

IN Contractu vulgo *di Cottimo* cum aliquo inito mandati obligatio non nascitur inter conductorem operarum, & eum qui materiam ad Fabricam conficiendam ministravit, quamvis ipse conductor in schedis, sive *Polizze* ei præsentatis materiæ quantitatem adnotaverit, sese subscribens, & quid dd. *Polizze* importent. Ideoque contra Conductorem nulla datur actio directa, nec subsidiaria, si mercedem conventam Locatori, vulgo *Cottimante* iam solverit.

IN-

INDEX DECISIONUM

QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR

PER DIOECESES.

SE-



SELECTARUM ROTÆ FLORENTINÆ *DECISIONUM* THESAURUS

TOM. VII.

DECISIO I.

FLORENTINA FIDEIUSSIONIS

die 8. *Decembris* 1620. *cor.* AUDIT. ANTONIO DIASPINTO.

ARGUMENTUM.



AN & quando principali obligatione annullata, Fideiussoria etiam corruat.

SUMMARIUM.

1 *Principali obligatione annullata Fideiussio quoque corruere debet.*
2 *Limita quando quis se principalem Debitorem constituit.*
3 *Distingue quando Fideiussio est in eodem, vel separato Instrumento.*
4 *In obligationibus a Filio familias factis, licet origo principaliter attendenda sit, si post originem aliud sequatur idem importans quod ipsa origo, ea non est amplius attendenda.*
5 *Fideiussor licet contra Filiumfamilias regressum habeat, id non procedit in Expromissore, & Fideiussore.*
6 *Obligatio Minorum iurata nulla est, & inutilem Fideiussionem reddit licet se principalem constituerit.*

7 *Explanatur decisio* 8. *Novembris* 1602. *in lib. motiv.* 85. *n* 135. *ubi superior conclusio limitater*, *&* *reiicitur*.
8 *DD. opinio aliquid incidentur affirmantium non est attendenda*.
9 *Statutum Mercantiæ loquens de nullitate obligationum Filiorum familias disponit eam fideiussoribus non prodesse*.
10 *Ubi habemus casum Statuti non est amplius disputationi locus*.
11 *Supradictum Statutum Mercantiæ considerat favorem Mercatorum*, *&* *Artificum*, *qui bona fide res suas tradunt Filiis familias*.
12 *D. Statutum disponit fideiussoriam sustineri obligationem*, *principali etiam Filii familias sublata*.

---

1 LIcet principali obligatione annullata fideiussio quoque uti accessoria corruere debeat §. *fideiussores instit. de fideiuss. Leg.* 1. *Leg. fideiussor obligari in princ. Leg. si sub impossibili Leg. Greia* §. *illud L. cum Lex L. qui contra ubi Bart. ff. eod. tit. Leg.* 1. §. *si quis ita ff. de verb. obligat. Leg. cum qui Ephesi ff. de constit. pecun. Cephal. cons.* 164. *n.* 20. *Adrian. Negusant resp.* 237. *Ant. Hering. de fideiuss. cap.* 10. *num.* 22. *&* *Rin. Maur. simili tract.* 2. *p. princ. sect.* 1. *cap.* 5. *n.* 1. *&* *seqq.* Attamen hoc non obstante pro D. Petro de Bardis contra D. Octavium de Barbottinis a nobis iudicatum fuit ea ratione „ Quod D. Octavius se „ principalem debitorem constituit, ac principaliter se obligavit „ quo casu regula prædicta non procedit, sed obligatio fideiussoria tenet, cum non videatur simplex fideiussor, sed expromissor, & uti correus cum principali debitore, ita post alios firmant *Paris. cons.* 16. *num.* 100. *&* *seqq. lib.* 2. *Natta cons.* 262. *num.* 14. *De-*
2 *cian. cons.* 72. *num.* 5. *lib.* 2. *Becc. cons.* 45. *n.* 49. *Bertazz. de clauf. in* 7. *clauf. gloss.* 19. *n.* 4. *Carpan. ad Statut. civil. Mediol. cap.* 189. *num.* 27. *par.* 2. *Rot. Rom. apud Seraph. dec.* 1324. *n.* 4. *Gratian. discept. for. cap.* 348. *n.* 29. *&* *Marescott. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 65. *num.* 7. & quamvis non desint qui contrarium teneant, de quibus per *Maur. d. cap.* 5. *n.* 18. *vers. contrarium* & præcipue *Sforz. Odd. cons.* 41. *num.* 27. *vers. ad secundum usq. ad num.* 72. ubi hoc totis viribus substinere conatur, & in eadem causa *Hieron. Pappon. cons.* 118. discordantes tamen sententias sedat Maurus, ut primo procedat „ *quando* in eodem instrumento, in quo quis se debitorem constituit fideiussor successit, & se tamquam principale obligavit „ ut in casu nostro, in quo *in eadem partita libri*, *&* *simultanee utriusque obligatio est descripta*, si vero illud separatim est factum, procedit contraria

Sen-

sententia, ad quam distinctionem probandam allegat *Alex. & Decian.* sed secundum prædictam distinctionem in *Rot. nostr. prima opinio recepta fuit, ut in L. M.* 84. *a* 583. *in Causa de anno* 1602. agitata inter Mathæum de Carlinis, & Desiderium de Balbis ubi dictum fuit, quod ubi fideiussor se cum alio obligat principaliter in eodem instrumento, vel scriptura, tunc non retinet nomen fideiussoris, sed dicuntur duo rei debendi respectu creditoris, ut post *Gloss. Cin. Salycet. Bald. & alios tradit Alex. cons.* 29 *num.* 36. *lib.* 7. dicens in hoc non reperiisse contradictorem, & sequuntur ibi *Adden. Lambertengh. de contract. gloss.* 16 *n.* 15. *Caball. cons.* 139. *n.* 3. *lib.* 1. *& habetur in dec. Flor.* 34. *num.* 8. *apud Monach.* 3

Nec dicatur contra prædicta „ quod cum negocium principaliter spectaverit ad Simonem de Bardis eius obligatio *tamquam facta a filio familias* sine Patris consensu , nulla declarata fuit, & in quem res per dictum de Bardis data pervenisse dicitur attendenda est principaliter origo „ ut notant *Azzor. in summ. tit. de fideiussor.* & specialiter in *tit. de renunciat. & conclus.* §. 1. *versic. sed si fideiussor. secundum quam dictus Octavius revera est fideiussor* . Nam huic motivo bene satisfacit *Hypolit. de Marsil. in rubr. ff. de fideiuss. num.* 63. quod hoc verum esset, nisi post originem aliud sequeretur importans idem quod ipsa origo, quia tunc cum ista duo sint paria, origo non est attendenda, nam subsequens cum ipsa origine parificatur , ibique ad corroborationem Marsilius adducit exemplum in regula vulgari, quod accessorium sequitur principale, & id quod principaliter agitur est attendendum, quæ non procedit, cum supervenit accessorium æque, vel magis potens principali, tunc enim principali relicto attenditur acccessorium, ut ipse pluribus comprobat mediis, qui apud eum videri possunt. 4

Neque obstare potest si dicatur quod per indirectum obligaretur filius familias, contra quem postea ipse fideiussor regressum haberet, quia bene respondet *Rot. nostr. in d. Motiv. anni* 1602. fideiussorem, seu expromissorem hoc casu non posse contra filium familias, habere regressum ex *Castr. cons.* 433. *p.* 1. *Alberic. de Stat. par.* 1. *q.* 182. incipiens demum quæro *Tiraquell. de Leg. connub. gloss.* 4. *num.* 14. *& Lambertengh. dict. gloss.* 16. *num.* 22. 23. 5

Non obstat modo aliud motivum DD. Trium 8. Novembris 1602. ut in *L. M.* 85. *n.* 135. ubi dictum fuit obligationem minorum tamquam iuratam nullam esse ex *Statuto sub rubr.* 115. *lib.* 2. & per consequens illi inutiliter accedere fideiussorem, etiam 6

si iuraverit, & se principaliter constituerit; Item animadvertendum est, quod in ea causa tota vis erat in iuramento fideiussoris, quod patet ex initio illius motivj „ ibi „ Et pro eis fi-
= deiussor extitit, & quidem cum iuramento Simon Bartolomæus
= de Ambra, & proinde non agebatur ibi de fideiussore qui si uti
= principalem obligasset, sed de fideiussore minorum, qui iuratam
= suam obligationem fecerat, cuius instrumentum non reddere
= eius expromissorem tenuit „ *Hering. d. cap.* 10. *n.* 100. cum tamen expromissor dicatur uti se principalem constituit, ut dicitur in motivo iam allegato.

Et quamvis Compilator huius motivi in discursu postea non
7 contentus stare in simplicibus terminis iuramenti ex propria liberalitate addiderit illa verba, etiam si ipse iuraverit, & se principalem constituerit, illud tamen obiter, & per transennam dicit non dicturus utique si illius controversiæ cardo fuisset in clausula, qua fideiussor se principalem constituit, quia in istis terminis alias Rota pro validitate fideiussionis tenuerat, ut su-
8 pra ostendimus, & vulgatum est etiam quod DD. authoritas aliquid incidenter affirmantes non est attendenda, ut per *Andr. Fachin. in caus. 6. num. 6. lib.* 2.

Addendam prædictis duximus Statutorum Curiæ Mercatorum dispositionem *lib.* 2. *in Rubr. dell' Obbligazione del figliolo di famiglia vers. ma essendo di età d' anni* 25. *in fin.* ubi cum dictum fuisset qualiter, & quando obligatio filii familias sine patris con-
9 sensu, vel etiam cum dicto consensu sit nulla, addit, quod beneficium hoc filiis familias, vel aliis minoribus, vel mulieribus concessum circa eorum obligationem, nullitatem vigore dicti Statuti, aliorumque Statutorum illius Curiæ non posset illorum fideiussoribus, quæ dispositio proprie casum nostrum decidere videtur, & ubi habemus casum Statuti, non relinquitur amplius
10 disputationi locus *Roland. cons.* 99. *num.* 22. *lib.* 4. *Aldovin. cons.* 46. *num.* 19. *Caballo cons.* 157. *num.* 2. *lib.* 1.

Nec dicatur quod prædictum Statutum locum habet in filio familias, qui se exercet in aliqua arte, & illius artis occasione se obligaret; Quandoquidem tale Statutum hæc non dicit, neque habet hunc intellectum, sed solum considerat favorem Mercatorum, & artificum, qui bona fide res suas tradunt filiis fami-
11 lias, ut videre est in ea *Rubr. vers. Ancora infra gli altri &c.* ideoque cum dicti de Bardis, & Socii sint Mercatores, suasque dederint Merces dicti Simoni sub prædicti Octavii fideiussione, intrat præallegati Statuti dispositio volentis fideiussoriam obligationem substineri etiam principali obligatione filii familias sublata,

nec

nec in *d. verſ. ancora* etiam cum *verſ. ſeqq.* loquitur de illis, 12
qui in aliqua arte ſe exercent, vel qui habuiſſent res ad artem
ſuam pertinentes, licet de illis in principio loquatur.

Ex quibus &c.

Bonifacius Martinellus.
Io. Marcus Bazzardus.
Antonius Diaſpinto.

DECISIO II.

FLORENTINA STATUTARIA

29 *Octobris* 1621. *cor.* AUDIT. NICOLAO FANTONIO DE RICCIS.

ARGUMENTUM.

AN & quando Creditor *concordiæ*, iuxta ſtatutariam diſpoſitionem, diſſentiens poſſit contra Fideiuſſorem Debitoris, & contra Tertium poſſeſſorem bonorum ſui Debitoris ſibi hypothecatorum agere pro ſui Crediti ſatisfactione.

SUMMARIUM.

1 *Verba conſtitutionis Florentinæ ſuper concordia Creditorum, quæ interpretantur num.* 2. *&* 6. *&* 29. 30.

2 *Poſt ſententiam accordii confirmatoria diſſentientes etiam eam tenentur obſervare.*

3 *Expreſſe conſentientes accordio non poſſunt pro eorum Credito Tertium poſſeſſorem moleſtare. Declara num.* 23. *ubi ſecus contra Fideiuſſorem.*

4 *Exceptio quæ competit Venditori competit etiam Emptori, & quare num.* 5.

7 *Exceptio caſus firmat regulam in contrarium. Limita n.* 24. *et* 25.

8 *Quod de uno dicitur de aliis negatum eſſe cenſetur.*

9 *Quod directo fieri probibetur non admittitur indirecte num.* 10. *ubi accordio diſſentiens non poteſt moleſtare Tertium Poſſeſſorem bonorum Debitoris, nec eius Fideiuſſorem, quidquid ſit quando Fideiuſſor non haberet regreſſum adverſus principalem Debitorem n.* 11.

12 *Dilatio principali conceſſa, licet non proſit Fideiuſſori, proderit tamen ſi de ea opponat ex propria perſona ad ſui defenſionem.*

13 *Creditor habens plura bona obligata poteſt ex multis eligere in quibus ſuum creditum conſequi velit. Declara num.* 14.

15 *Res Creditori obligatas, & a diversis Tertiis possessas, potest Creditor rem quam vult petere, nec potest sibi opponi quod conveniatur pro rata.*

16 *Creditor facta carceratione sui Debitoris exequi simul potest contra Fideiussorem, & ipsorum bona, & accepta tenuta in certis bonis, aliorum etiam potest tenutam accipere donec integre sit sibi satisfactum num. 17.*

18 *Probibitiones exorbitantes a regulis ordinariis Iuris communis sunt stricte intelligendæ.*

19 *Verba Statuti ubi non adaptantur ad casum occurrentem cessat dispositio.*

20 *Nemo præsumitur velle iactare suum.*

21 *Præsumptio est pro maiori numero Creditorum.*

22 *Quælibet secunda dispositio licet generalis facta ratione certæ rei non extenditur ultra illam.*

26 *Creditor in accipiendo Fideiussorem prospexisse videtur casum inopiæ Debitoris.*

27 *Creditores videntur contraxisse contemplatione bonorum, quæ Debitor possidet.*

28 *Fideiussor, & Tertius possessor equiparantur in iure.*

31 *Compositiones, & accordia respectu Creditorum non consentientium sunt exorbitantes a regulis Iuris communis.*

32 *Equiparatio Statuti circa consentientes, & dissentientes accordio intelligitur quoad probibitionem agendi erga Debitorem, secus contra Tertium possessorem.*

33 *Facultas Creditoris agendi contra Fideiussorem interpretatur etiam contra Tertium possessorem.*

34 *Fideiussor solvens post factum accordium non babet regressum contra principalem debitorem, idem dicitur de tertio possessore n. 35. & 36 ubi contrariæ auctoritates declarantur.*

37 *Fideiussor regulariter babet regressum contra principalem Debitorem.*

Constitutio Florentina habet, quod tribus ex quatuor partibus Creditorum consentientibus Debitori in aliquo accordio, & compositione, debet Curia Mercantiæ per diffinitivam sententiam dictum accordium confirmare, ac postea „ Tutti quelli (sunt verba formalia Constitutionis) Creditori, che non vi fossero
1 „ concorsi, e che non avranno consentito, sieno tenuti stare a
„ quella, & osservare in tutto, e per tutto, come se avessero
„ ciascun di loro soscritto, non ostante qualunque priorità, o
„ pos-

= posteriorità di ragione, o ipoteca, o altro qualunque privile-
= gio, e prerogativa, eccetto quello, che è detto nella Legge,
= ovvero Capitolo del Pegno; Et eccetto ancora i Creditori per
= cagione di Dote, o Donazione per le nozze, di tutela, o cu-
= ra, i quali fuor della loro voluntà non sieno tenuti a stare a
= tal concordia, nè pregiudichi loro tal sentenzia; & i Credito-
= ri, che non avranno concorso, che avranno Mallevadore, o
= Pegno, secondo la Legge, o Capitolo, di che sopra, ancor
= che venghino condennati a concorrere, non s' intenda esser
= fatto lor pregiudizio sopra tali Mallevadori, o Pegno, nè
= debbino esser condennati nelle spese, se però avranno alle-
= gato, e prodotto in Causa d' haver tal Mallevadore, o Pegno;
= E possino procedere contro tali Mallevadori, o Pegno, secon-
= do che per legge è disposto, non ostante tale occordo &c. „

Hac stante Constitutione contigit coram nobis disputari inter quemdam Bernardum Raynerium debitorem concordatum, & sententiatum, ut supra, & alium de Salesiis creditorem, qui noluit sponte compositioni prædictæ sequutæ consentire.

Num prout dictis de Salesiis creditor valebat vigore dictæ Constitutionis convenire Fideiussorem pro suo Credito consequendo, non obstante accordio prædicto sequuto, & confirmato; Pariter valeret molestare, & inquietare actione hypothecaria, non ipsum Debitorem, sed Possessorem tertium, qui longe ante factam compositionem, & accordium prædictum emerat, & possidebat bona hypothecata dicto de Salesiis.

Pro negativa parte plura urgere videbantur pluribus modis ponderando dictam Constitutionem.

Primo qualiter in ea disponitur, ut sequuta sententia con- 2
firmatoria accordii prædicti = Tutti quelli Creditori, che non
= vi fossero concorsi, o che non averanno consentito, sieno
= tenuti stare a quella, & osservare in tutto, e per tutto,
= come se avessero ciascun di loro soscritto = sed qui consen-
sum expresse præstiterunt accordio prædicto, non possent pro 3
eorum Credito dictum Tertium possessorem molestare, *Leg. si præcedente §. Lucius ff. mandati Leg. si tibi §. pactum ff. de pact.* ubi pactum factum a Venditore prodest Emptori; & est tutissimum in iure, quod exceptio, quæ competit Venditori, com- 4
petit etiam Emptori, pulchre, & late *Bartol. in quæst.* 2. *n.* 15. Et est ratio, quia cum exceptio prosit Tertio dicitur prodesse ipsius authori ad quem pertineret incommodum actionis intentatæ contra dictum Tertium, *argum. Leg. qui stipendia Cod. de Procurat.* ubi dicitur illum propriam causam, & rem agere, vel 5
defendere, ad quem eius pertinet commodum, & incommodum,

dum,

dum, late *Bartol. in dict. quæst.* 2. *num.* 13. ergo neque dictum Tertium inquietare, & molestare poterunt Creditores consentientes non voluntarie, sed sententia prædicta mediante.

Secundo ponderando, qualiter in dicto Statuto sunt excepti casus in quibus Creditor, qui noluit accordio consentire, valeat pro suo credito molestare alios, & alia bona præter ipsum Debitorem, & eius bona, ut sunt Pignus, & Fideiussor, si aliquid eorum si forte fortuna in manibus, & obligatum habuerit creditor = ibi = Et i Creditori, che non avranno concorso, che = avranno Mallevadore, o Pegno, secondo la Legge, e Ca- = pitolo, di che sopra, ancorchè venghino condennati, non = s' intenda esser fatto loro pregiudizio sopra tali Mallevadori, = o Pegno = Et ibi = E possino procedere contro tali Malleva- = dori, o Pegno, secondo che per legge è disposto, non os- = tante tale accordo &c. = Sed exceptio casus firmat regulam
7 in contrarium in cœteris casibus non exceptuatis, *Leg. cum Prætor ff. de iudic. Dec. & Cagnol. in Leg.* 1. *ff. de regul. iur.* &
8 quod de uno dicitur de aliis negatum esse censetur, *Cap. nonne extr. de præsumpt. Bald. cons.* 131. *lib.* 1. *Alex. cons.* 107. *n.* 2. *lib.* 1. *Anchar. cons.* 423. *Roman. cons.* 100. *n.* 2. 3. 82. *& seqq.*

Tertio admodum facere videtur quod si liceret molestare præfatum Tertium possessorem, admitteretur per indirectum vulneratio accordii prædicti, sed hoc non est dicendum, cum Statutum velit lata sententia illud observari; & quod directo fieri
9 prohibetur non admittitur indirecte, *Cap. cum quidem de reg. iur. in 6. Cap sua de Procurat. Barb. cons.* 43. *col.* 13. *in fin. vol.* 1. *Menoch. cons.* 1105. *num.* 18. *& lib.* 1. *de præsumption. præsumpt.* 62. *num.* 4. *Giurb. dec.* 7. *num.* 6. Ergo &c.

Maior propositio probari posse videtur ex quo dictus Tertius possessor inquietatus post sequutum pactum, & sic uti talis, qui in eo comprehendi non poterat, cum tunc temporis non esset creditor, agere posset adversus suum Authorem, uti necessarium defensorem pro sua relevatione a molestia sibi data; & sic inquam quod Creditor directe efficere non valuit per indirectum, & in fraudem dicti Statuti effecisset. Hic Scriben-
10 tes in terminis similis accordii facti Debitori a maiori parte suorum Creditorum, & cui accordio stare debet pars minor, *Leg. fin. Cod. qui bon. ced. poss. ubi Bartol. Bald. Castrens.* pulchre & in puncto *Bartol. dec.* 78. *num.* 1. quærentes num Creditor, qui non consensit accordio voluntarie, possit pro sui Crediti recuperatione agere adversus suum Fideiussorem; Resolvunt, quod ubi Fideiussor molestatus posset habere regressum adversus Debitorem, non posse molestari dictus Fideiussor, cum per indi-

rectum

ctum veniret inquietatus Debitor principalis, secus ubi deficeret 11
aliqua de causa Fideiussori regressus prædictus, ita in simili *Bald. in Leg. tam mandatori n. 8. Cod. de non num. pecun. & in Leg. quoties in fin. Cod. de precib. Imper. offerend.* ubi ait, quod etsi dilatio concessa principali, non prosit regulariter Fideiussori, tamen proderit, si Reus comparens ad eius defensionem, de ea
ex propria persona opponat. Et idem pluribus citatis tradit 12
Surd. dec. 305. num. 16. & Gratian. discept. for. cap. 12. num. 1. cum seqq. & cap. 290. num. 39. utrum non obstantibus his contrarium iudicavimus.

Moti ex tritissima Iuris regula, quæ est, quod Creditor habens plura bona obligata, potest ex multis eligere, in quibus
creditum suum consequi velit, *Leg. Moschis ff. de iur. Fisc. Leg.* 13
creditores, & ibi Bart. ff. de distract pign. late alios citat *Covarr. var resol. lib. 3. cap. 7. n. 7.* quelibet enim res est in solidum obligata, *Leg. pr. Cod. si unus ex plurib* ita ut parte debiti soluta
omnes res sint nihilominus obligatæ, *Leg. quamdiu Cod. de distr.* 14
pign. Leg. si rem § omnis ff de pign act. late *Surd. dec. 44 n. 6.*

Quod si res obligatæ Creditori possideantur a diversis Tertiis possessoribus, potest Creditor rem, quam vult petere, nec
potest sibi opponi, quod conveniatur pro rata, *Speculat. in tit.* 15
de obligat & solution. §. 1. latius *Negusant. de pignor. in prim. membr par. 8 num. 60.*

Prout etiam poterit simul, & facta carceratione sui Debi-
toris exequi contra Fideiussorem, *Bartol. in Leg consentaneum* 16
Cod. quem, & quand. Iudic. & contra bona ipsorum, quia unum remedium non excludit alium, *cap. quoniam frequenter §. fin. ut lit. non contest.* Imo potest Creditor variare, & ideo accepta tenuta in certis bonis, & iuxta causa accipere tenutam aliorum
bonorum, donec integre sit sibi satisfactum de suo Credito, 17
Bartol. in Leg. rem alienam ff. de pignor. act. & in Leg. si cum venditor in princip. ff. de evict. ac per consequens non valeat consequentia, quod ex quo ex aliqua accidentali causa, ut dicit *Bartol. dict. decis. 78.* puta ex accordio prædicto factum est, quod Creditor sit prohibitus agere contra aliqua ex bonis sibi obligatis, ergo non valeat agere contra alia. Siquidem prohibitiones
huiusmodi cum sint exorbitantes a regulis ordinariis iuris com- 18
munis, *Franch.* in puncto *dec. 82. n 4.* sunt stricte intelligenda ad casum de quo verba loquuntur *Dec. cons. 625. n. 7. & cons. 626. n. 5. post Bartol. Bald. & Angel.* per eum allegatos *Soccin. iun cons. 112. num. 11.* & alii quos refert, & sequitur *Osasch. decis. Pedemont. 49. num. 11.*

Sed

Sed in facto supponitur, quod verba sequutæ compositionis, & accordii, cui contractui stare debet Creditor, de quo agitur, sunt, ut dicatur factum accordium cum Debitore; Ergo non extendenda ad aliam personam, & ad alia bona obligata Creditori,
19 & quæ nullo respectu Debitoris dici possunt qualia sunt bona, de quibus agitur. Est enim vulgarissimum quod ubi verba Statuti non adaptantur ad casum occurrentem cessat dispositio, *Marsil. sing.* 339. *Gab. cons.* 140. *n.* 29. *vol.* 1. late *Barz. dec.* 76. *n.* 11.

Secundo moti fuimus, quod subtiliter animadvertentes ad causas, quibus mota fuit maior pars creditorum ad voluntarie transigendum, & se componendum cum debitore, nullæ profecto aliæ fuerant verosimiliter, nisi quia cognoverit virium, & fortunæ imbecillitatem sui debitoris, alio modo sibi satisfaciendi non
20 valentis, cum nemo præsumatur velle iactare suum, *Leg. cum de indebito ff. de probat.*

21 Ac ideo cum pro maiori numero Creditorum præsumatur, *argum. L.* 3. §. *eiusdem quoque*, & §. *fin. ff de test.* & in puncto *Leg. maiorem*, & *Leg. plures ff. de pact. Surd. cons.* 65. *n.* 20. 21. *lib.* 1. summa ratione fuerit arbitratum Statutum prædictum cogendos cœteros creditores ad accordio sequuto præstandum consensum, quasi alias iniuria, & sine aliquo eorum interesse recusare viderentur.

Verum advertimus nos, quod secundum dictas causas, secundum scilicet statum, & casum prædictum Debitoris, intelligenda est compositio, & Statuti prædicti dispositio, non autem extra alium casum, in quo videlicet, & citra dictum pactum, commode, & integre Creditori non consentienti satisfieri potest.

Quelibet secunda dispositio, licet generalis, facta ratione certæ
22 rei, non extenditur ultra illam, sed restringitur ad eam, inquit *Angel. in Leg. oblig. general. ff. de pign.* ubi addit, quod generale dictum restringitur per rationem secundum suam causam, *Leg. cum pater* §. *dulcissimis ff. de legat.* 2. *Natt. cons.* 546. *num.* 12. *Cravett. cons.* 171. *n.* 15. late *Surd. dec.* 132. *n.* 16. ut ideo respectu solummodo bonorum possessorum ab ipso Debitore (qui inquam respectus fuit in causa, ut fieret accordium) sit intelligendum Statutum, & interpretanda Sententia, quæ condemnavit Creditores non consentientes ad non contraveniendum compositioni, & accordio predicto, non autem respectu aliorum bonorum possessorum a Tertio, & quæ si forte fortuna possedisset Debitor non foret sic concordatum.

Et quæ nostra interpretatio, & sit tertium fundamentum, confirmatur ex dispositione dicti nostri Statuti, dum non vult esse prohibitum Creditoribus, quos consentire cogit convenire pro

sui

sui crediti recuperatione Fideiussorem, si quem habet, vel pignus. Quia inquam ex tali dispositione retorquentes argumentum superius excitatum pro contraria parte deducimus gravissimam rationem, quod tantum abest, quod per dictum Statutum sit inhibitum Creditori inquietare prædictum Tertium possessorem, quod 23
imo videatur concessum, dum conceditur conveniri Fideiussorem ex doctrina pulcherrima *Panorm. in cap. cum dilecta n. 6. extr. de confirmat. util. vel inutil.* ubi scriptum nobis reliquit, quod prout dispositio in uno casu trahitur ex identitate rationis ad alium casum, ita & exceptio, & limitatio ex identitate rationis trahatur ad alium casum consimilem exceptuatum, & limitatum; adeoquod regula, quæ se habet, ut exceptio firmet regulam in 24
contrarium super casibus non exceptuatis, *Leg. nam quod liquide §. pen. ff. de pæn. leg.* sibi locum vindicet, dummodo casus expresse non exceptuati non sint consimiles exceptuatis. Quam doctrinam, uti communem, & verissimam, maxime ubi per excep- 25
tionem fuit recursum ad Ius commune, & regulas Iuris ipsius communis ordinarias, referunt, & sequuntur *Dec. & Cagnol. in Leg. 1. ff. de regul. iur. cum cons. 30. in 3. column.* quem refert & sequitur *Curt. iun. cons. 7. n. 11.* quem pariter refert, & sequitur *Ladercb. cons. 66. n. 14. & Grat. cons. 46. libr. 1. n. 18. & cons. 33. n. 8. 22. 52. & cons. 135. vol. 2. num. 12. Menocb. cons. 250. n. 55.* pulcherrime, & late *Alex. cons. 130. n. 5. lib. 4.* quam plures refert, & sequitur *Turret. cons. 49. n. 87. vol. 1. & Everard. late in loco de except. ad reg. vers. 3. Paris. cons. 111. n. 39. lib. 1. late Dec cons. 697. n. 12.*

Ut ideo cum casus, quo Creditor pro sui crediti recuperatione convenit suum Fideiussorem, & casus quo convenitur Tertius possessor bonorum obligatorum, sint nedum similes, sed iidem in eorum ratione, merito dispositionem dicti Statuti contra Fideiussorem in favorem Creditoris extendere valuerimus etiam contra dictum Tertium possessorem, similitudo, sive identitas rationis prædictæ colligi posse videtur dum verum sit affirmare, ut ideo non obstante accordio prædicto possit Creditor prædictus agere contra Fideiussorem, & eius bona, cum in accipiendo Fideiussorem creditor prospexerit ad casum, in quo ob inopiam 26
debitoris suum creditum consequi non possit ex facultatibus eius, argumento *Text. in § fin. instit. de replicat.* quo textu utitur in puncto nostri casus *Barz. d. dec. 78. n. 20. vers. 3. omn. vidend.*

Quæ inquam ratio aptissime accomodatur, ut ex eius identitate possit Creditor agere etiam contra Tertium possidentem bona quæ sibi obligari curavit, ut illis in casu Debitoris non solventis, vel solvere nolentis securum suum creditum, & solvendum

redi-

redderetur Creditores quando contrahunt, videntur contraxisse
27 contemplatione bonorum, quæ possidet eorum futurus Debitor. Et citra quorum bonorum obligationem non credidisset *Franch. dec.* 70. prout non credidisset pariter alius creditor citra Fideiussorem.

Præterea similitudo casus demonstratur, dum sive agatur contra Fideiussorem, sive contra dictum Tertium possessorem actione prædicta hypothecaria, semper agitur ad crediti recuperationem erga personas, & bona obligata quidem, sed existentia extra dominium, & possessionem ipsius debitoris, & qui debitor prout tenetur relevare dictum Fideiussorem in casu solutionis pariter, & dictum possessorem, ubi ab eo causam habeat, & sequatur evi-
28 ctio; quam ob rationem æquiparantur inquam in iure, & Fideiussor, & dictus Tertius possessor, ut in puncto videre est per *Bart. in Leg.* 2. *n.* 15. *& per Text. in Auth. hoc si debitor Cod. de pign. & Thesaur. dec.* 52. *n.* 6. *vers. verum Marcabr. cons.* 82. *num.* 3. quos omnes refert, & sequitur *Bart. dec.* 73 *n.* 10. & est *Text.* pulcherrimus, ac omnino videndus *in Leg. si praecedente* §. *Lucius ff. mandat.* Quo loci in puncto, quo per maiorem partem
29 Creditorum sit facta debitori remissio debiti, non dicitur minori parti præiudicatum, quominus agere possent contra pignus, vel fideiussorem. In quo inquam *Textu* noto, quod equiparatur & pignus, & fideiussor quoad nostrum effectum. Ergo ec.

Prædictis non obstat, quod in dicto Statuto dicatur accordium esse observandum = *non ostante qualunque priorità, o posteriorità di ragione, o ipoteca, o altro privilegio* = quia dicta verba sentivimus esse intelligenda respectu bonorum existentium pe-
30 nes debitorem, cum eorum respectu, ut supra diximus, fuerit factum accordium, & sequuta compositio prædicta, non autem respectu bonorum existentium extra dominium, & possessionem dicti debitoris, & quæ bona si penes debitorem extitissent, non esset fortassis sequuta compositio, super quibus bonis potest dari casus, ut nullam hypothecam habeant creditores illi, qui voluntarie compositionem subscripsissent, prout esset si debitor statim post mihi factam obligationem suorum bonorum aliqua eorum alienasset, & postea alia debita contraxisset. In quo inquam casu satis prædurum, & absurdum esset, ut mihi præiudicatum foret super dictis bonis per accordium eorum creditorum, qui nullum ius super eis habuissent, & esset prorsus contra regulam, quod alteri per alterum iniqua conditio fieri non debet.

Et quæ nostra interpretatio facienda est tanto magis, quo compositiones, & accordia prædicta respectu Creditorum non consentientium sunt, ut diximus, exorbitantes a regulis Iuris com-
31 munis, ut advertit *Franch. dec.* 82. *n.* 4. ex sententia *Purpurat.*

ut

n Leg 1. *colum.* 2. *Cod. de transact.* & ideo stricte intelligendæ.

Iterum non obstat, quod per dictum Statutum sint æquiparati in omnibus, & per omnia voluntarie, & inviti subscribentes accordio prædicto. Quia dictam omnimodam æquiparationem intelligimus quoad prohibitionem agendi erga debitorem, & bona 32
penes eum existentia, secus quoad agendum contra Tertium possessorem, *argum. Text. in d. Leg. si procedente* §. *Lucius ff. mandat.* & etiam quia casus prædictus cum sit similis, ut probavimus, casui concessæ facultatis agendi contra Fideiussorem, fuimus interpretati, quod comprehenderetur inter casus exceptuatos, iuxta doctrinam *Panormitani*, & aliorum supra allegatorum *in cap. cum dilecta extr. de confirmat. util. vel inutil.* Et ideo per prædicta 33
extat responsum, etiam ad secundum per contrarium, dum dicebatur quod casus exceptuatus firmabat regulam in contrarium, quia fallit dicta regula in casibus similibus exceptuatis.

Non obstat pariter tertium, & ultimum obiectum, quod minus agi posset adversus dictum Tertium possessorem, ob regressum, quem ipse possessor habiturus esset adversus ipsum debitorem, qui propterea per indirectum a creditore molestatus, minus frui posset accordio sibi confirmato a dicta sententia mercantili, quia pluribus modis respondetur.

Primo negando regressum dicti Tertii possessoris, quia fuimus firmissimæ opinionis ex supra peroratis de similitudine Fideiussoris, & Tertii possessoris, quod prout Fideiussor si solvisset 34
post factum accordium, non haberet regressum, & diceretur comprehensus in accordio prædicto, ad late tradita per *Cyriac. post Bellapert. in Leg. quoties n.* 8. *Cod. de precib. Imperat. offerend.* ac ibidem *Salycet. n.* 4. quos omnes pariter in puncto refert, & sequitur *Barz. dict. dec.* 78. *n.* 28. omnino videndus.

Pariter idem sit dicendum de Tertio possessore convento, & solvente post factam compositionem, quia talis solutio trahitur retro ad diem, quo habebat obligatum debitorem pro sui relevatione, ut sic quo tempore fuit facta compositio, & ipse Creditor 35
Debitoris dici posset, *argum. Leg. sub condit. ff. de solut.* nec ob id excusari valeret a contraventione accordii sub prætextu, quod eo tempore non esset creditor, sic *Bellapert. Cyn. & Salycet.* supra citati, *& Ceviçh. in tract. de morat. præscript. n.* 131. *cum seqq.* quos omnes refert, & sequitur *Barz. dict. dec.* 78. *num.* 28. omnino videndus.

Ut propterea ad authoritates *Baldi*, & aliorum in contrarium supra allegatas, sit tutissima responsio, quod per eos non disputetur si in nostra factispecie Fideiussor, de quo ipsi loquuntur, haberet regressum contra Debitorem, sed quod supposito dicto re- 36

gressu, dilactio facta Debitori prosit per comparitionem Debitoris defendere volentis ipsi Fideiussori, quod nec nos negamus.

Secundo, & tutissime responderi posse putamus, quod in omnem casum Statutum prædictum non curasset de dicto regressu, cum ut illum regulariter habeat Fideiussor erga principalem,
37 pro quo fideiussit, *Leg. Lucius ff. mandat. Leg. si pro eo Cod. eod. & Leg. fideiussor pro venditore ff. de fideiuss. Bart. in d. quæst. 2. num.* 15. ubi ob dictam rationem æquiparat Tertium possessorem fideiussori. Et nihilominus videmus inquam esse permissum per dictum Statutum, quod non obstante accordio prædicto possit agi contra Fideiussorem. Ut ideo inquam sumere argumentum possimus quod etiam non obstante dicto regressu agi possit contra dictum Tertium possessorem.

Et ex his &c. *Antonius Diaspinto.*
Io. Marcus Bazardus.
Nicolaus Fantonus de Riccis Relator.

DECISIO III.

FLORENTINA FIDEIUSSIONIS, SEU IMMISSIONIS.

14. *Septembris* 1691. *cor.* AUDIT. ALEXANDRO BELLUTIO.

ARGUMENTUM.

Fideiussor an & quando censeatur liberatus a fideiussione. Qualis debeat esse novatio Contractus ad eum liberandum. Solutionis tempore peracto debet fideiussor intra 15. dies contra Debitorem agere ut eum liberet, alias non censetur liberatus. Negligentia creditoris in exigendo si debitor non solvendo sit factus an, & quando fideiussorem liberet. Statutum Florent. *Rubr.* 59. beneficium excussionis tollit. De opinione Rotæ ad fideiussionem præscribendam requiritur lapsus 36. annorum, & quando, & quomodo interrumpatur: Bestiamina deciditur esse fructifera ad rationem quinque pro centenario. Expressione sortis fructus veniunt, licet sententia non loquatur de illis.

SUMMARIUM.

1 *Partitæ extractæ a Libris Decimarum ad effectum immissionis plene probant.*

2 *Prorogato tempore ad solvendum fideiussor ac eius bona liberantur.*

remanent ab omni nexu obligationis, maxime stante novatione, quæ sufficit ad liberandum fideiussorem.

3 *Prorogatio facta principali debitori non quoad substantiam obligationis sed quoad dilationem solutionis non liberat fideiussorem.*

4 *Novæ conventiones circa accidentalia contractus eum non mutant, sed remanet integer etiam contra fideiussorem maxime stante præservatione, quod quoad cætera contractus maneret integer n. 5.*

6 *Aliquid additum, seu detractum circa modum, & tempus novationem non inducit, maxime quando nullum intercedit damnum fideiussoris, num. 7. sed potius favor eius, ut hic n. 8. maxime stante scientia d. conventionis num. 10.*

9 *Factum debitoris fideiussori non obest maxime stante dispositione Statutorum Florentiæ Rubr. 33. ubi cavetur quod quilibet fideiussor postquam solutionis tempus advenit, elapsis 15. diebus potest agere contra debitorem ut eum liberet.*

11 *Negligentia Creditoris in exigendo a principali Debitori, qui interim effectus est non solvendo, an fideiussorem liberet maxime quando fideiussor non legitur obligatus in solidum, sed tantum subsidiarius n. 12. & 13. ubi per simplicem negligentiam creditoris, mutato statu debitoris, fideiussor censetur liberatus, & n. 14. ubi de differentia fideiussionis subsidiariæ provisione Legis, & hominis.*

15 *Stante dispositione Statuti Florentini Rubr. 59. quo beneficium excussionis tollitur creditor non potest a fideiussore de negligentia redargui, & n. 16. ubi non sufficit in omnem casum sola negligentia, creditoris sed petitio, & intimatio fideiussoris.*

17 *Rota Florentina pro complemento præscriptionis requirit 36. annos a die præstitæ fideiussionis, & num. 18. ubi lapsus interrumpitur stante obitu tam Creditoris, quam Hæredis & minori etate Successorum, quod tempus subducendum est, vel ei succurrendum auxilio restitutionis in integrum num. 19.*

20 *Fideiussori non potest pro interesse vitando terminus ab initio conventus, & deinde prorogatus, maxime stante conventione partium n. 21. quæ interpetratur usque ad totalem capitalis extinctionem n 22 maxime verbis indefinitis accedentibus n 23.*

24 *Natura dictionis* omnia *est nihil excludere & accessiones principali incumbentes comprehendere.*

25 *Bestiamina de sui natura sunt fructifera, & considerantur ad rationem quinque n. 26.*

27 *Verba habent significationem ab usu, & intelliguntur iuxta solitum.*

28 *Fructus ante sortem sunt solvendi.*

29 *Ad iniustitiam a sententia removendam verba improprie sunt accipienda.*

30 *Verba precedentia declarant sequentia & sententiæ recipiunt declarationem a petitione.*

FActa per D. Iulianum de Fabbrinis Seniorem, usque de anno 1611. venditione Bestiaminum pro pretio scut. bis mille D. Io. de Riccuccis, qui successive eadem Bestiamina revendidit D. Io. olim D. Vincentii Nicolai Iacobi de Ricasolis, pro eodem pretio solvendo dicto D. Iuliano de Fabbrinis, præfatus D. de Ricasolis occasione venditionis prædii siti in Populo S. Mariæ *alle Campiglie*, accollavit dict. scuta bis mille DD. Leonello, & Salvatori fratribus de Cancellis emptoribus qui promiserunt ea solvere D. Iulianum de Fabbrinis *infra tempus, & terminum sex annorum, & stante, quod est pretium Bestiaminum, illud hoc tempore, quo non solverint dictum pretium, promiserunt solvere interesse ad rationem quinque pro centenario*, sub fideiussione D. Valerii, quondam D. Antonii Donati de Vestruccis de Monte Varchio, & stante dicta accollatione, seu verius delegatione D. Iulianus de Fabbrinis, & pro eo D. Octavius, quondam Francisci de Guidis eius Procurator præsens, & acceptans D. Leonellum de Cancellis pro se, & fratre intervenientem in debitorem, liberavit tam dict. D. de Riccuccis, quam D. Io. de Ricasolis a solutione dd. scut. bis mille cum pacto de illa amplius ab eis non petendo, prout latius in Instrumento celebrato sub die 10. Septembris 1616. rog. per Egregium D. Franciscum q. Andreæ de Salicis.

Exorta deinde lite inter d. D. de Fabbrinis Creditorem ex una, & dd. DD. de Cancellis ex altera de anno 1636. dd. DD. de Cancellis fuerunt condemnati per Sententiam DD. Trium de Rota ad solvendum dicta scuta bis mille una cum interesse convento, ut supra, ad rationem quinque pro centenario rationibus plene congestis in Motivo desuper edito, & exhibito sub die 27. Aprilis 1637. existente in *lib. mot.* 111. *a* 675. *t.* Verum facta post plures annos per Montem Pietatis huius inclitæ Civitatis incorporatione bonorum dd. DD. de Cancellis, instituto super eis Iudicio concursus Creditorum, hæredes dict. q. D. Iuliani de Fabbrinis præmissa notificatione, ac requisitione necessaria contra DD. Smeraldum, & Theodosium filios q. D Valerii Vestrucci Fideiussoris, comparuerunt quidem in eo Iudicio, & fuerunt graduati in tertio loco tam pro capitali scut. bis mille, quam pro fructibus decursis, & non solutis ad rationem scut. 5. pro cen-

tena-

tenario, sed inutiliter, deficientibus assignamentis pro eorum satisfactione. Qua propter de anno 1790. introducto coram nobis Iudicio immissionis contra D. Antonium de Soldanis, uti possessorem bonorum q. Valerii de Vestruccis Fideiussoris descriptorum in calce libelli petitam immissionem d. DD. de Fabbrinis agentibus censui concedendam, donec remaneant satisfacti de eorum credito tam sortis, quam interesse, demptis tamen nonnullis bonis descriptis in Sententia Supremi Magistrat. diei 31. Aug. 1635.

Motus quia de credito cum hypotheca dd. DD. de Fabbrinis contra dd. DD. de Cancellis, & D. q. Valerium de Vestruccis Fideiussorem constat ex Instrumento memorato D. Francisci q. Andreæ de Salicis; de possessione vero antiqua d. q. Valerii Fideiussoris, nec non recenti d. D. de Soldanis Rei Conventi Bonorum, ad quæ fuit data immissio, & eorum identitate dubitare non sinunt partitæ extractæ a Libris Decimarum quas plene probare ad effectum immissionis prædictæ, sepius firmavit hæc Rota vulgatis, & hic notissimis decisionibus; quibus concurrentibus immissio omnino fuit concedenda vulgatis, & notissimis iuribus, tanto magis quia D. Petronilla a qua causam habet Reus 1
conventus non potuit, nec potest venire sub nomine tertii Possessoris, adeout intraret inspectio an hypotheca favore illius esset præscripta, & an adessent requisita pro ea præscribenda iuxta authoritates deductas, quæ percutiunt huiusmodi terminos tertii Possessoris, sed dicta D. Petronilla consideranda venit uti hæres filiorum, & hæredum dicti Fideiussoris, attento quod huiusmodi titulo pervenerunt dicta bona petita in dict. D. Petronillam, ut constat ex partitis Decimarum de quibus in actis.

Adversus prædicta Informantes pro D. Reo Convento proponebant per d. q. D. Iulianum de Fabbrinis fuisse prorogatum tempus sex annorum ab initio conventum ad solvendum DD. de Cancellis principalibus debitoribus inscio d. D. Valerio de Vestruccis Fideiussore iuxta documenta in actis exhibita, ac propterea eumdem Fideiussorem, ac eius bona remansisse liberata ab omni nexu obligationis, *Leg. item quæritur §. qui impleto ff. locat. & in Leg. si cum hermes Cod. eod.* eo magis, quia de anno 2
1623. intercessit inter Creditorem, & principalem Debitorem nova conventio, quod ipse Debitor non possit solvere, nec Creditor exigere, nisi prævia intimatione ad invicem facienda per sex menses ante, adeout attenta dicta conventione dicatur facta novatio seu saltem alteratio relevans primævi contractus, quæ sufficit ad liberandum Fideiussorem, ad *Text. in Leg. si creditor* 15. & ibi *Gloss. fin. & in Leg. novatione ff. de novat. & delegation. Episc.* 3
Rocc. disp. 120. *n.* 40. *& seqq.*

Verum cum terminus sex annorum in memorato contractu non fuerit appositus substantiæ obligationis, sicuti in iuribus in contrarium allegatis, sed solummodo eius executioni, & simpliciter ad differendam solutionem, quælibet prorogatio facta principali Debitori non liberat Fideiussorem, iuxta communiter re-
4 ceptam distinctionem ex originali doctrina, *Hostiens. in cap. constitutus de fideiuss. Merlin. de pign. lib.* 5. *q.* 31. *n.* 8. *Salgad. in Labyr. par.* 1. *cap.* 34. *n.* 2. *& seqq.* plures apud *Ayll. ad Gomes. var. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 22. *Palm. alleg.* 108. *n.* 4. *& seqq. Rota Flor. apud Monach. dec.* 34. *n.* 7. *& L. M.* 110. *n* 71. 72. *De Marin resol.* 133. *n.* 12. *lib* 1. *& resolut.* 65. *n.* 11. *lib.* 2. ubi sic decisum fuisse testatur per S. C. Neapolitanum.

Nec asserta conventio super addita inter Debitorem, & Creditorem; quod alter nequeat solvere, alter vero nequeat cogere ad solvendum, nisi præmissa requisitione per sex menses ante, inducit novationem, sed firma remanente substantia contractus, & obligationis solvendi scuta bis mille, & interesse ex causis de quibus in dicto Instrumento anni 1616. firmat solummodo modum solvendi utrique parti commodiorem, ut patet ad oculum. Quando vero novæ conventiones versantur circa accidentalia, non circa substantialia, contractus remanet integer, & in primævo ro-
5 bore contra Fideiussorem, *Monach. dec. Florent.* 34. *n.* 7. late *De Luc. ad Gratian. cap.* 509 *n.* 1. 3. bene *Rot. cor. Seraph. dec.* 1063. *num.* 8. *& seqq.* & confert omnino videndus *Mart. Med. dec.* 76. *per tot.* & in specie *n.* 38. ubi distinguit inter novationem proprie, & improprie sumptam, ut scilicet hæc secunda non liberet Fideiussorem, & dicitur in eius sensu novatio improprie, quando per eam non perimitur primeva obligatio; hic autem non solum patet ad sensum priorem obligationem non fuisse peremptam, sed ad omnimodam evidentiam, ne contingeret de hoc dubitari, fuit expresse præservatum in dicta nova conventione, quod manerent in suo robore cœtera pacta inter partes stipulata in dicto Instrumento rog. per d. q. Franciscum de Salicis, qua stante præservatione cessare quamcumque novatio-
6 nem, & Fideiussoris liberationem tradunt *Hering. de fideiuss. cap.* 20. §. 3. *num.* 13. & concordat *Maur. de fideiuss. par.* 2. *sect.* 10. §. 4. *n.* 46. *vers. limitatur modo Gratian. cap.* 290. *n.* 29. *Cyriac. controv.* 249. *n.* 11. *Mart. Med. exam.* 41. *num.* 41. 52.

Rursus in specie, de qua agitur quod aliquid additum, seu detractum circa modum, & tempus, ut in præsenti, novationem
7 non inducat est *Text. express. in Leg. fin. Cod. de novat.* „ ibi „ = vel conditionem, seu tempus addiderit, vel detraxerit „ nec exinde Fdeiussoris liberationem sequi tradit *Gratian. cap* 290. *n.*

n 31. præſertim quando nullum ex nova conventione, prout hic emergit damnum fideiuſſori, tunc enim numquam intelligitur liberatus *Mart. Med. d. dec.* 67. *n.* 44. *per tot.* 46. Nullum vero emergere damnum Fideiuſſoris ſatis de ſe patet, & in ea parte, qua D. Fabbrinus convenit ſe non poſſe exigere niſi præcedente diſdicta per ſemeſtre, pactum potius prodeſt tam Debitori, quam Fideiuſſori iuxta ea, quæ de pacto de non petendo notant *Maur. de fideiuſſ. par.* 2. *ſect.* 9. §. 14. *n.* 1. *& ſeq.* in alia vero 9
parte, qua conventum fuit, quod Debitor non poſſet ſolvere, niſi eadem præcedente diſdicta in nihilo nocet fideiuſſori per regulam, quod factum Debitoris Fideiuſſori non obeſt, idem *Maur. par.* 2. *ſect.* 9. §. 4. & fortius ſtante diſpoſitione Statutorum Florentiæ, *Rubr.* 33. de qua meminit *Tuſch. litt. F. concl.* 318. *num.* 34. ubi cavetur quod quilibet Fideiuſſor poſtquam ſolutionis tem- 10
pus advenit elapſis quindecim diebus poſſit agere contra Debitorem, ut eum liberet, qua diſpoſitione ſtante conſtat, Fideiuſſorem non poſſe conqueri, niſi de propria negligentia.

Sed ulterius, quod magis eſt in præſenti caſu D. Veſtruccius Fideiuſſor fuit conſcius dictæ conventionis, ut ex eius Epiſtola diei 17. Auguſti 1620. & non ſolum tacuit, nec reclamavit, ſed in eadem Epiſtola hortatus eſt Salvatorem Cancelli ad obſervantiam eiuſmodi conventionis, & agnoſcens, ſe per eam non liberari, curavit pro ſui cautione recipere a dicto Debitore ſcuta 1500. ſub eodem annuo intereſſe ſcut. 5. uti concludenter probat confeſſio Theodoſii Veſtrucci filii, & cohæredis dicti Fideiuſſoris in poſitionibus exhibitis in Iudicio pendente cum dictis DD. de Cancellis de anno 1635. in præſenti cauſa reproductis, itaut data etiam novatione, ſeu alteratione præiudiciali (quæ hic non adeſt) ſtante ſcientia, taciturnitate, & acquieſcientia prædicta ac attento conſenſu ex præmiſſis, ſive tacite, ſive expreſſe reſultante, Fideiuſſor præfatus non diceretur a nexu contractæ obligationis liberatus, *Theſaur. dec.* 125. *n.* 10. 11. *nec non ipſemet Epiſc. Rocc. exadverſ. allegat. diſp.* 120. *n.* 54.

Conſimiliter ſubſiſtere non putavi liberationem Fideiuſſoris ex capite allertæ negligentiæ DD. de Fabbrinis in exigendo a DD. Cancellis principalibus Debitoribus qui hoc interim effecti ſunt 11
non ſolvendo ad tradita per *Anſald de commerc. & mercat. diſc.* 16. *num.* 21. præſertim quia fideiuſſor non legitur obligatus in 12
ſolidum, & videtur dicendus, & reputandus ſubſidiarius ex *auth. præſente C. de fideiuſſ.* quo caſu certius videtur per ſimplicem negligentiam creditoris mutato ſtatu debitoris Fideiuſſorem cenſe- 13
ri liberatum *Noguerol. alleg.* 40. *num.* 57. 58.

Siqui-

Siquidem allata procedunt in Fideiussore subsidiario provisione hominis, quando scilicet fideiussor sibi prospexit per pactum, ut non conveniatur nisi in subsidium excusso principali Debitore, seu aliter per modum conditionis, in quibus terminis non versatur casus præsentis Fideiussoris; non procedunt autem in Fideiussore simpliciter accepto absque dicto pacto, qui dicitur subsidiarius provisione Legis, quæ indulget beneficium excussionis Fideiussori, ut distinguendo firmat *Vasq. contr. lib.* 1. *cap.* 33. *n*
14 8. & plenius *Maur. de fideiuss par.* 2. *sect.* 10. seu potius *Bons. apud eum in cons. ibi impresso post* §. 23. *n.* 10. *vers. tertio non obstat*, *&* *seqq. usque ad num.* 18. ubi reddit efficaces rationes differentiæ,

Quamvis Vestruccius nequeat considerari Fideiussor subsidiarius etiam provisione Legis, cum simpliciter, & in forma communi intercesserit pro cunctis a principali promissis, & ex dispositione Statuti Florentini *Rubr.* 59 de qua mentionem facit *Magon. dec. Flor.* 38. nullo gaudeat excussionis beneficio, itaut pos-
15 sit conveniri absque eo quod pulsetur, & executiatur principalis, qua dispositione stante non potest a Fideiussore Creditor de ulla negligentia, nec mutatione status principalis Debitoris redargui *Maur. de fideiuss. par.* 2. *sect.* 10. *num.* 151. *Merlin. de pign. lib.* 5. *qu.* 57. *in fin.* & in omnem eventum non sufficeret sola negligentia Creditoris, sed requiritur petitio, & intimatio Fideiussoris adversus Creditorem, ut Debitorem labentem facultatibus conveniat
16 & exigat, *Vasq. contr. iur. in add. num.* 10. *Bellon. iun. cons.* 90. *num. fin. Mantic. de tacit. tit.* 17. *n.* 45. *lib.* 16. *Surd. de alim. tit.* 7. *qu.* 17. *num.* 33. *De Marin. var. resol. lib.* 1. *cap.* 133. *n.* 13. *Thesaur. dec.* 125. *num* 13. *Rocc. de decoct. not.* 50. *n.* 151. *Altimar. in addit. ad Rovit. dec.* 43. *n.* 21. *vidend. Colerius de process. exeq. par.* 1. *cap.* 10. *n.* 356. *&* *seqq.* Quinimo de prætensa negligentia nequidem satis liquet, cum usque de anno 1635. Creditor convenerit principales Debitores, & Sententiam favorabilem pro sorte, & interesse adversus eos reportaverit, in cuius exequtionem fuerunt etiam adiudicatæ d. D. Creditori pecuniæ existentes penes DD. de Soldanis authores rei conventi, ut ex documentis in actis exhibitis.

Non obstat allegata præscriptio, quia ultra interruptionem quæ intervenit ex memorato iudicio instituto contra Debitorem de anno 1635. & 1636. fuit iterum interrupta mediante requisitione, & intimatione transmissa DD. q. Theodosio, & Smeraldo filiis, & hæredibus d. Valerii Vestrucci fideiussoris sub die 19. Decembris 1651. & denuo de mense Maii 1653. quæ quidem intimationes processerunt intra 36. annos currentes a die præstitæ fideius-

fideiussionis quorum lapsum requirit hæc Rota pro complemento praescriptionis, *Asinius de execut.* §. 4. *cap.* 134. *num.* 7. *in fin.* 17
Rot Flor. lib. mot. 99. *a* 418. *& lib.* 103. *a* 152. *& lib.* 117. *a* 210. *& lib.* 118. *a* 101. *&* 469. & licet postmodum triginta sex anni currentes effluxerint a die dictarum intimationum, priusquam introduceretur iudicium, nihilominus stante obitu tam Creditoris, quam Hæredis, & minori ætate successorum modo agentium evitatur præscriptio subducendo tempus minoris ætatis iuxta 18
opinionem, *Rot. Flor. lib. mot.* 50. *a* 409. *die* 29. *Novembr.* 1580. vel eis succurrendum esset auxilio deductæ restitutionis in integrum ex capite minoris ætatis, & probabilis ignorantiæ, *Caball. cons. dec.* 178. *n.* 3. 20. 21. *lib.* 1. *Andreol. controv.* 52. *num.* 17. 19
Afflict. dec. 37. *num.* 1. 2. *& ibi Adden. Fenzon. ad Statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 158. *n.* 71. *Rot. dec.* 92. *n.* 14. *par.* 19. *recent.* late *Palm. alleg.* 2. *n.* 20. *& seqq.*

Aliud vero obiectum, quod dict. Fideiussor non teneatur saltem ad interesse decursum post terminum sex annorum conventum ab initio, & deinde prorogatum ad tradita per *Coler. de proc. exequt. cap.* 10. *num.* 351. meo iudicio censui non obstare. 20

Quandoquidem dictum interesse non venit simpliciter ex mora Debitoris remissa per prorogationes ei factas a Creditore, in quibus terminis videtur loqui *Coler.* in loco mox allegato, sed venit ex intrinseca natura contractus pro pretio bestiaminum de sui indole fructiferorum, & sic ex causa fructifera, & pro tali approbata a DD. Tribus de Rota in eorum Motivo desuper indicato, & accedit insuper conventio partium in dicto Motivo pariter approbata, quibus concurrentibus Fideiussorem æque ac principalem teneri, tam pro sorte, quam pro accessionibus sicut supra debitis firmat *De Luc. de regalib. disc.* 10. *num.* 7. *Henriq.* 21
de fideiuss. cap. 24. *num.* 218. *& seqq. & num.* 232. *& seqq. Hodiern. ad Surd. dec.* 212. *n.* 1. *& seqq. Tranchedin. cons. ult. num.* 46. *& seqq. ubi alii.*

Nec potest concipi coventionem interesse prædicti fuisse restrictam ad tempus, & pro tempore sex annorum præfixorum ad solvendum capitale.

Tum quia fuit expressa causa fructifera prætii bestiaminum, quæ cum æque militet tam ante, quam post sexennium demonstrat in consequens fuisse promissum interesse usque ad totalem 22
capitalis restitutionem, *Rot. dec.* 119. *num.* 6. *& seqq. par.* 18. *recent. tom.* 1. ubi observat eo magis censendum esse huiusmodi fuisse votum partium, quia si voluerunt durante dilactione fructus deberi, multo magis dicendi sunt voluisse deberi post elapsum dilationem, per quam Debitor constituebatur in mora, quæ debet

Siquidem allata procedunt in Fideiussore subsidiario provisione hominis, quando scilicet fideiussor sibi prospexit per pactum, ut non conveniatur nisi in subsidium excusso principali Debitore, seu aliter per modum conditionis, in quibus terminis non versatur casus præsentis Fideiussoris; non procedunt autem in Fideiussore simpliciter accepto absque dicto pacto, qui dicitur subsidiarius provisione Legis, quæ indulget beneficium excussionis Fideiussori, ut distinguendo firmat *Vasq. contr. lib.* 1. *cap.* 33. *n*
14 8. & plenius *Maur. de fideiuss par.* 2. *sect.* 10. seu potius *Bons. apud eum in cons. ibi impresso post* §. 23. *n.* 10. *vers. tertio non obstat*, *& seqq. usque ad num.* 18. ubi reddit efficaces rationes differentiæ,

Quamvis Vestruccius nequeat considerari Fideiussor subsidiarius etiam provisione Legis, cum simpliciter, & in forma communi intercesserit pro cunctis a principali promissis, & ex dispositione Statuti Florentini *Rubr.* 59 de qua mentionem facit *Magon. dec. Flor.* 38. nullo gaudeat excussionis beneficio, itaut pos-
15 sit conveniri absque eo quod pulsetur, & excutiatur principalis, qua dispositione stante non potest a Fideiussore Creditor de ulla negligentia, nec mutatione status principalis Debitoris redargui *Maur. de fideiuss. par.* 2. *sect.* 10. *num.* 151. *Merlin. de pign. lib.* 5. *qu.* 57. *in fin.* & in omnem eventum non sufficeret sola negligentia Creditoris, sed requiritur petitio, & intimatio Fideiussoris adversus Creditorem, ut Debitorem labentem facultatibus conveniat
16 & exigat, *Vasq. contr. iur. in add. num.* 10. *Bellon. iun. cons.* 90. *num. fin. Mantic. de tacit. tit.* 17. *n.* 45. *lib.* 16. *Surd. de alim. tit.* 7. *qu.* 17. *num.* 33. *De Marin. var. resol. lib.* 1. *cap.* 133. *n.* 13. *Thesaur. dec.* 125. *num* 13. *Rocc. de decoct. not.* 50. *n.* 151. *Altimar. in addit. ad Rovit. dec.* 43. *n.* 21. *vidend. Colerius de procesf. exeq. par.* 1. *cap.* 10. *n.* 356. *& seqq.* Quinimo de prætensa negligentia nequidem satis liquet, cum usque de anno 1635. Creditor convenerit principales Debitores, & Sententiam favorabilem pro sorte, & interesse adversus eos reportaverit, in cuius executionem fuerunt etiam adiudicatæ d. D. Creditori pecuniæ existentes penes DD. de Soldanis authores rei conventi, ut ex documentis in actis exhibitis.

Non obstat allegata præscriptio, quia ultra interruptionem quæ intervenit ex memorato iudicio instituto contra Debitorem de anno 1635. & 1636. fuit iterum interrupta mediante requisitione, & intimatione transmissa DD. q. Theodosio, & Smeraldo filiis, & hæredibus d. Valerii Vestrucci fideiussoris sub die 19. Decembris 1651. & denuo de mense Maii 1653. quæ quidem intimationes processerunt intra 36. annos currentes a die præstitæ fideius-

fideiussionis quorum lapsum requirit hæc Rota pro complemento præscriptionis, *Asinius de execut.* §. 4. *cap.* 134. *num.* 7. *in fin.* 17
Rot. Flor. lib. mot. 99. *a* 418. *&* *lib.* 103. *a* 152. *&* *lib.* 117. *a* 210. *&* *lib.* 118. *a* 101. *&* 469. & licet postmodum triginta sex anni currentes effluxerint a die dictarum intimationum, priusquam introduceretur iudicium, nihilominus stante obitu tam Creditoris, quam Hæredis, & minori ætate successorum modo agentium evitatur præscriptio subducendo tempus minoris ætatis iuxta 18
opinionem, *Rot. Flor. lib. mot.* 50. *a* 409. *die* 29. *Novembr.* 1580. vel eis succurrendum esset auxilio deductæ restitutionis in integrum ex capite minoris ætatis, & probabilis ignorantiæ, *Caball. cons. dec.* 178. *n.* 3. 20. 21. *lib.* 1. *Andreol. controv.* 52. *num.* 17. 19
Afflict. dec. 37. *num.* 1. 2. *&* *ibi Adden. Fenzon. ad Statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 158. *n.* 71. *Rot. dec.* 92. *n.* 14. *par.* 19. *recent.* late *Palm. alleg.* 2. *n.* 20. *&* *seqq.*

Aliud vero obiectum, quod dict. Fideiussor non teneatur saltem ad interesse decursum post terminum sex annorum conventum ab initio, & deinde prorogatum ad tradita per *Coler. de proc. exequt. cap.* 10. *num.* 351. meo iudicio censui non obstare. 20

Quandoquidem dictum interesse non venit simpliciter ex mora Debitoris remissa per prorogationes ei factas a Creditore, in quibus terminis videtur loqui *Coler.* in loco mox allegato, sed venit ex intrinseca natura contractus pro pretio bestiaminum de sui indole fructiferorum, & sic ex causa fructifera, & pro tali approbata a DD. Tribus de Rota in eorum Motivo desuper indicato, & accedit insuper conventio partium in dicto Motivo paritur approbata, quibus concurrentibus Fideiussorem æque ac principalem teneri, tam pro sorte, quam pro accessionibus sicut supra debitis firmat *De Luc. de regalib. disc.* 10. *num.* 7. *Henriq.* 21
de fideiuss. cap. 24. *num.* 218. *&* *seqq.* *&* *num.* 232. *&* *seqq.* *Hodiern. ad Surd. dec.* 212. *n.* 1. *&* *seqq.* *Tranchedin. cons. ult. num.* 46. *&* *seqq. ubi alii.*

Nec potest concipi coventionem interesse prædicti fuisse restrictam ad tempus, & pro tempore sex annorum præfixorum ad solvendum capitale.

Tum quia fuit expressa causa fructifera prætii bestiaminum, quæ cum æque militet tam ante, quam post sexennium demonstrat in consequens fuisse promissum interesse usque ad totalem 22
capitalis restitutionem, *Rot. dec.* 119. *num.* 6. *&* *seqq. par.* 18. *recent. tom.* 1. ubi observat eo magis censendum esse huiusmodi fuisse votum partium, quia si voluerunt durante dilactione fructus deberi, multo magis dicendi sunt voluisse deberi post elapsam dilationem, per quam Debitor constituebatur in mora, quæ

debet

debet nocere, & non prodesse, ut ibi loquitur Rota.

Tum quia id satis fuit expressum in illis verbis *pro hoc tempore, quo non solverit* quæ tamquam indefinita respiciunt totum tempus futurum, quo capitale non solvitur, ut in proximis ter-
23 minis determinat *Rot. d. dec.* 119. *num.* 10. *&* 11. adeout fideiussoris obligatio, quæ non fuit specialis ad fructus sex annorum tantum, sed generalis ad omnia contenta in obligatione principalis „ ibi „ omnia per ipsum ut supra eidem promissa &c. „ porrigatur, & referatur etiam ad fructus decurrendos post sexennium per principalem solvendos, ut præsefert dictio *ut supra* ad mentem *Decian. resp.* 72. *n.* 45. *lib.* 2. *& Rot. dict. dec.* 119. *n.*
24 11. 12. videnda, nec non dictio *omnia*, cuius natura est nihil excludere, *Barb. dict.* 241. *num.* 16. & accessiones cunctas principali incumbentes compræhendere, *Coler. de process. execut. cap.* 10. *n.* 381. ex adverso allegat. in *vers. tamen secus est, si in omnem causam fideiusserit*.

Quibus attentis fructus mihi visi sunt omnino deberi tamquam provenientes ex non solutione prætii bestiaminum, quæ
25 de sui natura sunt fructifera, prout in puncto tradunt *Cravett. cons.* 145. *n.* 8. 9. *Carocc. de locat. tit. de usur. qu.* 7. *n.* 6. *per tot. Roder. de ann. reddit. lib.* 3. *q.* 7. *n.* 89. & iam in hacmet causa inter Creditorem, & principalem Debitorem definivit hæc *Rota*, ut videre est in *lib. mot.* 111. *a* 675. & visi sunt deberi iuxta taxationem, & conventionem ad rationem quinque, quæ fuit a dd. DD. Tribus de Rota pariter in dicto Motivo appro-
26 bata, cum etiam seclusa huiusmodi approbatione in omnem casum pro iustitia memoratæ taxactionis sit præsumendum donec contrarium fuerit ex adverso probatum ex late deductis per *De Luc. de usur. disc.* 18. *num.* 6. *& disc.* 21. *num.* 6.

Tandem, ne lapis ullus intactus remaneret pene in calculo ferendæ sententiæ, fuit excitata difficultas, quod capitale crediti DD. de Fabbrinis fuerit in parte extinctum, attento tenore sententiæ emanatæ die 6. Maii 1638. in Curia Mercaturæ, per quam fuerunt adiudicata D. q. Io. Francisco de Fabbrinis scuta mille, alias sub die 22. Maii 1637. sequestrata penes D. Baldassarrem de Soldanis, & quidem fuerunt adiudicata (ut sunt præcisa verba sententiæ) *In soluto pagamento per la concorrente somma, e quantità di detto suo credito di sorte, e spesa, e prima a conto di spesa, come poi della vera sorte*, adeout dicta scuta mille in vim dictæ sententiæ successive persoluta dicto D. de Fabbrinis, intelligenda sint cessisse in computum sortis scutorum bis mille, de quibus in Instrumento diei 10. Septembris ani 1616.

Verum cum ex dicto Instrumento appareat creditum DD.

de

de Fabbrinis conflare tam ex capitali, quam ex fructibus ad rationem quinque cumque idem ipsemet D. q. Io. Franciscus de Fabbrinis fuisset de proximo, nempe sub die 23. Martii 1636. declaratus creditor a DD. Tribus de Rota tam capitalis, quam fructuum prædictorum; cumque deinde vix elapso bimestri sub die 22. Maii sequentis impetrasset sequestrum dictarum pecuniarum penes d. D. de Soldanis pro parte dicti sui crediti, nec doceatur de aliqua solutione fructuum intermedia a die sententiæ DD. Trium usque ad diem obtenti sequestri, utique in petitione d. sequestri pro parte crediti veniunt fructus quoque, ut de se patet.

Nec expressio sortis habita in adiudicatione, de qua supra naturam, & substantiam crediti ex sorte, & fructibus conflatam intervertit, quia hæc apponitur de stylo Tribunalis Mercaturæ in adiudicationibus rerum sequestratarum ad contradistinguendum creditum petitum ab expensis passis in Iudicio tantum, salva in cœteris natura ipsius crediti, prout certior factus sum, ex informationibus quas Iudex extraiudicialiter de huiusmodi stylo sumere potest notis iuribus, & de cœteris verba habent significationem ab usu, *Scacc. de sentent. & de re iud. gloss.* 2. *qu.* 1. *n.* 8. 27
& intelliguntur iuxta ea, quæ solita sunt observari, & practicari *Rot. cor. Cerro dec.* 122. *n.* 11. 12.

Eo proclivius in præsenti, quia intelligendo diversimode d. sententiam esset læsiva, & iniusta; Arctaret enim ad recipiendum pecunias ad computum sortis, non persolutis adhuc fructibus, qui ante sortem de iure sunt solvendi, *Text. est in L. in suis §. apud* 28
Marcellum, & in Leg. Titia ff. de solut. Surd. cons. 290. *num.* 61. *Capyc. Latr. dec.* 21. *num.* 4. *& seqq. Rot. dec.* 360. *num.* 9. *par.* 11. *rec.* ad iniustitiam vero, seu absurditatem removendam a sententia verba debent intelligi non solum proprie, & stricte, sed improprie, & large, & ita ut Iudex non deroget Iuri communi, 29
quod facere non potest, *Scacc. de sent. & re iudic. gloss.* 14. *qu.* 17. *num.* 62. *&* 63.

Præterquamquod huiusmodi fuisse sensum Iudicis lucide resultat ex verbis eiusdem sententiæ confirmationis sequestri, & adiudicationis „ ibi „ Lo confermiamo, & approviamo per la somma, e quantità di sc. 1000. per parte per le ragioni, e cagioni, che fatto fu, e per le spese di detti Beni, e denari staggiti come sopra &c. „ per quæ verba satis dignoscitur mens Iudicantis se conformandi adamussim petitioni d. q. D. Io. Francisci sequestrantis non minus pro capitali, quam pro fructibus ut supra, ita ut ad istos limites, & retento hoc temate intelligenda sit mentio *sortis* inferius facta, ne alias eadem sententia contineat repugnantiam contra vulgatissima iuris principia; adstipulante

te insuper regula, quod verba precedentia bene declarant sequen-
30 tia, & quod sententiæ recipiunt declarationem a petitione, *Rot. dec.* 598. *num.* 13. 14. *par.* 18. *rec. tom.* 2.

Unde immissionem censui concedendam pro integro capitali scutorum bis mille, nec non pro fructibus prædictis deductis tamen solutionibus hucusque iustificatis, & in posterum iustificandis, quæ cedant prius in satisfactionem fructuum, & deinde capitalis, ut est de iure, & eamdem immissionem tantummodo denegavi, quoad bona descripta in sententia Supremi Magistratus diei 31. Augusti 1635. utpote assignata d. Mariæ de Soldanis uxori q. dicti Valerii Vestrucci creditrici anteriori suarum dotium usque de anno 1594. & perventa in d. D. de Soldanis reum conventum, vigore fideicommissi instituti ab eadem D. Maria quod inter partes non controvertebatur.

Et ita &c.

Alexander Bellutius Rot. Audit.

DECISIO IV.

FLORENTINA EFFOSSIONIS CRETÆ

die 12. *Septembris* 1692. *cor.* AUDIT. ÆNEA CAVALCANTI.

ARGUMENTUM.

Fodinæ lapidum, arenæ, cretæ, auri &c. Emphyteutæ acquiruntur qui eas fodere potest, salva favore Domini emendatione damni, maxime quando ex effossione cretæ, vel arenæ fundi utilitas exoritur.

SUMMARIUM.

1 *Fodinæ lapidum, arenæ, cretæ, aliorumque fossilium, immo, & auri, argenti &c. sive ab antiquo, sive de novo reperta Emphyteutæ acquiruntur salvo tantum iure Principis n.* 3.

2 *Emphyteuta plus iuris habet quam Usufructuarius, & huic adquiruntur obventiones. n.* 5.

4 *Emphyteuta potest fodere terram, omnemque facere excavationem abstinendo a magica arte, & si damnum Proprietario obvenerit ad emendationem.*

6 *Qui vult consequens vult etiam suum necessarium antecedens.*

7 *Damnum emendandum est opere completo, & interim intrat tantum cautio de re in pristinum restituenda.*

8 *Uti*

8 *Ubi ex effossione cretæ, vel arenæ fundi utilitas exoritur talis excavatio Usufructuario etiam permittitur. & num.* 10.

9 *Notatur Barbos. in L. divortio* 8. §. *vir. n.* 16. *ff. solut. matrim.*

11 *Emphyteuta, Conductor regulariter non possunt mutare usum, seu formam Fundi emphyteutici, nisi adsit maior utilitas, vel voluntas Domini. num* 12.

13 *In notoriis sufficit etiam extraiudicialis Iudicis informatio.*

14 *Visitatio, & inspectio loci indicialiter facta dicitur liquidissima probatio.*

15 *Repletione fovearum melioratur ager, terra in qua ager repletur est uberior, vel saltem præsumitur donec contrarium probetur. num.* 18. *&* 19.

16 *Possessio aquæductus sufficienter probatur ex Testium depositione, & sufficit aquam sic fuisse ductam de solo anno ad effectum manutentionis num.* 17.

20 *Ex coniecturis satis probatur animus Contrahentium, & multo magis ex insolito num.* 21.

22 *Laudemium de iure non transcendit quinquagesimam partem valoris rei totius.*

23 *Argumentum a verisimili valet tamquam a ratione naturali.*

24 *Observantia subsequuta declarat conventionem a principio, licet sensus contrarius esset verior.*

25 *Beneplacitum concedens emphyteuticandi facultatem, concedit omnia naturalia, quæ habentur pro expressis in contractibus tam bonæ fidei, quam stricti iuris, & in similibus Rescriptis latissima sit interpretatio num.* 26.

27 *Equitas legibus non dubiis semper accedit congrue interpretando, & naturales eius sensus reddit uberiores.*

28 *In Contractu emphyteutico non ita intrat læsio favore Proprietarii, aut Emphyteutæ.*

29 *Bona Ecclesiæ sunt bona Dei, & nullus Homo, nullaque Congregatio habet proprium dominium, sed tantum dispensationem cum maiori, vel minori plenitudine potestatis.*

COncesso per RR. PP. Sancti, & Gloriosiss. nominis Francisci de Paula Cænobii extra huius inclytæ Civitatis quodam Agello sito prope eadem Mænia Marco Antonio, & fratribus Passerini laterariis in emphyteusim ad illorum secundam generationem masculinam, cum Canone laudemico, pactis, & conditionibus, de quibus latius in Instrumento desuper celebrato de die 6. Apr. 1672. &

& dicetur inferius secundum quod præbebit occasio; Emphyteuta statim fere (ut ex Processu resultat) misit operarios ad effondendam cretam quam ibi reperiit lateribus efformandis aptam, semperque deinde effossionem est prosecutus. Domini directi anno 1690. videntes ex dictæ effossione emersas non leves foveas, atque eradicationes duarum, vel trium ex pluribus planctis mororum, timentesque locum in dies magis magisque fieri inabilem culturæ, ad cuius usum fuit semper detentus; petierunt coram DD. Officialibus Magistratus Fabricantium desuper iurisdictionem habentibus Emphyteutas condemnari ad desistendum ab effossione præd. illataque damna emendanda, iuxta liquidationem faciendam.

Fabricato desuper Processu emersit die 3. Septembris 1691. de voto sapientissimi Adsessoris sententia, qua Emphyteuta fuit condemnatus a dicta effossione desistere, Agellum in pristino statu reducere, & ad emendationem damnorum, & interesse liquidandorum in casu inobservantiæ.

Caussa deinde per adpellationem Emphyteutæ succumbentis devoluta ad Tribunal DD. Officialium Mercantiæ secundum municipalem harum Curiarum sanctionem, nobisque ad referendum commissa, visitato per nos postea differentiæ loco, nonnullis aliis superadditis Partium probationibus apud acta, negotioque mature discusso concorditer præmissa die retulimus, prævia revocatione dictæ sententiæ, Emphyteutam esse absolvendum a petitis; declarantes, quod in casu consolidationis utilis dominii dicti Agelli cum directo debeat idem Agellus per Emphyteutas restitui Domini Directis reductus ad pristinum statum, & in valore scutorum 250. iuxta oblatum in actis augumentum appreciationis factæ in Investitura (ut infra) condemnantes eumdem Emphyteutam ad legitime cavendum de sic facienda dicta restitutione cum absolutione Partium ab expensis, prout ita fuit per dictos Officiales pronuntiatum.

Ratio sic decidendi eo strictius nititur, quia quidquid alii dixerint, videtur communiter hodie recepta opinio, quod Emphyteutæ pleno iure, & in totum adquiruntur similes fodinæ lapidum, arenæ, cretæ, aliorumque fossilium, immo & auri, argenti, aliorumque metallorum, sive fuerint antea, seu ab antiquo reperta, sive de novo reperiantur, sive huiusmodi fossilia, seu mineralia, ac metalla renasci sint solita, sive non, ultro & thesauros, qui dominum non habent, & cuncta quæque etiam prætiosiora, quæ a superficie terræ usque ad inferos, sive latentia, sive patentia reperiantur in fundo emphyteutico; ex quo Emphyteuta habet utile fundi dominium, quidquid sit, quo ad Usufructuarios utili dominio, seu directo revocabili carentes, res-

pectu

pectu quorum aliquæ per DD. traduntur distinctiones; quæ consulto omittuntur, tamquam ad rem præsentem non pertinentes, 1
ut videri possunt apud *Larrea decis. Granaten.* 44. *a n.* 10. *per plures seqq. Castill. de usufruct. cap.* 37. *fere per tot. Farinacc. de variis quæstionib. quæst.* 104. *n* 39. Omnia hæc Emphyteutæ adquiruntur, absque eo quod quidquam debeat participare Domino directo, quia plus iuris habet quam Ususfructuarius, & ultra fructus adquirit omnes alias obventiones, in quibus ideo præfertur Domino directo, quia huic nuda tantum debet salvari proprietas 2
omnibus utilitatibus spoliata, ut pluribus recollectis late exornat, ac contrariis reprobatis concludit, *Gratian. discept.* 453. *per tot. Fontanell. dec.* 529. *n.* 13. *par.* 2. *Farinacc. de variis, ac divers. quæstion. quæst.* 104. *n.* 41. *Rot. cor. Manzaned repet. post secund. volum. consil. Farinacc. dec.* 359. *per tot. Fulgin. de iure emphyteut. tit. de divers. quæstion. quæst.* 16. *late per tot.* Et quoad similes fodinas *num.* 29. *vers. infertur*, *Garzia de expens. cap.* 22. *n.* 47. ubi extenditur ad maritum respectu fundi dotalis, & alios dominium utile habentes, seu etiam directum revocabile, *Rub. in L. divortio* 8. §. *si vir. late usque ad n.* 87. *ff. solut. matrimon. Cardin. De Luc. de regal. disc.* 147. *n.* 6. & 28. salvo tamen iure 3
Principis quorum aliqua in totum, alia partim ei adquiruntur secundum iura Regionum, de quibus apud *Mastrill. de magistrat. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 316. & *seqq. Mastrio de confiscat. bonor. quæst.* 23. *n. pr.* & *seqq. Castill. de usufruct. cap.* 37. *n.* 21. *Farinacc. de var. & divers. quæstion. quæst.* 104. *n.* 23. & *seqq.* & *n.* 65. late *Barbos. in Leg. divortio* §. *si vir. a num.* 18. *per plur. seqq. solut. matrim.* & ultra plurimos alios *Card. De Luc. de regalib. disc.* 47. *fere per tot.*

Itaque si Emphyteutæ est totum id, quod in fundo emphyteutico reperitur, sive latens, sive patens a superficie terræ usque ad omnem profunditatem, nec Domino directo tenetur, nisi nudam proprietatem reservare illæsam (ut fuit firmatum) necesse erit fateri, quod ipse possit fodere terram, & facere omnem excavationem, omnemque adhibere operam, ac diligentiam ad id opportunam, & necessariam, abstinendo tamen a magica, aliaque diabolica, atque damnata arte, ut bene concludunt fere omnes prælaudati, quod si damnum proprietario dederit, teneatur solummodo ad damni emendationem, sed non possit ei effossio prohi- 4
beri, ut bene concludit *Rot. post secund. vol. consil. Farinacc. dict. decis.* 359. *in fin. Garzia de expens. s. d. cap.* 22. *num* 47. *vers. tertius casus*. *Card. De Luc. de regal. d. disc.* 147. *num.* 6. ubi testatur id usu receptum in Urbe, ubi frequentiores sunt hu-

iusmodi excavationes, & signanter *Castill. de usufruct. d. cap.* 37. *n.* 19. ubi loquitur de Usufructuario, qui longe minus ius habet
5 quam Emphyteuta, rationem adfert *Barbos. in d. Leg. divortio* §. *si vir. n.* 32. *circa fin. vers. secunda est*, *&* *n.* 33. *ff. solut. matrim.* quod ubi fundus habet duas formas, unam patentem, alteram latentem, & Emphyteuta ex concessione non minus ius adquirit super latenti, quam super patenti, licet latens fuerit concedenti ignota, ne hæc forma latens reddatur ei inutilis debet posse mutare formam patentem, ut latentem detegat, ultra tritam
6 regulam, quod qui vult consequens, vult etiam suum necessarium antecedens, apud *Barbos. axiom.* 54. *n.* 7.

Ubi vero opus est licitum, & permissum formam evertere, & sic damnum dare, damni emendatio expectanda est post completum opificium, nec aliud interim intret quam cautio de re
7 in pristinum, opere completo, suo tempore reducenda, prout fuit per nos dictum in tota *Leg. si servus* 27. §. *si furnum vers. si autem* §. *ad Leg. Aquiliam*, *&* *cum Cæpoll. relato Tondut. recoll. civil. par.* 2. *cap.* 140. *n.* 2. signanter quia res est integra *Thesaur. dec.* 204. *n.* 5. *cum aliis*, *Borgnin. dec.* 26. *n.* 6. *par.* 2. qui loquuntur in similibus damnis, & novi operis nunciationibus.

Sed ubi ex effossione cretæ, vel arenæ &c. exoritur fundi utilitas, ut in præsenti, quia expurgatur a terra sterili, & omnis alia, qua replentur excavationes est fertilior illa, quæ in præsenti hauritur, nonnisi pro laterum opere bona, & sic ubi ad instar boni Patrisfamilias fiat opus, nullum est dubium, quod nedum Emphyteutæ utile dominium habenti, & Possessori Maioratus, seu Fideicommissi aliisque habentibus etiam dominium plenum, sed revocabile permittitur talis excavatio, sed etiam Usufructuario, penes quem nulla dominii qualitas residet, immo
8 est ei permissum hac de caussa maioris utilitatis, ut vineas, & arbores, & olivata, & fundi formam possit deicere, *Text. est clarus in Leg. æquissimum* 17. §. *proinde vers. & si forte ff. de usufruct.* cum quo transit *Garzia de expens. dict. cap.* 22. *n.* 47. *in fin. vers. quod inter*, *Barbos. d. Leg. divortio* 8. §. *vir. n.* 16. *solut. matr.* verbaliter „ ibi „ in fodina cretæ, vel arenæ, quia sub„ ducta creta, vel arena facile locus ille terra impleri potest, & ex „ sterili reddi fertilis, & sic habito respectu ad communiter acci„ dentia semper hæ venæ considerantur, ac si essent in fructu. „ Si vero nihilominus constaret ex apertura dictarum venarum „ fundum reddi deteriorem, tunc idem dicendum esset, quod „ in marmore &c. de quo marmore loqutus est supra ex *n.* 9. „ & concludit *num* 12. quod si non renascitur pertinet ad Uxorem, si renascitur pertinet ad maritum, cum subsequenter facta deinde de-

declaratione, ac distinctione respectu meliorationis fundi, vel 9
non, & respectu expensarum reficiendarum, vel non, quia d. *num.* 16. immediate post verba notata mox addit „ nam Iu„ reconsultus tantum in eo constituit differentiam, quod ex „ apertura marmoris præsumitur fundum reddi deteriorem, quam„ diu contrarium non probetur; in prædictis autem venis præsu„ mitur reddi pretiosiorem, immo fructuosiorem quamdiu con„ trarium non constet &c. „ *&* *num.* 31. pertransit cum dicta *Leg. equissimum §. proinde ff. de usufructu*, quod ex causa maioris utilitatis, & habendi fructum ex forma latenti permittitur deicere vineas, arbores, oliveta, & formam fundi patentem, concludendo, si hæc in Usufructuario, quanto fortius in aliis,
qui plus iuris habent quam ipse, & hoc idem late exornat 10
Castill. de usufructu cap. 37. *a num.* 9. *usq. ad* 20. adeoque cum omnibus prælaudatis aliisque apud eos congestis firmiter concluditur, quod saltem maioris ubertatis, & utilitatis causa pro excavanda arena, vel creta simili possunt deiici vineæ, oliveta, & quod maior utilitas respectu effossionis cretæ, & arenæ semper præsupponitur, nisi contrarium probetur.

Nec ignoratur, quod regulariter Emphyteuta, Conductor,
& similes non possunt mutare usum, seu faciem, & formam 11
fundi emphyteutici &c. per collectos apud *Marzimed. decis.* 46. *num.* 4. *&* *seqq.* *&* *num.* 7. *D. Pacion. alter ex nostris de locat. &* *conduct. cap.* 29. *num.* 3. *&* *seqq.* sed id fallit, ubi ex dicta
mutatione resultat maior utilitas, vel fiat cum voluntate Do- 12
mini, per congestos apud eumdem Dominum *Pacionum d. cap.* 29. *num.* 95. *&* *seqq.* & dat normam *Cardin. De Luc. de emphyt disc.* 54. *num.* 9. ut scilicet Emphyteuta vult pascua reducere ad vineam, qua plerumque exsiccata remanet fundus, utique usui ineptus fiat fundi extimatio per Peritos, ut pro extimationis valore Emphyteuta teneatur, ut in præsenti fuit practicatum, ut infra, adeoque quando deficerent cœtera fundamenta superius insinuata, quæ nullatenus putavimus spernenda, difficultas restringeretur ad factum, nempe ad inquirendum an excavatio nostra sit repletibilis, & fundus in pristinum reducibilis cum maiori ubertate.

Quo ad hanc reducibilitatem posito, quod illa creta, quæ effoditur sit inter steriliores terræ species, ex quo aptior est ad laterum opificium, eo ineptior sit ad culturam, ut inter partes
non controvertebatur, & est notorium, & in notoriis sufficit 13
etiam extraiudicialis Iudicis informatio, *Dunozett. decis.* 846. *n.* 80. *Beltramin. ad Ludovis. dec.* 224. *n.* 7. *in fin. Andreol. controv.* 27. *num.* 29. *Gratian. discept.* 442. *n.* 8. visitatio, atque inspectio loci per nos iudicialiter facta Partibus in contradictorio præsentibus

tibus, & informantibus, quæ dicitur liquidissima probatio, &
14 superat omnem aliam, *Caren. cons.* 42. *n.* 6. *&* 7. *Afflict. decis.*
578. *num.* 6. *Rot. Nostr. lib. motiv.* 113. *a* 521. quod autem, &
alias millies manifeste demonstravit reducibilitatem loci in statum,
seu formam pristinam per repletionem fovearum quas ex
dicta effossione factas vidimus, ut in descriptione Accessus, asportando
nempe novam terram ad foveas replendas, & ex eo
latere, quo Ager superat viam communem ibidem confinantem
discrete terram applanando, taliter ut non causetur maius declivium
collinæ eiusdem Agri ibidem adiacentis, qua facta repletione
nullum remanet dubium, quod Ager remanebit melio-
15 ratus, quia omnis terra qua repletur semper erit uberior prædicta,
quod non controvertebatur, & de iure præsumitur quousque
contrarium concludenter non probetur quoad huiusmodi
venas cretæ, vel arenæ (quidquid sit quoad illas marmoris)
ut bene distinguit *Barbos. in d. §. si vir. n.* 16. in verbis superius
reportatis, quem sequitur *Castrens. d. cap.* 37. *n.* 12. & in facto
vidimus alios ibidem vicinos Agros nobis ostensos, ut eadem
caussa excavatos, ac repletos, ubi erant sata germina non inferiora
cœteris bonæ conditionis Agris, sed erant longe meliora
satis in ea controversi Agelli parte non effossa.

Suadere conabantur Domini directi quasi impossibilitatem dictæ repletionis saltem sufficienter ad effectum, ut pluviarum aquæ non moriantur in agro, seu saltem habeant ab eo talem exeundi commoditatem qualem naturaliter habebant ante effossionem. Sed vidimus prope controversi Agelli extremitatem Aquæductum, qui ex aspectu dignoscebatur antiquus non alia de causa factus, nisi pro dicto exitu aquæ, nec specifice pro aqua controversi Agelli, sed pro pluribus ibidem vicinis Agris per longum cursum, qui Aquæductus transmittit aquas in campestriam, naturaliter magis imam, sed depressam existentem e contrario latere dictæ viæ communis subtus eamdem viam transeundo per subterraneum meatum manufactum lapidibus munitum ponticulo quodam coopertum pro commodiori viæ usu, & de antiquitate huius Aquæductus dictisque eius circumstantiis deponunt Testes per Reum inducti contestes omnes super recognitione fidei.

Et quando concederetur quod loquendo in abstracto securior sit aquæ exitus, ille dictis foveis, & meatibus non indiget, quia isti sepe obturantur a copia materiarum ab aquis asportatarum; attamen in concreto vidimus, quod dictus Agellus non potest nisi per dictum locum habere aquæ exitum, quia hic est ei naturalis etiam citra omnem excavationem, ac proinde dictus Aquædu-

quædu-

quæductus cum dicto subterraneo meatu ab antiquo, ut diximus, fuit factus, ne via communis, aliique inferiores Agri læderentur ab aquis, hicque terræ status est servandus, & quia naturalis, & quia omnes domini Agrorum quorum aquas recipit dictus Aquæductus sunt in possessione dicti exitus per dictum Agellum ambulantis prope extremitatem, quæ possessio ex eo sufficienter adquiritur, atque probatur, ultra prædicta, ex Testium depositione, quia Aquæductus est manufactus, *Postb. de manutent. observat.* 34. *num.* 8. ubi sufficit probare semel, & de solo anno præcedenti aquam sic fuisse ductam ad effectum manutentionis, *Rot. post ipsum decis.* 213. *n.* 1. *cum aliis ibidem congestis.* 16 17

Et semper redditur replicatio superius insinuata in *vers. ubi ergo &c.* quod sive agatur de melioratione, seu deterioratione Agelli, sive agatur de possibilitate, vel impossibilitate sufficienter illum replendi, quia versamur in opere, seu effossione licita, atque permissa, res non est integra videntibus, & patientibus Dominis directis per plures annos tolerata, expectandus est exitus cum dicta excavatione per nos ordinata, ex auctoritatibus in dicto *versic. ubi &c.* exaratis, tanto magis, quia præsumptio in his circumstantiis stat pro melioratione, *ex Barbos. Castill. &c.* fuit demonstratum supra in *versic. quo ad hanc &c. prope fine, & alibi repetitum.* 18

Quamquam hæc ad voti nostri iustificationem exuberare videantur, tamen non sunt spernendæ depositiones Testium formiter in hac caussa examinatorum; Primus enim ex inductis a Reo interrog. 6. & 13. & tertius interrog. 18. omnes contestes super recognitione fidei dicunt fundum esse reducibilem in pristinum statum cum melioratione replendo excavationes terrarumque, asportando, & applanando, & quando planities nova remaneret antiqua depressior, adhuc aqua non potest in fundo mori, sed exibit per dictum Aquæductum tamquam depressiorem, bona per eos adducta scientiæ causa, ut ibidem legitur. Nihil refragante, quod super interrog. 6. 12. 13. deponant de deterioratione, quia bene rimati deponunt, attento præsenti statu, quo maior pars fundi est excavata, & inversa, & de melioratione non deponunt, nisi quatenus fiat dicta repletio, & applanatio, adeoque nedum non contrarientur, sed prudenter deponunt immo, & ambo Testes ab Actoribus inducti super interrog. 12. de reducibilitate fundi in pristinum deponunt quatenus excavationes repleantur quando his casibus de iure melioratio præsumitur, & debebat ab Actoribus probari deterioratio, ut ex *Barbos. Castill.* & aliis fuit demonstratum supra in *vers. sed ubi, & alibi*, & deteriorationis de præsenti tempore probatio non prodest, nisi ad effectum prædictæ per 19

nos

nos ordinatæ cautionis, ut fuit similiter dictum supra in verbo *ubi quod &c.*

Minusque visum fuit spernendum, quod dicta Emphyteusis fuerit contracta ad solum finem huius excavationis, ut Reus opponebat, quia licet id non legatur expressum in Instrumento investituræ, satis tamen percipitur ex sequentibus coniecturis, ex
20 quibus sufficienter probatur dicta intentio, seu animus, *Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 11. n. 2. & 3.* scilicet ex quo fecerunt fundum per Peritos extimari, & fuit notatus appreciationis valor in summa scutorum 230. ut legitur in memoriali pro obtinendo Beneplacito Apostolico inserto in dicto Instrumento, quod tamquam
21 prorsus insolitum ostendit dictum finem, seu animum, facit ad rem *Borgnin. dec. 22. num. 29. par 3.*

Item ex notabili augumento canonis, quod superat canonem antecedentem in tertiam partem computatis computandis, computatoque laudemio scutorum 60., quod est gravissimum respectu dicti valoris scutorum 230. cum de iure non transcendat quin-
22 quagesimam partem valoris rei totius, *Leg. final. Cod. de iur. emphyteutic.* & hoc tertiæ partis augumentum supra iuxtam extimationem datur ab iis, qui similem excavandam cretam emunt, ut fuit apud acta probatum.

Item ex quo publice, & notorie Emphyteuta exercet talem artem in hac Civitate, & in Instrumento fuit nuncupatus *Fornaciaio*. Nec percipi valet, quod alia de causa cum tam gravi onere Reus conduxerit minimum ibidem Agellum, ubi non habet alia bona, nec est alterius lucri, seu utilitatis capacitas, &
23 argumentum e verosimili valet tamquam a ratione naturali, *Rot. dec. 245. num. 20. par. 7. recent. cum aliis. Barbos. in hoc argum. loc. citat. 121. per tot.*

Et tandem ex quo Actores per annos 18. passi sunt dictam excavationem quotidie, & pluries in die eam videntes, cum locus sit sub eorum Cœnobii aspectu, & tangat viam per eos cunctis horis frequentaram eundo, & redeundo ad Civitatem; observantia
24 enim subsequta declarat conventionem a principio, licet sensus contrarius esset verior, & magis consonus literæ. *Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 1. n. 5. Rot. dec. 211. n. 7. par. 12. recent. cor. Cels. dec. 190. cor. Cavaler. dec. 199. n. 6.*

Nec subsistit replicatio, quod licet ipsi habuerint hanc intentionem, seu voluntatem tamen non habebant potestatem concedendi dictam facultatem sine apostolico Beneplacito, quia posito quod talis facultas veniat ex natura emphyteusis, ut fuit
25 probatum supra in *vers. ratio sic decidendi*, & *vers. seqq.* necessario resultat, quod Beneplacitum concedens emphyteuticandi facul-

cultatem concedat omnia naturalia, quæ habentur pro expressis in Contractibus tam bonæ fidei, quam stricti iuris, *Mantic. de tacit. lib.* 1. *tit.* 13. *n.* 13. 14. ultra quod in similibus Rescriptis latissima fit interpretatio, *Redoan. de rebus Ecclesiæ non alienan. quæst.* 2. *cap.* 34. *num.* 2.. 26

Nec vis per nos fit in tali intentione quasi ea non probata non veniret sub Emphyteusi dicta facultas effodiendæ cretæ, sed fit tantummodo ad corroborandum cum æquitate dictæ intentionis naturam contractus præseferentem dictam facultatem excavandi, nam æquitas legibus non dubiis semper accedit congrue interpretando, & naturales eius sensus reddit uberiores, bene *Rot. dec.* 172. *n.* 71. *par* 6. *recent.* 27

Minusque subsistit, quod si habuerit dictam intentionem remanerent læsi, quia creta pro laterum opificio regulariter venditur ad rationem scutorum 30. pro quolibet stioro cum augumento tertiæ partis, prout constat ex actis, & valor scutorum 230. in prædicta æstimatione datus huic fundo, cuius mensura, ut in dicto Instrumento investituræ, est stiorum supra 16. est longe minor dicta valutatione ad rationem scutorum 30. cum tertio amplius pro quolibet stioro, & sic, & huiusmodi læsionis ratione constat, quod non habuerint dictam intentionem, nec de hac re cogitandi. Fuit enim replicatum, quod non constat in facto quod tota humus dicti fundi sit apta pro dicto opere laterum, nec inter partes concordabatur, nisi pro stioris circa tribus, ex quo facto utilitatem potius quam læsionem resultare cernitur. In iure læsionis remedium *in Leg.* 2. *Cod. de rescind. vendit.* in contractu emphyteutico non ita intrat favore Proprietarii, aut favore Emphyteutæ, ex rationibus bene consideratis apud *Card. De Luc. de emphyt. disc.* 54. *n.* 7. *&* 8. 28

Tandem diximus fundum in suo casu consolidationis dominii utilis cum directo esse restituendum in valorem scutorum 250. iuxta oblatum per Emphyteutam in actis augumentum prædictæ appreciationis factæ in Investitura in summa scutorum 230. licet ipsi Proprietarii, seu Actores pariter in actis non solum non acceptaverint, sed expresse recusaverint dictum oblatum augumentum, quia cum agatur de donatione Ecclesiæ mere favorabili, & lucrosa, dicitur statim a Deo acceptata, qui ubique præsens est, & cuius sunt bona Ecclesiæ non solum per metaphoram, sed per omnimodam proprietatem, ita ut nullus Homo, nullaque Congregatio habeat proprium dominium, sed tantum dispensationem cum maiori, vel minori plenitudine potestatis, ut late examinato articulo, contrariisque refutatis, firmat *Sperell. dec.* 81. *a num.* 14. *ad* 31. *Sabell. in summa divers. tractat. verb. donatio,* 29

vers.

vers. si fuerint, *fol. mihi* 590. *Gratian. disceptat.* 358. *n.* 34. *&* *seqq.* ultra alios plurimos apud ipsos, adeout dominium absque ulla traditione, seu acceptatione statim transeat in Ecclesiam, *idem Sperell. dec.* 168. *n.* 42. *Rot. dec.* 81. *n.* 7. *p.* 5. *rec.*

Et ita utraque &c.

Petrus Pacionius Rotæ Auditor.

Æneas Cavalcanti Rotæ Audit. & Causæ Relat.

DECISIO V.

FLORENTINA USUSFRUCTUS.

15. *Iun.* 1714. *cor.* AUDIT. ANTONIO PHILIPPO VERGELLI.

ARGUMENTUM.

AN Usufructuario universali spectant fructus prædii a Testatore conducti, & an eos, vel eorum estimationem cogatur restituere Hæredi proprietario finito usufructu.

SUMMARIUM.

1 *Fructus omnes de iure durante usufructu percepti ad usufructuarium pertinent.*

2 *In generali legato ususfructus veniunt omnia emolumenta, & obventiones quæ vel ex hæreditate proveniunt, vel occasione hæreditatis percipi possunt, nulla re penitus excepta & num.* 4. *ubi ad usumfructuarium spectant etiam fructus, & emolumenta provenientia ex rebus incorporalibus veluti iuribus, & actionibus & num.* 5.

6 *Ius conductionis a Testatore quæsitum transit in hæredem usufructuarium quoad facultatem percipiendi fructus, quoad cætera remanet penes hæredem proprietarium n.* 11. 24. *&* 29.

7 *Cum omnibus eadem ratio congruit, omnia sunt eadem iuris determinatione decidenda.*

8 *Qui non tenetur restituere fructus, nec ad eorum pretium tenetur iuxta regulam subrogatorum.*

9 *Usufructuarius rei infructiferæ ut puta vini, tritici &c. finito usufructu, vel rem eiusdem bonitatis, vel estimationem restituere tenetur, secus in usufructuario rei, quæ quot annis fructus parit, nam in eum transit ius percipiendi fructus absque onere eos restituendi n.* 10. *adeo ut ius conductionis penes hæredem proprietarium,*

rium, emolumentum vero ex ipso iure proveniens transit in usufructuarium.

12 *Conductor super re conducta nil iuris habet quam commoditatem percipiendi fructus, cuius rei usufructu relicto, non potest usufructuarius illos suos facere, sed debet finito usufructu hæredi proprietario restituere.*

13 *Maritus si in dotem habuit usumfructum, fructus ex fundo usufructuario perceptos facit suos, at si fructus recipit in dotem habet usum dd. fructuum constante matrimonio sed illo soluto fructus restituere tenetur.*

14 *Fructus recollecti, & in hæreditate reperti spectant quidem usufructuario durante usufructu, sed eo finito tenetur eos restituere, vel eorum extimationem.*

15 *Sicuti usufructuarius nominum debitorum tenetur finito usufructu restituere nomina eadem, vel saltem exacta credita, ita usufructuarius iuris conductionis, illud ius tenetur restituere, vel saltem fructus perceptos in vim iuris illius.*

16 *Ususfructus est ius utendi, fruendi &c. salva rerum substantia.*

17 *Usufructuario spectat solutio affictus per Testatorem anticipate solutos.*

18 *Hæres gravatus tenetur fructus ulterioribus vocatis reservare.*

19 *Usufructuarius generalis eius qui gabellas conduxit tenetur restituere lucrum vectigalium proprietario.*

20 *Lucrum ab exemplatione protocollorum proveniens spectat ad proprietarium.*

21 *In locatione ad longum tempus ius usufructus transfertur.*

22 *Quale sit longum, vel breve tempus Iudicis arbitrio relinquitur.*

23 *Ubi fructus emuntur per plures annos, transfertur ius ususfructus cum in emptorem transeat cura, & cultura bonorum.*

25 *Restitutio fructuum quos in dotem maritus recepit provenit ex eo quia substantia dotis in ipsis fructibus consistit.*

26 *Fictio nunquam induci potest nisi lex expresse illam permittat.*

27 *Si res hæreditariæ, casu, vel natura sua pereant absque facto & culpa usufructuarii ad nihil ipse tenetur erga proprietarium num.* 28.

30 *An ad hæredem vel usufructuarium solutio affictus pertineat.*

31 *Legata censentur disposita in qualitate qua constituta erant de tempore obitus testatoris.*

32 *Non entis nullæ sunt qualitates.*

33 *Hæres tenetur servare factum defuncti, nec illi contravenire.*

34 *Argumentum a simili, vel ab equiparatis non obtinet quando equiparata in aliquo differunt licet modico.*

35 *Fideicommissarii, & usufructuarii qualitas inter se differt.*

36 *An*

36 *An hæres gravatus teneatur servare ulterioribus fructus ex predio per Testatorem conducto recollectos.*
37 *Vectigalia non sunt fructus.*
38 *Opinio Rotæ Romanæ facit opinionem communem.*
39 *Opinionum veritas ex momento rationum non ex auctorum calculo diudicatur.*
40 *Superfluum est quærere argumenta ab exemplis a simili, vel a pari quando adest punctualis auctoritas, quæ pro casu legis habenda est.*
41 *Exemplationes protocollorum non sunt in fructu.*
42 *Usufructu coniunctis relicto ex verisimili voluntate defuncti interpetrandus est ut pinguior quam fieri potest existat.*
43 *Non solum verbis, sed etiam factis, & non tam factis, quam ex non factis consiteri, & proprium animum declarare quis potest.*
44 *Nemo contra factum proprium, & propriam confessionem auditur.*
45 *Possessor qui fructus bona fide percepit illosque consumpsit ab omni restitutionis onere sit immunis.*



FRuctus prædii *di Colonnata*, quod ad quinquennium conduxerat soluta anticipate integra totius quinquennii pensione b. m. D. Maurus de Rubeis in totum pertinuisse credidimus Admod. RR. Monialibus S. Felicitatis dicti D. Mauri hæredibus usufructuariis ex personis Adm. RR. DD. Mariæ Laudominæ, & Margharitæ de Rubeis eius sororibus, adeoque petente Illustriss. & S. Religione Equitum D. Stephani Papæ, & Martyris, eiusdem Dom. Mauri hærede proprietaria, restitutionem dd fructuum iam a dd. Monialibus perceptorum, seu verius eorumdem fructuum iam consumptorum æstimationem; Nos de consensu Partium Assessores electi referendum esse censuimus, utique supradictas Moniales absolvendas fuisse, & esse, ex sequentibus moti.

Siquidem constare visum fuit de bono iure Monialium, ex eo quia cum dict. D. Maurus Testator reliquerit eisdem plenum, & liberum usumfructum suorum bonorum, & suæ hæreditatis, utique ipsæ habent intentionem fundatam super omnibus fructibus, quos durante ususfructus tempore perceperunt ac per consequens etiam super fructibus memorati prædii dicto tempore recollectis, cum de iure fructus omnes, durante usufuctu percepti ad usufructuarium pertineant, *ad Text. in Leg. usufructu legato*

7. &

7. & *Leg. item si prædii* 10. *ff. de usufruct. Crass. in* §. *legatum* 1
q. 26. *num.* 1. *vers. quod intellige &c. Spin. in spec. testam. gloss.* 13. *in princ. num.* 24. *vers. nam cum possit &c. Gall. de fructib. disp.* 36. *art.* 1. *n.* 8. *vers. secundus casus est &c.*

Fortius vero quia in generali legato usufructus omnia illa emolumenta, & omnes illæ obventiones, & commoditates compræhenduntur quæ vel ex hæreditate proveniunt, vel occasione hæreditatis percipi possunt; nam in huiusmodi legato non veniunt tantum certi alicuius generis fructus, sed omnes indistincte ad usufructuarium spectant, nulla re penitus excepta ad *Text. ex-* 2
press in Leg. usufructu bonorum 69. *ad Leg falcid.* & communi omnium consensu firmant *Connan. comment. iur. civil. lib.* 4. *cap.* 30. *num.* 1. & *seqq. lib.* 1. *Lagun. de fructib. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 18. *Gall. eod. tract. disp.* 36. *art.* 2. *n.* 79. 89. *Borgnin. de usufruct. mulier. relict. num.* 84. optime *Castill. de usufruct. cap.* 38. *num.* 10 ubi plurimi referuntur.

Ex quo sequitur, quod ad usufructuarium non solum pertineant fructus provenientes ex rebus immobilibus, & corporalibus Testatoris, verum etiam fructus, & emolumenta omnia provenientia ex incorporalibus veluti, iuribus, & actionibus cum hæc etiam in generali legato usufructus contineantur, *text. est express.* 4
in Leg. fin. ff. de usu et usufr. leg. ibi „ Nam si bonorum usus- „ fructus legabitur etiam æs alienum ex bonis deducetur, & „ quod in actionibus erit, computabitur „ *Borgnin. Cavalcan. de usufruct. mulier. relict. dict. n.* 84. *Gratian. discept. for. cap.* 615. *num.* 12. *Garz. de expens. & melior. cap.* 23. *num.* 3. 4. plene *Girond. de gabell. cap.* 4. *num.* 22. *Castill. de usufruct. dict. cap.* 38. *n.* 10. plenissime *Ricciard. comment. ad rubr. instit. de usufruct. num.* 94.

Sic videmus, quod annui redditus, & pensiones, quæ solum in vim cuiusdam iuris percipiuntur ad usufructuarium spectant; Lucrum etiam ex laudemiis proveniens, ius præsentandi ex iurepatronatu descendens, immo, & ius retractus, quod mirabilius est ad ipsum pariter pertinet, nimirum quia non solum usufructuarius sentire debet commodum fructuum ex rebus corporalibus provenientium, verum etiam eorum fructuum, qui vigore alicuius iuris, vel actionis percipiuntur, ut ultra generales auctoritates firmant in specie annuorum reddituum, *Castill. de usufruct. cap.* 5
38. *num.* 10. *Borgnin. ead. tract. num.* 89. *Gall. de fruct. disp.* 36. *art.* 2. *num.* 89. laudemiorum *Cassan. ad consuet. Burgund. rubr.* 4. §. 6. *num.* 2. *vers. istud. est Clar. in* §. *emphyt. qu.* 23. *num.* 5. *Molin. de primog. Hispan. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 22. Iuris præsentandi *Lambertin. de iurepat. lib.* 1. *p.* 2. *qu.* 10. *art.* 3. *a n.* 8.

& seqq. pag. mihi 400. *Molin. de primog. Hispan. cap.* 24. *n.* 4. *Card. de Luc. de iurepatron. disc.* 62. *num.* 16 & denique retractus *Erman. Sutor. de retract. thes.* 55. *Cavalcan. de usufruct. mulier. relict. n.* 172. *Rocc. resp.* 8. *num.* 7. *cent.* 2. *Sanfelic. decis.* 106. *num.* 7.

His autem positis clarius videbatur effulgere iustitia resolutionis captæ favore Monialium; nam licet controversi fructus percepti fuerint ex re, seu prædio, quod non erat proprium Testatoris, negari tamen non potest, quin esset proprium eiusdem Testatoris ius conductionis, quod sibi per contractum quæsierat, & cuius vigore fructus omnes dicti prædii ad ipsum pertinebant, *Roman. cons.* 309. *num.* 3. *Paitell. annot.* 54. *num.* 35.
6 *Sperell. dec.* 43. *num.* 19. *Rota dec.* 187. *n.* 2. *par.* 1. *recent. dec.* 345. *num.* 1 *par.* 3. *rec. & dec.* 468. *num.* 1. *ead. par.* 3. *recent.* huius autem iuris emolumenta, quæ nihil aliud sunt, quam fructus illi per Moniales percepti, nulla profecto ratio suadere nos potuit cur ad Moniales non pertinerent; Nam si ex hucusque deductis emolumenta provenientia ex iuribus, & annui redditus, ac pensiones, ad usufructuarium spectant, utique omni iure decernendum nobis visum fuit, quod etiam hi fructus provenientes ex iure conductionis, & qui sunt in substantia quidam annuus redditus ad dd. Moniales pertinerent, cum nulla ratio assignari possit cur diversimode de his, quam de aliis fructibus in vim aliorum iurium hæreditariorum perceptis iudicandum veniat, adeo ut cum omnibus eadem ratio congruat, omnia pariter sint eadem iuris determinatione decidenda, & ita generalibus posthabitis firmat in individuo magistralis in hoc articulo *Rot. dec.* 222. 240.
7 *per tot. cor. Seraph. Gall. de fruct. disp.* 3. *art.* 1. *n.* 123. *& seqq.*

Constabilita itaque ex supradictis pertinentia dd. fructuum favore Monialium per necessariom consequens subsequitur quod ipsæ fructus iam perceptos restituere non teneantur atque ideo, nec eorum pretium, vel æstimationem; Cum etenim pretium loco rei succedat, & subrogetur sicuti non tenentur restituere fructus, ita nec eorum pretium præstare tenebuntur iuxta regulas
8 subrogatorum, de quibus *Text. in Leg. si cum* §. *qui iniuriarum ff. si quis cautionibus*, *Gratian. discept. for. cap.* 624. *num.* 2. *Rot. in dec.* 561. *num.* 20. *par.* 18. *rec. tom.* 2. *& dec.* 27. *n.* 8. *tom.* 8. *& dec.* 34. *num.* 58. *tom.* 15. *in Mantiss. post De Luc.*

Quod quidem eo libentius admisimus in præsenti hypothesi, quia animadversum fuit, quod tunc solum restituenda est æstimatio, vel pretium rei, cuius ususfructus relictus est eodem usufructu finito, quando res cuius ususfructus relinquitur est de illis, super quibus abusive, & non proprie ususfructus cadere potest,

test, veluti quando relinquitur ususfructus vini, tritici, pecuniæ, & similium, cum etenim hæc omnia sint ex natura sua sterilia & nullos ex se, vel fructus, vel utilitatem, vel commodum, & emolumentum aliquod a se ipsis distinctum, & sibi ipsis extrinsecum parere possint, necesse est, quod, ad hoc ut aliquo modo sint 9
usufructuario utilia, transeant in dominium ipsius usufructuarii, potius per quamdam speciem contractus permutationis, vel emptionis, & venditionis, quam iure veri usufructus & ob id cogitur usufructuarius cavere, quod usufructu finito, vel restituet res eiusdem bonitatis, vel saltem earum æstimationem.

At secus est, quando agitur de re fructifera, sive corporali, sive incorporali, quæ fructus ex se, vel civiles, vel naturales, quotannis renascentes parit; cum etenim res huiusmodi ex natura sua producant fructus, & emolumentum aliquod datur proprie, & non abusive super ipsis usufructus, atque ita ipsarum dominium non transit in usufructuarium, sed pœnes hæredem proprietarium eo remanente, transit solum in usufructuarium ius percipiendi fructus, & emolumentum illud, sed absque ullo penitus 10
onere restituendi fructus, & emolumenta percepta, ut bene docent, & distinguunt *Oynot. aliiq. instit. in* §. *constituitur de usufruct. Pedrocc. cons.* 7. *num.* 17. *& seqq. Borgnin. Cavalcan. de usufruct. mulier. relict. num.* 88. *& seqq. Gaill. pract. observ. lib.* 2. *observ.* 46. *per tot. Castill. de usufruct. cap.* 14. *pariter per tot.*

Quod autem nos versemur in secundo membro distinctionis, patet evidentissime, nam cum dict. D. Maurus Testator reliquerit *in sua hæreditate* ius conductionis, ex sua natura fructiferum, utpote quod quotannis facultatem præstabat recolligendi fructus ex prædio conducto, non poterat illud regulari iuxta naturam rerum infructiferarum, de quibus abusive tantum verificatur usufructus; Sed bene regulandum erat iuxta naturam rerum fructiferarum, de quibus in secunda parte distinctionis, adeout concedamus quidem quod ius ipsum conductionis pœnes S. Religionem quoad proprietatem a die mortis Testatoris remanserit; cæterum emolumentum ex hoc iure proveniens decernendum omnino venit Monialibus absque onere restitutionis; atque ita si non 11
explicite, certe saltem implicite ratiocinatur, *Rota in laudata dec.* 222. *in fin. cor. Seraphin.*

Verum contra prædicta plura opponebantur a Defensoribus dictæ S. & Illustriss. Religionis; dicebant enim, quod cum ageretur de re conducta, super qua Testator nullum habere poterat 12
usumfructum, sed tantum meram personalem actionem, seu commoditatem percipiendi fructus ad tradita per *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 27. *num.* 2. *Gomez. var. tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 9. *Cas-*

till. de usufruct. cap. 5. *num.* 21. *Lagun. de fructib. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 25. 36. non poterant postmodum dictæ Moniales, quibus nuda tantum commoditas, sive fructus illi materiales relicti fuerant, eosdem sic perceptos sibi retinere, ac suos facere, sed illi potius convertendi erant in sortem restituendam, postmodum hæredibus proprietariis, ad exemplum Mariti, qui si in dotem habuit usumfructum, fructus quidem ex fundo usufructuario perce-
13 ptos facit suos; At si fructus ipsos recipit in dotem, tunc habet quidem usum dd. fructuum constante matrimonio, & illo soluto fructus restituere tenetur, ad *Text. in Leg. dotis fructus* 8. §. *si ususfructus ff. de iur. dot. & Leg. si convenerit* 4. *ff. de pact. dotalib.* cum cœteris in contrarium adductis.

Præterea addebant ipsi, cum ex mox recensitis Testator nullum haberet ius ususfructus super re conducta, sequitur quod contractus per Testatorem initus nil aliud in substantia esse videatur quam quedam emptio, & venditio fructuum, cum autem huius emptionis vigore statim ab eo die, quo illa peracta extitit, radicatum iam fuerit in Bonis Testatoris ius ad integros fructus per quinquennium percipiendos, utique dicendum sequitur quod hi fructus veluti iam effecti de substantia Testatoris ipsius, haberi debeant pro recollectis ad effectum impinguandi ipsius hæreditatem; Hoc autem posito in necessarium consequens descendere videtur quod fructus controversi nullo modo spectare possint saltem in proprietate ad dd. Moniales; Notissimum etenim est, quod fructus recollecti, & in hæreditate reperti spectant quidem usufru-
14 ctuario durante usufructu, sed illo finito, tenetur usufructuarius, vel restituere ipsos fructus, vel saltem illorum æstimationem, ut absque ullo contradictore firmant *Castill. de usufruct. cap.* 42. *n.* 13. *Barry de success. lib.* 9. *tit.* 24. *num.* 31. *Fusar. de substit. q.* 626. *n.* 1. *Torr. var. lib.* 1. *tit.* 2. *qu.* 2. *per tot.*

Sed admisso etiam, quod hi fructus, ut supra, per Testatorem empti non debeant haberi pro recollectis, semper tamen verum erit, quod aderat in hæreditate ius illud ad percipiendum dd. fructus per quinquennium; hoc autem ius, vel saltem id, quod in vim dicti iuris perceperunt Moniales restituere omnino tene-
15 bantur finito usufructu, nam cum hoc ius esset in substantia veluti quoddam nomen debitoris, sicuti tenetur usufructuarius restituere finito usufructu, vel illa eadem nomina, quæ in hæreditate aderant, vel saltem exacta credita, ad *Text. in Leg. uxori* 24. *ff. de usu, & usufruct. legat. & gloss. ibid. litt. N in verb. in cautionem Grass. de succes.* §. *legatum qu.* 34. *in princ. Camerell. de legat. lib.* 3. *tit. de usufruct. legat. qu.* 27. *num.* 2. ita & dictæ Moniales, vel illud idem ius conductionis, vel saltem fructus perceptos in vim illius iuris restituere tenentur. Idque

Idque ex eo irrefragabili principio corroboratum dicebant, quod nempe usufructus est ius utendi, fruendi salva rerum substantia 16 ad notissimum *Text. in* §. 1. ibique *Gloss. & DD. instit. de usufruct. & in Leg.* 1. *ff. eodem* hoc autem principium penitus destrueretur eo ipso, quod Monialibus dd. fructus adiudicarentur nam cum negari non possit, quin ius percipiendi fructus per quinquennium esset hæreditarium, & de substantia hæreditatis, profecto si Moniales vigore illius iuris percipere potuissent fructus absque onere restitutionis, iam nec ius, nec fructus in hæreditate remanerent, & sic substantia hæreditatis periret, quod numquam admitti poterit.

Et progrediendo etiam ulterius, subiungebatur, quod quatenus hucusque deducta vera non essent, & absolvendæ forent dictæ Moniales a restitutione fructuum perceptorum ex eo, quia erant emolumentum huius iuris; adhuc tamen ipsæ condemnandæ erant ad restituendos hæredibus proprietariis affictus dicti Prædii per Testatorem anticipate solutos, cum etenim ipsæ essent usufructuariæ universales ad has absque contraditione illorum solutio pertinebat; 17 *Castill. de usufruct. cap.* 56. *num.* 14. *Peregrin. de fideicomm. artic.* 50. *num.* 20. *Gratian. discept. for. cap.* 611. *num.* 5. *Merlin. de pignor. lib.* 4. *qu.* 151. *num.* 5. *Thomat. dec.* 106. *num.* 7. *Conciol. de hærede art.* 1. *n.* 202. alias autem illæ locupletarentur cum manifesta hæredum iactura, nam semper verum est, quod hæreditas sentit damnum horum affictuum anticipate solutorum, quia si soluti non fuissent in hæreditate utique remansissent, hoc autem damnum ab ipsis Monialibus reficiendum venit, cum ipsæ solæ sint, quæ damnum hoc sentire debeant iuxta mox allatas authoritates.

Demum supradicta omnia comprobata dicebantur a simili, nam hæres gravatus tenetur in individuo fructus ulterioribus vocatis reservare, ut in præciso casu eius, qui fundum conduxerat, firmant *Peregr. de fideic. art.* 49. *num* 73. *Censal. ad eund. vers. quarta sit assertio Barr. de success. lib.* 8. *tit.* 3. *num.* 2. *Fusar. de substit. qu.* 626. *num.* 10. *Mantic. de tacit. lib.* 7. *tit.* 10. *n.* 4. 18 imo in terminis usufructus, quod usufructuarius generalis eius, qui gabellas conduxerat, teneatur restituere lucrum vectigalium 19 Proprietario, docent *Bald. in Leg.* 1. *Cod. de usuf. Mantic. de coniect. lib.* 9. *tit.* 6. *num.* 16. *Carocc. de locat. par.* 2. *vers. usufructuarii qu.* 16. *num.* 43. *Castill. de usufruct. cap.* 36. *n.* 34. *Barr. de success. lib.* 9. *tit.* 24. *num.* 24. sicut etiam lucrum ab exemplatione Protocollorum proveniens, quod ad Proprietarium spectet, 20 tenent *Camerell. de legati lib.* 3. *tit. de usur. legat. q.* 31. *Lagun. de fruct. par.* 1. *cap.* 9. *per. tot. Bar. de succ. lib.* 9. *tit.* 24. *n.* 25.

Verum hæc omnia ad iustitiæ, & æquitatis trutinam revocata licet aliquam mererentur animadversionem, non adeo tamen præponderantia reperta sunt, ut nos ab opinione, quam in individuo tenuit *Rot. Rom. in suprad. dec. Seraph.* diminuere potuerint, siquidem quoad primum argumentum attinet respondebatur quod non incongrue forsan dici poterat in nostro casu Testatorem habuisse ius usufructus, & non meram actionem personalem, seu commoditatem percipiendi fructus; Nam in locatione ad longum tempus certum est transferri ius ususfructus, imo & utile domi-
21 nium *Paciou. de locat. cap.* 27. *num.* 4. *Rot. dec.* 272. *num.* 8. *cor. Seraph. dec.* 334. *n.* 15. *cor. Buratt. & dec.* 182. *num.* 10. *par.* 6. *rec.* hæc autem locatio talis videri poterat, cum in arbitrio Iudicis sit repositum decernere quale sit longum, vel breve tem-
22 pus, *Carocc. de locat. tit. de locat. ad long. temp. n.* 5. *& tit. de locat. ad modic. temp. num.* 2. *Antonell. de temp. legal. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 6.

Præterea cum ad sensum Partis contractus per Testatorem initus nil aliud videatur esse, quam emptio quædam fructuum, ex hoc etiam videbatur insurgere argumentum mirabiliter ad intentum faciens, nam ubi fructus emuntur per plures annos, videtur
23 pariter transferri ius ususfructus cum in emptorem transeat cultura, & cura bonorum, *Mantic. de tacit. libr.* 4. *tit.* 18. *n.* 19. 20. *Posth. dec.* 2. *n.* 25. hoc autem evenisse dici poterat in nostro casu, cum fructus empti fuerint per quinquennium, & sic per plures annos; præsertim quia in hac emptione, & ad hunc effectum non attenditur præcise brevitas, vel longinquitas temporis, sed solum an in emptorem transierit cultura, & cura bonorum, quæ semper transisse præsumitur, ubi venditio fit per plures annos, prout videri potest apud supra citatos Authores.

Sed licet hæc aliquam haberent probabilitatem, quia tamen non omni difficultate carebant, magis placuit altera responsio, in qua dicebatur parum interesse, an Testator haberet super re conducta usumfructum, vel solam actionem personalem, seu meram commoditatem percipiendi fructus, etenim ad effectum, quem quærimus non solum sufficit, quod Testator haberet meram actionem personalem, sed imo exuberat, nam cum talis
14 actio esset ex natura sua fructifera, & capax afferendi aliquod emolumentum, utique si ex supra deductis emolumentum iurium, & actionum ad Usufructuarium spectat, spectabit quoque ad dd. Moniales emolumentum huius iuris, vel actionis, cuiuscumque generis illa sit, & quocumque nomine vocetur cum sufficiat, quod esset quædam actio, & quod fructus a Monialibus percepti essent emolumentum illius actionis.

Ad

Ad exemplum vero Mariti respondebatur illud nihil officere, quia quod Maritus teneatur restituere soluto matrimonio extima- 25
tionem fructuum, quos in dotem recepit, id ex eo provenit, quia substantia dotis in ipsis fructibus consistit, *Thesaur. quæst. for. libr.* 3. *quæst.* 41. *Boss. de dot. cap.* 15. *n.* 4. *De Luc. de dot. disc.* 148. *n.* 16. *Rot. dec.* 843. *per tot. cor. Merlin.* At secus est in nostro casu, nam Monialibus non fuit legatus ususfructus horum fructuum, quo casu legati substantia consisteret in ipsis fructibus, & tunc vere Moniales tenerentur finito usufructu restituere illorum æstimationem, iuxta deducta in §. *Quod quidem*; sed fuit relictus generalis ususfructus, cuius vigore emolumenta omnia provenientia etiam ex iuribus, & actionibus ad Usufruuctuarium spectant.

Nec minori facilitate diluitur secundum obiectum deductum ex eo, quod hi fructus regulari debeant ad instar fructuum recollectorum de tempore mortis Testatoris, etenim assumptum illud, quod hi fructus deberent haberi pro recollectis, penitus negabatur quia nulla fulcitur authoritate, cum omnes illæ, quæ circa hoc afferebantur vel loquerentur de fructibus vere recollectis, vel de his, qui iam maturi erant de tempore obitus Testatoris, & ta- 26
men certum est, quod fictio numquam induci potest, nisi lex expresse illam permittat, *Cravet. cons.* 134. *n* 33. *Alex. cons.* 149. *n.* 4. *lib.* 4. *Thusc. litt. F concl.* 216. *n.* 22.

Fortius vero, quia talis fictio esset contra expressam literam *Text. in Leg. stipulatio ista* 38. § *sed si quis ff. de verb. obligat.* = *ibi* = Sed si quis uti frui licere sibi, hæredique suo stipulatus = sit videamus, an hæres ex stipulatu agere possit, & puto posse = licet diversis sint fructus = si igitur fructus, quos hæres percipit in vim stipulationis defuncti sunt diversi ab illis, quos defunctus perceperat, numquam profecto talis fructus haberi poterunt pro recollectis, nam si pro talibus haberentur non possent esse diversi ab iis, quos Testator perceperat, cum fingendum esset, quod illi ab ipsomet Testatore recollecti fuissent, ut de se patet.

Maiorem difficultatem iniiciebat tertium argumentum, quod non immerito Partis Achilles dici poterat, deductum ex paritate nominum debitorum, & ex eo quod Ususfructuarius debet uti frui salva rerum substantia; verum hoc pariter solidissime profligabatur animadvertendo; quod Usufructuarius tenetur quidem servare res hæreditarias, illasque quoad substantiam integras restituere (si tamen restitutione opus est) finito usufructu; sed pariter verum est, & ab omnibus ubique receptum, quod si res hæreditariæ casu, vel ex natura sua pereant absque facto, & culpa ipsius Usufructuarii ad nihil ipse ulterius teneatur erga

pro-

proprietarium, & absolutus remaneat a quocumque onere resti-
27 tutionis, ut doctissime firmant *Castrens. cons.* 426. *num.* 2. *vers. dico contrarium lib.* 2. *Thusc. litt. V concl.* 331. *num.* 3. *Sabell. in summ.* §. *usufructus n* 26. hoc autem adamussim accidit in præsenti hypothesi, nam cum ius conductionis ex lege contractus per Testatorem initi ultra quinquennium durare non posset; profecto si post quinquennium cessavit, adeout illud restitui nequiret cum cœteris rebus hæreditariis, id non provenit ex facto Monialium, quæ quantum ex se ipsis erat, exigendo fructus non perimebant ipsum ius, cum potius voluissent illud perpetuo permansurum, sed provenit ex natura ipsius iuris, quod ultra quinquennium durare non poterat, adeoque nihil est imputandum Monialibus si hodie ius illud amplius in hæreditate non reperiatur, neque ob hanc causam ad aliquid præstandum con-
28 demnari debent, ut in puncto ratiocinatur *Gall. de fructib. disp.* 3. *art.* 1. *n.* 123. *vers. contrarium autem &c. cum ibi relatis*.

Paritas vero nominum debitorum nihil obstat, nam nomina debitorum sunt credita mere pecuniaria, quæ cum ex se nullum emolumentum afferre possint, regulanda sunt iuxta naturam earum rerum, super quibus improprie cadit usufructus, ut diximus in §. *Quod quidem &c.* ideoque nil mirum est, si teneatur Usufructuarius, finito usufructu, vel illa eadem nomina restituere, vel saltem pecuniam in vim illorum exactam; At ius
29 conductionis est ius fructiferum, ut sæpius diximus, & emolumentum, quod affert omnino spectat Usufructuario.

Quæ vero quarto loco deducebantur de affictibus per Moniales solvendis, & de reficiendis illis, quos Testator anticipate
30 solverat, hæc nullam habere iuris subsistentiam visa sunt, nam omissa inspectione; An Moniales, vel potius hæredes ipsi tenerentur hoc affictus persolvere, quod valde dubitandum relinquit, *Text. in Leg. qui concubinam* 29. §. *qui hortos ff. de legat.* 3. illud certum visum fuit, quod si hæredibus aliqua actio competeret adversus Moniales pro recuperandis affictibus solutis, illa eis potissimum competeret ex verisimili voluntate defuncti; Verisimilis autem voluntas defuncti potius Monialibus assistit, quam hæredibus, nam cum Prædium conductum de tempore obitus Testatoris ex facto illius proprio reperiretur liberum ab omni
31 onere, tale quoque censetur relictum Monialibus cum unaquæque res eo modo censeatur legata, quo de tempore obitus Testatoris reperitur, *Leg si a substituto* 47. §. *hæres &c. in fin. ff. de legat.* 1. *Leg. servo legato* 72. §. *si fundus ff. eod. Castill. de usufr. cap.* 22. *n.* 10. 15. *Graff. recept. sent.* §. *legatum q.* 29. *n.* 1.

Damnum autem hæreditatis adeo exageratum ob carentiam pe-

pecuniarum anticipate solutarum penitus cessat, quia cum pecunia per Testatorem soluta iam de illius Patrimonio esse desierit, numquam certe in illius hæreditatem transire potuit, ut est notissimum; si autem in hæreditatem non transit, nec transire potuit, nullum quoque damnum eidem afferre valet illius 32
carentia, cum non entis nullæ sint qualitates, *Leg. eius qui* 41. *vers. quoniam ff. de reb. credit. si cert. petat. Barbos. axiom.* 162. *n.* 1. *Capyc. Latr. dec.* 41. *n.* 17. *lib.* 1.

Nec replicetur quod si illa pecunia soluta non fuisset in hæreditate reperiretur, quia cum soluta fuerit ex voluntate, & facto proprio Testatoris utique omni iure tenentur hæredes tale 33
factum servare, nec contra illud venire possunt, *Rot. dec.* 261. *n.* 1. *& seqq. par.* 7. *& dec.* 563. *n.* 10. 11. *par.* 18. *recent. & in Mantiss. ad ornat. De Luc. super mater. de donat. dec.* 1. *num.* 15. *versic. & hanc in fin.*

Quod denique attinet ad paritatem Fideicommissarii, qui dicebatur teneri servare ulterioribus vocatis fructus ex Prædio per Testatorem conducto recollectos, illam utique admittendam non esse existimavimus, nam argumentum a simili, vel a pari tunc solum procedit quando similitudo, & paritas inter utrumque ex equiparatis tanta est, ut nulla inter ipsa discrepantia, & diversitas nulla intercedat, quod si æquiparata in aliquo licet 34
modico differant, tunc ab uno ad aliud inferre minime licet, taleque argumentum nullius remanet roboris, & efficaciæ, *Ant. Fabr. de error. pragmat. tit.* 2. *decad.* 44. *error.* 5. *Mans. cons.* 21. *num.* 8.

Hoc autem vitio laborare videtur argumentum adductum a paritate Fideicommissarii, siquidem unicuique (licet leviter in legali eruditione versato) notum est, quod aliud sunt Fideicommissarii, aliud Usufructuarii, & quod multa Fideicommissariis competunt, quæ Usufructuariis non conveniunt, adeout, cum maxima inter ipsos disparitas intercedat nullo modo liceat a Fideicommissariis ad Usufructuarios arguere, ut expresse docet 35
Text. in Leg. illud 37. *in princ. ff. de mort. caus. donat. & in L. pr. §. pr. ff. si quid. in fraud. patron. Molin. de primog. Hispan. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 8. *vers sed quia &c. in fin.*

Præterea supradictam opinionem, nempe quod hæres gravatus teneatur servare huiusmodi fructus ulterioribus gravatis non omnino tutam reperimus, & multos habet contradictores, nam *Paris. cons.* 55. 56. *tom.* 3. contrarium expresse tuetur, idem docet *Gall. de fruct. disput.* 3. *art.* 1. *n.* 123. *vers. contrarium &c. & Peregrin.* qui in interpretandis fideicommissorum materiis cæteros omnes facile antecellit rem dubiam reliquit *in artic.* 49. 36

n. 73.

n. 73. & loquendo per verbum *forte* opinionem suam non firmat, *Honded. cons.* 64. *num.* 29. *in fin.* adeout a primo ad ultimum, sive ex eo quod Fideicommissarii non in omnibus æquiparentur Usufructuariis, sive ex eo quia recensita opinio admodum controversa est, allata paritas non satisfecit, illamque penitus reiecimus.

Sed exemplo Fideicommissarii stringentius erat illud vectigalium, etenim negari non potest, quin allatæ authoritates expresse doceant Usufructuarium teneri restituere Proprietario lucrum Vectigalium a Testatore conductorum; verum hoc quoque exemplum non omnino adaptabatur præsenti hypothesi; nam inter iuris nostri Interpretes non defuerunt, qui existimaverint
37 vectigalia non esse fructus, ut videri potest apud *Boer. decis.* 212. *num.* 25. *in princ.* adeout quatenus hæc opinio sequenda esset, mirum non est si Usufructuarius teneatur huiusmodi lucrum restituere, cum nos quoque concederemus, quod ea, quæ vel non sunt fructus, vel fructuum vicem non obtinent ad Usufructuarium non spectant; at secus est in nostro casu, nam quod fructus per Moniales percepti veri sint fructus nemo unquam poterit dubitare.

Sed quatenus etiam admittenda esset paritas, adhuc tamen animadvertimus supradictam quoque opinionem ob contrarias DD. sententias admodum dubiam remanere; contrarium namque expresse tuentur *Bald. novell. in Leg.* 1. *Cod. de usufruct. Bertacch. de gabell. par.* 2. *num.* 63. *Cassan. ad Consuet. Burgund. lib.* 4. §. 6. *num.* 35. *Guill. de Benedict. in cap. Raynutius de testam. par. pr. in verb. cætera bona &c. n.* 31. *Girond. de gabell. cap.* 4. *n.* 20. & *Rot. in toties memorata decis.* 222. *cor. Seraphin.* In hoc autem dubio hanc potius ob authoritatem Rotæ, quam alteram sententiam sequendam esse existimavimus; Nam cum Rotæ Ro-
38 manæ opinio, opinionem faciat communem, ut ait *De Luc. de emphyt. disc.* 28. *n.* 5. & habetur *in Romana Primogenituræ, & Fideicommissor. de Corsinis* 16. *Maii* 1710. §. 28. *cor. Aldovrando*, merito potius hæc quam altera sequenda erat; fortius vero quia, prout nobis visum fuit melioribus hæc pars, quam altera ex supra deductis rationibus fulcitur, itaut quatenus etiam contraria sententia magis communis dicenda esset ob maiorem Authorum numerum, adhuc tamen hæc potius amplectenda venit, cum opinionum veritas ex momento rationum, & argumentorum, non ex aritmetico Authorum calculo, qui illam sequuti sunt, diiudi-
39 cetur, ut toties exclamat in suo *Theatro Veritatis, & Iustitiæ Card. De Luca*, & sequitur *Gall. de fruct. disp.* 36. *art.* 2. *n.* 94.

Sed quod tollit omnem amaritudinem est, quod cum *decis.* *cor.*

por. Seraphin. sit in hac materia, sicuti magistralis, ita & punctualis, & individua, hæc sola, & unice in decidenda hac controversia attendenda erat, nam superfluum est quærere argumenta ab exemplis a simili, vel a pari, quando adest punctualis 40
authoritas, quæ pro casu legis habenda est, *Surd. cons.* 551. *n.* 9. *Casanat. cons.* 35. *n.* 16. *De Luca de emphyt. disc.* 28. *n.* 4.

Exemplum denique Protocollorum omitti poterat, quia huiusmodi exemplationes non sunt in fructu, ut pluribus con- 41
gestis firmant *Soccin. sen. cons.* 100. *n.* 4. *libr.* 1. *Boer. dec.* 224. *num.* 4. *Pedrocc. cons.* 7. *num.* 186. *Petr. Barbos. in Leg. divortio* §. *si vir num.* 37. *ff. solut. matrim.*

Et quidem ex hucusque dictis, atque deductis satis superque constabat de bono iure Monialium, sed omnem nobis ademit ambiguitatem, si quæ superesset duplex facti circumstantia, quæ in præsenti hypothesi concurrebat; Prima quarum, ex eo deducebatur, quod hic agitur de usufructu coniunctis, ac dilectissimis personis relicto, nempe sororibus, quo casu omni iuris rigore posthabito, ex verisimili voluntate defuncti interpretandus est, ut pinguior, quam fieri potest existat, adeout in dubio an hi fructus 42
ad Moniales potius, quam ad Proprietariam pertineant, resolutio omnino capienda est pro Monialibus, ut docent *Text. in Leg. si servus plurium* 53. §. *ult. ff. de legat.* 1. *& in Leg. Aurelius* 29. §. *Titius testamento ff. de liber. legat. & in Leg. cum alienam* 10. *Cod. de legat. Pedrocch. cons.* 2. *n.* 60. 61. *& cons.* 7. *n.* 118. *Altograd. cons.* 39 *n.* 7. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 116. *n.* 18. *Tonduct. resol. civil. par.* 1. *cap.* 13. *n.* 6. *Camerell. de legat. lib.* 11. *cap.* 6 *dub.* 2. *n.* 5. *pag. mihi* 720. *Rot. dec.* 58. *num.* 6. *par.* 9. *rec. tom.* 1. *& dec.* 101. *n.* 17. *par.* 17. *recent.*

Secunda vero ex eo provenit, quod usque de tempore obitus Dom. Mauri Testatoris dictæ Moniales usufructuariæ particulariter convenerunt cum Illustrissima & Sacra Religione hærede proprietaria, quod Ministri ipsiusmet Religionis hos fructus recolligerent = *salvo tamen iure ipsarum Monialium, quatenus ad ipsas pertinuissent* = sed cum istante postmodum tempore recollectionis in controversiam revocari cœpisset, ad quosnam hi fructus spectarent, placuit præfatæ Religioni exquirere super hac re Votum bo. mem. Dom. Senatoris & Audit. Andreæ Poltri, qui fuit in sensu prædictos fructus ad Moniales pertinere, ut constat ex eius Voto originali nobis exhibito, & ab inde citra Moniales ipsæ, vidente, & non reclamante dicta Sacra Religione, hos fructus collegerunt, & modo coram nobis hoc non controvertebatur, ex hoc autem facto, adeo serio, & proportionato duo Iuris conclusiones ad favorem Monialium deducuntur.

Qua-

Quarum prima est, quod in vim huius facti ipsamet Sacra Religio, si non expresse certe, saltem tacite confessa est fructus illos ad Moniales pertinere, nam quoties non solum a supradicto Voto non reclamavit, sed potius in illius exequutionem a conventione recessit, permittendo Moniales eos fructus recolligere, quos iuxta legem contractus ipsa sola colligere poterat, & debebat, utique ex hoc nihil aliud deduci potest, quam quædam tacita confessio, cum non solum verbis, sed etiam factis, & non tam factis, quam ex non factis confiteri, & proprium animum
43 declarare quis possit, *Menoch. cons.* 313. *n.* 5. *Merend. contr. cap.* 23. *n.* 9. *Mans. cons.* 353. *n.* 58. *Rot. dec.* 56. *n.* 36. *post Merlin. de pign. & dec.* 49. *n.* 10. *tom.* 9. *ad ornat. Card De Luca*, quo posito planum fit, quod non potest hodie Sacra Religio, Mo-
44 niales amplius super hac re deturbare, cum nemo contra factum proprium, & propriam confessionem audiatur, *Alex. cons.* 147. *num.* 3. *Menoch. de arbitr. cas.* 506. *num.* 13. *Gratian. discept. forens. cap.* 981. *n.* 4. *Rot. cor. Emerix iun. decis.* 921. *num.* 5. *& dec.* 81. *num.* 8. *par.* 19. *rec. tom.* 1.

Secunda vero conclusio ex eo promanat, quod statim, ac Sacra Religio permisit Monialibus recollectionem fructuum controversi Prædii contra expressam conventionem inter ipsas initam, orta fuit in eisdem Monialibus quædam bona fides, cum iuste credere potuerint, quod ad ipsas revera hi fructus pertinerent, & quod ipsa Sacra Religio hanc prætensionem desereret, quoties post prolatum Votum Monialibus favorabile, ipsi Religioni contrarium, eadem ab expresse conventis recessit; posita autem in Monialibus hac bona fide, durum utique, ac quodammodo iniquum esset illas condemnare ad restitutionem horum fructuum, iam absque dubio post tantum temporis lapsum consumptorum, cum receptum ubique sit, quod possessor, qui fructus bona fide percepit, illosque consumpsit ab omni restitutionis onere
45 sit immunis, *De Luca de usur. disc.* 12. *num.* 33. *disc.* 17. *n.* 21. *disc.* 41. *num.* 7. & pulchre, atque in terminis longe durioribus *Rota in Æsina Census* 10. *Iunii* 1697. §. *tota ratio &c. in fin. impress. apud Bertacchin. vot.* 95. Et ita &c. Utraque &c.

Iacobus De Comitibus Audit. & Assessor.
Antonius Philippus Vergelli Assessor & Relator.

DECI-

DECISIO VI.

FLORIANEN. DONATIONIS

13. *Septembris* 1715. *cor.* Audit. Manilio Urbani.

ARGUMENTUM.

An & quando Donatio cenferi debeat facta occafione certi, & determinati matrimonii, ubi an & quando in ifta Donatione remiffæ cenfeantur folemnitates a Statuto requifitæ circa folemnitates mulierum.

SUMMARIUM.

1 *In Donatione contemplatione certi, & determinati matrimonii confecta remiffæ funt quæcumque folemnitates a Statutis requifitæ & num.* 3. *ubi etiamfi Statuta loquantur per claufulas annullativas, & irritantes. & num.* 37.

2 *Donatio pro certo matrimonio contrahendo perinde eft, ac fi Donator dixiffet fe aliter non donaturum.*

4 *Commemoratio matrimonii in donatione appofita, & fucceffiva caufa recognitionis, amoris &c. matrimonium præfumitur caufa finalis, altera autem folum impulfiva. & num.* 23.

5 *Expreffio certi matrimonii tum conclufi in proemio facta, caufa finalis donationis dicitur.*

6 *Donationes contemplatione certi matrimonii, cenfentur prius tractatæ, & conclufæ inter fponfos, aliter matrimonium non contracturos, vel faltem inter eorum Confanguineos, maxime ob actuum vicinitatem, licet in Capitulis, nulla Donationis fuerit facta mentio n.* 7. *& ubi in Donatione relatio habita eft ad Capitula matrimonialia n.* 8. *& ubi teftes id teftantur n.* 9. *&* 11.

10 *Caufa per conditionem expreffa eft caufa finalis.*

11 *Teftibus licet formiter non examinatis, fuffultis tamen pluribus adminiculis deferendum.*

12 *Dictio* perchè *denotat caufam finalem.*

13 *Caufa donandi ex præcedentibus, concomitantibus, & fubfequentibus colligitur.*

14 *Donatio quando fuerit ob caufam finalem matrimonii.*

15 *An & quando caufa donationis debeat effe neceffaria, vel voluntaria ad effectum ut dicatur donatio ob caufam.*

16 *Diftinctio caufæ neceffariæ, vel voluntariæ non recipitur, nifi*

in muliere minore donante, non autem in maiore liberam suorum bonorum administrationem habente.

17 *Donatio ob causam matrimonii tamquam præambule conventam cum Sponsis absque qua forsan matrimonium non sequeretur non sit ex mera liberalitate, sed evenit necessaria.*

18 *Ad exclusionem beneficentiæ in matre favore filiæ sufficit motivum congruentiæ, seu necessitas moralis ex naturali instinctu affectione, ac materno amore promanans & num.* 19.

20 *An ad dignoscendam donationem ob causam a simplici, inspici debeat commodum Donantis, vel Donatarii, & num.* 21. *ubi sufficit commodum alterutrius. & num.* 22.

24 *Expressa causa matrimonii ceteræ causæ tamquam de stylo Notariorum non sunt attendendæ.*

25 *Donatio causa matrimonii videtur contemplasse etiam filios, licet apposita fuerint verba* da poterne disporre a di lei beneplacito, *nam sunt intelligenda de natura donationis, quæ est translativa dominii.*

26 *Filii in donatione facta matri non eque principaliter contemplati, sed tantum accessorie non veniunt ex propria persona, sed tamquam matris hæredes.*

27 *Non formalitas verborum attendenda, sed voluntas, cui verba inservire debent.*

28 *Quando constat de expressa causa donandi non merentur attendi verba* pure, simpliciter &c.

29 *In donatione ob causam matrimonii an sufficiant sponsalia per verba de futuro. & num.* 31.

30 *Ex sponsalibus per verba de futuro oritur obligatio contraendi matrimonium adeo ut sine causa ab illis licitum non sit recedere.*

32 *Genium mulierum de momento in momentum variabile.*

33 *Donatio contemplatione matrimonii ad effectum, ut subiaceat solemnitatibus statutariis requiritur quoad matrimonium fuerit perfectum.*

34 *Quando donatio facta est contemplatione præcedentis conventionis matrimonii futuri, licet facta fuerit post matrimonium, subsistit etiam absque solemnitatibus statutariis.*

35 *Casus dotis cum sit in iure specialiter privilegiata non comprehenditur sub generali Statutorum dispositione.*

36 *Solemnitates requisitæ pro integratione personæ servandæ sunt in donatione facta a matre contemplatione certi matrimonii favore filii, in quo favor dotis non procedit.*

38 *Donationes, quæ fiunt occasione certi, & determinati matrimonii ortum habent a correspectivitate, & mutua causalitate intercedente cum matrimoniali contractu.*

39 *Do-*

39 *Donationes causa matrimonii non ligantur solemnitatibus statutariis ad removendas fraudes inventis, cum potius sint amore, pietate, ac naturali ratione commendatæ num.* 41.
40 *Donatio, quæ per alias causas quam matrimonii non valeret præsumendum est ipsum Donatorem aliam viam non elegisse.*
42 *In contractibus inter matrem, & filiam solemnitates a Statuto requisitæ sunt necessariæ num.* 43. *ubi distinguitur inter Statuta solemnitates requirentia ad evitandas fraudes, vel pro integranda persona.*
44 *Detecta opinionis erroneitate a firmatis est recedendum.*
45 *Non est verisimile, quod puella donataria teneræ etatis voluerit, seu potuerit decipere matrem suam.*
46 *Filii firma manente eorum legitima non possunt conqueri de dispositione facta a matre vidua de bonis suis.*

POST inita capitula matrimonialia die 26. Augusti 1684 inter DD. Capitaneum Petrum Franciscum de Seriacopis, & Iacobum, ac Petrum fratres de Bartolis pro futuro matrimonio D. Ioannæ eorum sororis in faciem Ecclesiæ contraendo cum d. D. Petro Francisco constituta dote sc. 1500. olim D. Santa Neri vidua relicta ab olim D. Francisco de Bartolis, die immediate sequenti, nempe die 27 eiusdem mensis, & anni donavit inter vivos præfatæ D. Ioannæ eius unicæ filiæ summam scut. 200. sub expressa mentione causæ matrimonii iam contracti per verba de futuro, & relatione ad dicta capitula = ibi = Che per essere stato contratto il matrimo- = nio per verba de futuro, tra il Sig. Pier Francesco del Signor = Carlo Seriacopi di Foiano di Valdichiana da una parte, e fra = la Sig. Giovanna del quond. Sig. Francesco Bartoli di Foiano = suddetto dall' altra parte, siccome ne costano capitoli matri- = moniali, a' quali &c. e volendo la Sig. Santa &c. rendersi = grata, e riconoscere detta Sig. Giovanna sua figlia coll' infra- = scritta Donazione, salvi gl' infrascritti patti, e condizioni, = quindi è, che costituita personalmente non per forza, paura, = o inganno, ma spontaneamente per se, suoi eredi, senza re- = vocazione, puramente, irrevocabilmente, & inter vivos, dà, = dona alla Sig. Giovanna detta, sua figlia legittima, e natu- = rale per se, e per suoi eredi accettante, e stipulante, la = somma di scudi 200. &c. =.

Pacta autem, & conditiones sunt infrascriptæ videlicet, quod de sc. 100. dicta Dom. Ioanna haberet liberam facultatem disponendi tam inter vivos, quam per ultimam voluntatem;

 quo

quo vero ad alios scut. 100. frui deberet usufructu libere, sua vita naturali durante, eaque decumbente sine filiis, hæc summa sc. 100. rediret ad dd. DD. Petrum, & Iacobum suos filios, ut latius ex Apoca donationis in actis exhibita.

Contracto matrimonio per verba de præsenti post dictam donationem inter dd. Franciscum Petrum, & Ioannam, ex quibus plures orti sunt filii; defunctaque Sancta donatrice absque solutione dd. sc. 200. DD. Coniuges egerunt coram Supremo Magistratu huius Civitatis contra eumdem D. Petrum eiusdem Donatricis unicum hæredem, ad effectum obtinendi dictam solutionem; Causaque nobis ad referendum commissa, concordi voto retulimus, donationem esse validam: & propterea d. Petrum condemnandum fore, & esse, prout condemnavimus, ad solvendam dictam summam scutorum 200. ex rationibus infra recensendis.

Submotis etenim, & quidem recte per Dom. causæ Patronum nonnullis oppositionibus adversus legitimam actus donationis existentiam, totum difficultatis momentum resedit super eiusdem donationis validitate acriter impugnata per Reum conventum, ob defectum solemnitatum requisitarum in contractibus mulierum, tam a Statuto Terræ Floriani rubr. 53. quam a Statuto Florentino lib. 2. rubr. 112. de Mundualdis.

Verum his minime refragantibus credidimus, donationem esse validam, & exequendam, quia cum ex lectura Apocæ, ac omnibus facti circumstantiis sedulo insimul perpensis clare appareat, donationem emanasse occasione certi, & determinati matrimonii, & istud fuisse illius causam finalem, non autem matrimonium indefinitum, seu in genere tantum contrahendum, communis sententia est, huiusmodi donationem a quibuscumque le-
1 gibus statutariis penitus solutam esse debere, ut bene distinguendo firmant *Cutell. de donat. disc.* 1. *spec.* 4. *n.* 10. *cum seqq. tom.* 2. *Andreol. contr.* 155. *n.* 4. *cum seqq. & n.* 9. ubi quod donatio pro certo matrimonio contrahendo, perinde est, ac si Donans
2 dixisset se aliter non donaturum; & per eadem verba loquit. *Mans. cons.* 2. *n.* 13. 17. *cum seqq. tom.* 11. *Cancer. var. resol. cap* 8. *de donat. n.* 61. *Constant. ad stat. urb. annot.* 44. *artic.* 6. *n.* 267. ubi de solemnitatibus quoad integrationem personæ *Castald. cons.* 91. *n.* 9. *Cirocc. discept.* 51. *n.* 20. *vers. vel locum*, *Staiban. iun. resol.* 22. *n.* 20. *Torr. var. iur. quæst. tit.* 7. *qu* 10. *num.* 4. *cum seqq. & quæst.* 11. *n.* 9. ubi etiamsi statuta loquantur per clausu-
3 las prægnantissimas, annullativas, & irritantes, *& quæst.* 12. *n.* 20. *cum seqq. Paulut. dissert.* 87. *n.* 9. *Rocca disput. select. cap.* 110. *n.* 7. *Pacion. alleg.* 200. *n.* 67. 70. *Balducc. ad Ramon. decis.* 71. *num.* 2. 19. *tom.* 4. *D. Audit. Fiscal. Serapti penes eumd. decis.* 44.

de

de legat. & fideic. tit. 3. *n.* 22. 23. *Intrigliol. dec.* 20. *n.* 6 *Viv. dec.* 453. *n.* 9. *Grammat. dec.* 302. *num.* 7. *Rot. Lucen. apud Palm. nep. alleg.* 137. *n.* 21. *Adden. ad Buratt. dec.* 924. *n.* 17. *in fin. Rot. Marcb. cor. Thomat. dec.* 77. *n.* 8. *Rot. Roman. in rec. decis.* 106. *n.* 4. *& dec.* 314. *n.* 4. *par.* 4. *& cor. Emerix. iun. decis.* 1252. *n.* 4. *cor. Benincasa dec.* 293. *n.* 5. *post Constant. ad stat. urb. dec.* 154. *num.* 8. *& in mantiss. ad Card. de Luc. in conflict. legal. decis.* 10. *n.* 4. 12. *cum seqq. & num.* 22.

Ex lectura Apocæ constat, matrimonium fuisse causam finalem donationis, quia quando, prout in ea, primo, & principaliter enunciatur matrimonium cum certa, seu individuali persona contrahendum, postmodum vero additur causa amoris, gratitudinis, recognitionis, & similium, semper matrimonium præsumitur causa finalis donationis, quæ primario movit agentem, & sine qua is non fuisset donaturus; causa autem amoris, seu affectionis successive apposita subalternatur causæ matrimonii, adeoque præsumitur solum impulsiva, & non finalis, iuxta aliam distinctionem, quam communiter amplectuntur DD. & antiquioribus omissis, late *Altograd. cons.* 7. *n.* 12. *cum seqq. lib.* 1. *Venturin. cons.* 14 *num.* 18. *Surd. cons.* 196. *n.* 1. 14. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4 *gloss.* 1. *n.* 16. *& seqq. & n.* 35. *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 286. 287. *Michalor. de fratrib. par.* 1. *cap.* 20. *n.* 16. *de Luca de donat. disc.* 26. *n.* 16. *cum seqq. & disc.* 55. *n.* 3. *Constant. ad stat. urb. annot.* 44. *art.* 6. *n.* 628. *&* 629. *Staiban. iun. resolut.* 22. *n.* 19. *Gratian. discept.* 924. *n.* 30. *& per tot. & discept.* 984. *n.* 22. *cum seqq. Sanminiat. contr.* 141. *n.* 1. *tom.* 2. *Merlin. Pignatt. contr. for. cap.* 34. *n.* 6. *Rocca disput. select. cap.* 110. *n.* 11. 12. 14. 15. ubi quod causæ amoris &c. censentur appositæ de stylo, & formulis consuetis Notariorum, *Mans. cons.* 153. *n.* 53. *cum seqq. tit.* 2. *Urceol. cons. forens. cap.* 85. *n.* 12. §. *prout talis, versic. tum quia, Monter. decis. Aragon.* 10. *n.* 11. *Mastrill. dec.* 211. *n.* 4. *cum seqq. penes Balducc. d. dec.* 44. *n.* 22. 23. 30. *de legat. & fideicom. tit.* 3. *& dec.* 71. *n.* 18. *cum seqq. tom.* 4. *Rota Roman. cor. Cerro dec.* 678. *n.* 3. ubi pariter, quod causa amoris, & affectionis censetur apposita de stylo, *cor. Merlin. dec.* 229. *n.* 12. *cor. Emerix. sen. d. dec.* 112. *cor. Emerix. iun. d. dec.* 978. *n.* 3. *dec.* 1252. *n.* 10. *& dec.* 1037. *n.* 1. *post Torr. de pact. dec.* 98. *n.* 5. 6. *in rec. decis.* 229. *n.* 13. 14. 16. *par.* 12. *post Constant. ad stat. urb. dec.* 153. *n.* 11. *inter recollect. per Palm. nep. dec.* 385. *n.* 23. *Rot. Nostr. cor. de Comitib. dec. Florent.* 8. *num.* 13.

4

Quodque vere matrimonium fuerit causa finalis donationis, istaque ad illud correspectiva, plura clarissime suadent; & primo 5
expressio ipsius certi matrimonii iam conclusi, facta in proemio,

ex quo satis causa, seu ratio finalis colligitur, ad *Text. in Leg. Titia* §. 1. *ff. de verbor. oblig. Bald. in Leg. ut liberis in pr. notab. Cod. de collat. Roland. cons.* 44. *num.* 9. *lib.* 4. *Surd. cons.* 43. *post princ. Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 12. *n.* 30. *tom.* 1. *Gratian. discept. for. cap.* 924. *n.* 22. *& seqq. Rot. post Constantin. ad stat. urb. dec.* 153. *num.* 12.

Secundo, quod huiusmodi donationes contemplatione certi matrimonii emissæ, censentur prius tractatæ, & conclusæ, aut in-
6 ter ipsos Sponsi, vel Sponsæ consanguineos, ut inter ipsosmet Sponsos aliter matrimonium non contracturos, *Venturin. d. cons.* 14. *n.* 19. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 9. *n.* 33. *& seq. vers. si etiam Tondut. resol. civil. lib.* 1. *cap.* 55. *n.* 10. *& cap.* 168. *n.* 14. *lib.* 2. *Rocc. d. disp.* 110. *n.* 4. *Rota in mantiss in conflict. legal. dec.* 10. *num.* 16. §. *& quidem.*

Tertio, quod donatio emanavit post diem immediate sequentem confectioni capitulorum matrimonialium; hæc autem actuum vicinitas inter capitula, & donationem bene demonstrat correspe-
7 ctivitatem, & dependentiam unius actus ab altero, licet de donatione in capitulis nulla fuerit habita mentio, ut optime firmant *Venturin. d. cons* 14. *n.* 32. *& seqq. Gratian. discept. for. cap.* 924. *n.* 1. *Rot. post Torr. de pact. futur. success. decis.* 87. *num.* 9. 10. *post Constant. ad stat. urb. decis.* 153. *n.* 13. *in mantiss. ad Card. De Luc. in conflict. legal. d. dec.* 10. *n.* 16. §. *id etiam, in fin.* ubi etiamsi diversis Instrumentis, & diversis temporibus res gesta fuerit *Ansald. in addit. ad decis.* 42. *num.* 22.

Quarto, quod in dicta Donatione fuit habita expressa relatio ad capitula matrimonialia = ibi = *siccome ne costano capitoli matrimoniali, a' quali &c.* ex qua relatione certo certius apparet, eamdem donationem, licet posteriorem emanasse correspective ad matrimonium in præfatis capitulis stabilitum, & conclusum, ac unum actum inesse alteri, perinde ac si eodem temporis momento in una, eademque scriptura ambo gesti fuissent,
8 ut in terminis ponderat *Cutell. de donat. disc.* 1. *par.* 1. *n.* 69. *Rot. in Romana Liberationis a molestiis* 29. *Ianuarii* 1703. §. *minusque, &* §. *neque in fin. cor. Priolo, Ansald. scribens in eadem Causa in addit. ad decis.* 42. *num.* 22.

Et quinto demum hoc ipsum ponunt extra hæsitationem plures testes formiter, & ad perpetuam examinati, quorum quatuor declarando, & supplendo eorum examen, unanimiter testantur dictam Sanctam ante sponsalia pluries ipsis palam fecisse eius voluntatem donandi dd. scut. 200. præfatæ Ioannæ filiæ ex
9 causa per conditionem expressa, sunt verba præcisa = *purchè la detta Sig. Giovanna di lei figlia avesse contratto i sponsali col sud-*

detto

detto Sig. Seriacopi &c. = quæ dictio *purchè*, latine *dummodo*,
importat conditionem, *Barbos. de dictionib. dict.* 95. *n.* 3. *cum seqq.*
quando autem causa per conditionem expressa est, tunc nemo
dubitat, causam dici finalem, ut in terminis donationis *Bart. in*
Leg. 2. §. *fin. n.* 10. *vers. aut ergo ff. de donat.* cœterisque relatis 10
Mans. cons. 277. *n.* 21. 22. *Rot. post Urceol. de transact. dec.* 93. *n.*
11. 12. ubi quod conditio, & causa finalis sunt inter se conver-
tibiles; idemque deponunt tres Moniales, in quorum Monasterio
tunc degebat Dom. Ioanna, ex auditu ab eadem tempore non
subspecto, quibus testibus in hac parte licet formiter non exami-
natis, suffultis tamen tot relatis desuper adminiculis venit omni- 11
no deferendum, *Rot. in mantiss. ad Card. De Luc. in conflict. legal.*
dec. 10. *n.* 19. Alii vero quatuor testes formiter examinati, ibidem
uno ore fatentur dictam Sanctam donasse Ioannæ filiæ cum expres-
sione causæ, eo quia ea nupsit dicto Petro Francisco Seriacopi,
iuxta ipsius genium, & voluntatem = ibi = *Avendole donato scudi*
200. *perchè la medesima s' era maritata al Capit. Pier Francesco*
Seriacopi di suo genio, e sodisfazione = quæ dictio *perchè*, latine 12
quia, denotat pariter causam finalem, *Bartol. in Leg. demonstratio*
§. *quod autem ff. de condit. & demonstr. Gob decis.* 1. *post consult.*
149. *n.* 36. *Palm. nep. dec.* 318. *n.* 7. adduntque præfati testes ratio-
nem scientiæ, quia alter subscripsit Apocam donationis, & alii
plures audierunt ab eadem Sancta, & a publica voce, & fama;
adeoque cum ex præmissis habeamus claram intentionem, & vo-
luntatem Donatricis super causa donandi, quæ ex præcedentibus, 13
concomitantibus, & subsequentibus colligitur, ut bene advertit
d. dec. 44. *n.* 15. *penes Balducc. de legat. & fideic. tit.* 3. haud
valet amplius dubitari, quin donatio fuerit ob causam finalem 14
matrimonii, & ad istud unice correspectiva, *Altograd. cons.* 7. *n.*
8. *vers. & moveor a n.* 39. *cum seqq. tit.* 1. *Venturin. cons.* 14.
n. 18. 19. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 1. *num.* 19. *&*
gloss. 9. *n.* 32. *Cutell de donat. tract.* 1. *par.* 1. *dec.* 1. *n.* 66. 69
70. *tom.* 1. *Andreol. d. tract.* 155. *n.* 21. *Urceol. cons.* 85. *n.* 13.
late *Episcop. Rocca cap.* 20. *n.* 1. *Torr. var. iur. quæst. tit.* 7. *qu.*
11. *n.* 2. 11. *tom.* 2. *Paulut. dissert.* 87. *n.* 52. *cum seqq. Rot. cor.*
Merlin. dec. 301. *n.* 11. 12. *cor. Bich. dec.* 555. *n.* 2. *cor. Emerix.*
iun. dec. 1252 *n.* 4. *in rec. dec.* 341. *n.* 14. *par.* 19. *& in mantiss. d.*
dec. 10. *in conflict. legal. n.* 16. §. *id etiam cum seqq.*

Probata ex prædictis donatione emissa ex causa finali, &
correspectiva ad matrimonium certum, quæ causa finalis est alte-
rum ex requisitis a DD. ponderari solitum in huiusmodi dona-
tionibus non obstat alterum, quod videlicet causa donationis libe-
ralitatem, & munificentiam excludat, ac aliquam secum necessi-
tatem

tatem importet, ut monet *Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 4. *n.* 10.
& *seqq.* quem sequitur *Rot. in d. Romana Liberationis a molestiis*
29. *Ianuarii* 1703. §. *siquidem cor. Priolo*, cum ad effectum, ut
donatio dicatur ob causam, ista esse debeat necessaria, non vo-
15 luntaria, ne alias donatio dicatur simplex, ex traditis per *Urceol.*
cons. 85. *n.* 14. *Conciol. alleg.* 42. *n.* 52. *Rot. coram Emerix. iun.*
decis. 1252. *num.* 7.

Præmisso etenim, quod distinctio causæ voluntariæ, seu ne-
16 cessariæ, non recipitur nisi in muliere minore donante, non au-
tem in maiore liberam suorum bonorum administrationem ha-
bente, *De Luca de donation. disc.* 26. *num.* 16. *Mans. cons.* 2.
num. 2. 16. *tom.* 11. *Ciarlin. controvers.* 124. *num.* 3. *cum seqq.*
Episcop. Rocca disp. 110. *num.* 8. 9. *Torr. variar. iur. quæst. tit.*
7. *qu.* 12. *n.* 30. *Rota Lucens. penes Palm. nep. alleg.* 137. *n.* 25.
30. *Balducc. dec.* 71. *n.* 3. *tom.* 4. *Rot. cor. Rembold. dec.* 430. *n.*
8. *cor. Peuting. dec.* 247. *n.* 29. *cor. Royas dec.* 450. *n.* 3. 4. *cor.*
Emerix. sen. dec. 90. *n.* 4. 5. *&* *dec.* 112. *n.* 5. *cor. Emerix. iun.*
dec. 1252. *n.* 8. *in rec. dec.* 380. *n.* 9. 10. *par.* 14. *&* *dec.* 341.
n. 14. *par.* 19. *&* *in mantiss. ad Card. De Luca in conflict. legal.*
dec. 10. *num.* 25. *&* 26.

Satis ad effectum, de quo agitur, exclusa remanet munifi-
centia, & liberalitas, cum concurrat necessitas ex parte actus,
quæ sufficit, seu ex parte Donantis, non præcisa, sed causativa,
resultans ex eo, quod desiderans, ac mente revolvens matrimo-
nium cum tali persona sibi bene visa, intelligat illud sequi non
posse, nisi donet, vel ex quo donationem faciat a necessitate de-
pendente a contractu, seu conventione præambula inita cum Spon-
so, aut Sponsa, quod evenit in præsenti, ut supra probatum est,
17 quo casu donatio non dicitur gratuita, nec est mera liberalitas,
sed necessaria datio, ut in specie ponderant *Altograd. d. cons.* 7.
n. 42. *cum seqq. Gratian. discept. forens. cap.* 924. *n.* 13. *Episcop.*
Rocca disput. select. d. cap. 110. *n.* 10. *Andreol. d. contr.* 155. *n.*
16. videndus *Mans. cons.* 2. *n.* 12. 13. 16. *tom.* 11.

Quinimmo, cum in præsenti sermo sit de donatione emissa
a propria matre iam vidua favore unicæ filiæ nupturæ viro,
iuxta illius particulare votum, & voluntatem, verior, & receptior
sententia est, quod sufficiat ad excludendam munificentiam, &
liberalitatem motivum congruentiæ, seu necessitas moralis ex na-
18 turali instinctu, affectione, ac materno amore promanans, prout
in terminis probant *Altograd. cons.* 7. *n.* 5. *vers.* 2. *&* *n.* 52. 55.
& *cons.* 8. *n.* 33. *lib.* 1. *Surd. cons.* 243. *n.* 4. *Becc. cons.* 20. *n.*
28. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 1. *num.* 33. *cum seqq.*
Mangill. de imput. quæst. 33. *n.* 20. *Peregrin. de fideic. artic.* 36.

num.

num. 134. §. *ampliatur denique*, *Tartagl. de reserv. statut. art.* 9. *n.* 57. *Andreol. contr.* 155. *n.* 17. *Conciol. alleg.* 42. *n.* 52. *Mans. cons.* 2. *n.* 10. *tom.* 11. *Torr. var. quæst. tit.* 7. *qu.* 11. *n.* 2. *in fin. tom.* 2. *Urceol. cons.* 85. *n.* 15. *Paulut. dissert.* 8. *n.* 14. *Rot. in recent. dec.* 341. *num.* 14. *par.* 19. *& in mantiss. ad Card. De Luca in conflict. legal. dec.* 10. *n.* 26. *& in d Romana Liberationis a molestiis* 29. *Ianuarii* 1703. §. *quia cor. Priolo*.

Et in puncto, quod donatio facta a matre non habente necessitatem donandi pro certo, & determinato matrimonio filiæ, seu filii, dicatur ob causam, exempta a solemnitatibus statuta- 19
riis, per *Textus in Leg. ut liberis*, *& in Leg. penult. Cod. de collat.* firmant *Altograd. d. cons.* 7. *n.* 46 *Peregrin. de fideicom. dict. artic.* 36. *n.* 134. §. *ampliatur denique in fin. Gratian. discept. for. cap.* 924. *n.* 19. 26. *Andreol. d. controv.* 155. *num.* 16. *Rot. March. cor. Thomat. dec.* 77. *n.* 8. 9. *& Roman. in d. decis.* 10. *in conflict. legal. n.* 4. *& cor. Benincasa dec.* 293. *n.* 5 *per tot.*

Non relevante, quod ad dignoscendum, an donatio sit ob causam, inspici debeat, an causa concernat commodum donantis, vel donatarii, itaut prima dicatur ob causam, secunda vero simplex ex relatis per *Andreol. d. contr.* 155. *num.* 14. quoniam 20
ad effectum, ut donatio dicatur ob causam, non est opus ut contineat commodum donantis, sed sufficit, ut contineat solum commodum, & utilitatem donatarii, ac propterea quando, prout hic, non respicit commodum solius sponsæ, sed etiam viri, cuius valde interest habere uxorem divitem, ex cuius bonorum affluentia nedum ipse potest a pluribus expensis sublevari, vel etiam filii possunt habere pinguiorem successionem in bonis matris, licet donatio non contineat commodum donantis, semper tamen
dicitur vere, ac proprie donatio ob causam, *Altograd. cons.* 7. 21
n. 55. *Surd. d. cons.* 143. *n.* 33. 34. *Oldrad. cons.* 44. *num.* 22. *lib.* 4. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 1. *Gratian. d. discept.* 924. *num.* 14. *Andreol. d. contr.* 155. *num.* 18.

Et quando etiam requireretur commodum donantis, non deficeret, quia cum mater donaverit pro certo Matrimonio cum persona sibi bene visa, ac iuxta suam voluntatem, istius imple-
mentum, & præoptati actus assecutio, est donantis interesse, com- 22
modum, & utilitas, *Altograd. dict. cons.* 7. *num.* 57. *tom.* 1. *Becc. cons.* 20. *num.* 17. *Fontanell. de pact. nuptial. dict. claus.* 4. *glos.* 1. *num.* 26. 30. *Gratian. discept. for. cap.* 924. *num.* 13. *Andreol. dict. contr.* 155. *n.* 20. *Paulut. diss.* 87. *n* 54 55. *penes Baldacc. dict. dec.* 44. *num.* 31. *de legat. & fideic. tit.* 3. *Card. de Luc. de donat. dec.* 9. *num* 11. *& cor. Emerix. iun. dec.* 1019. *num.* 18.

His ita firmatis facili negocio diluuntur obiecta docto non mi-

minus, quam ingeniose a D. exadverso in iure scribente excitata. Non enim obstant verba illa in donatione expressa „ *E volendo la Sig. Santa &c. rendersi grata, e riconoscere detta Sig. Giovanna sua figlia &c.* „ quæ utpote importantia causam gratitudinis, & recognitionis ortum habentem a materno amore, & benevolentia, inferant esse finalem eam, potius quam matri-
23 monium certum in eadem donatione enunciatum, ex traditis *per Rot. cor. Buratt dec.* 861. *num.* 9. *cum aliis exadverso allegatis*; quoniam cum ex huiusmodi benevolentia, & amore ante conclusum Matrimonium cum dicto Seriacopi nunquam Mater inducta fuerit ad donandum, est omnino dicendum causam finalem donationis fuisse Matrimonium, non autem affectionem, & amorem, ut bene in his terminis advertunt *Surd. cons.* 196. *n.* 14. *vers. spes igitur*, *Paulut. d. dissert.* 87. *n.* 59. *Episc. Rocc. disp. select. dict. cap.* 110. *num.* 13. *vers. signanter quia & num. præcedenti*, *cum seqq.* ubi respondendo authoritatibus exadverso adductis firmat, quod expressa causa Matrimonii, aliæ causæ amoris, affectionis, & similium, tamquam impulsivæ subalternantur causæ finali Matrimonii, vel tanquam appositæ de stylo Notariorum non sunt attendendæ, saltem ad effectum excludendi Matrimonium certum fuisse causam finalem, ut totidem fere verbis fir-
24 mat *num.* 5. *Rot. cor. Cerr. dict. dec.* 678. *num.* 3. & *in rec. d. dec.* 229. *num*, 13. 14. *cum seqq. par.* 12. ubi *num.* 18. respondet *dec.* 861. *num.* 9. *Buratti* pariter exadverso adductæ, quando ex facti circumstantiis desumitur prout in præsenti, voluntas donandi principaliter contemplatione Matrimonii, quo casu dictam expressionem amoris, & benevolentiæ esse causam dumtaxat impulsivam probant omnes auctoritates superius adductæ in §. *Ex lectura*, frustra non repetendæ.

Huic intellectui nullatenus adversantur sequentia verba Apocæ „ ibi „ di modo che delli detti sc. 100. ne possa detta Sig. Giovanna disporre a di lei beneplacito, e arbitrio „ ex quibus dicebatur Donatariam posse distrahere etiam in extraneos, adeoque excludi, quod Matrimonium esset causa finalis donationis, cum in huismodi donationibus intuitu Matrimonii censeatur a Donante fuisse contemplatos etiam Filios Donatarii; Removetur enim obiectum, ex quo illa verba „ *ne possa disporre a di lei beneplacito, e arbitrio* „ explicant dumtaxat id, quod de iure inerat, cum quælibet donatio sit translativa dominii, tribuatque
25 facultatem de rebus donatis ad libitum disponendi, ut in terminis donationis pro certo Matrimonio conceptæ cum similibus verbis „ *da spendersi come li parrà* „ ben advertunt *Ansald. dec.* 42. *num.* 30. *D. Aud. Fiscal. Serapti dec.* 44. *penes Balducc. n.* 38. *de*

38. *de legat. & fideic. tit.* 3. præcipue quia filii in bonis dotalibus, & aliis a Matre provenientibus & in quorum acquisitione non fuerunt æque principaliter contemplati, sed tantum accessorie, præcisive a facti circumstantiis contrarium suadentibus admittuntur non ex propria persona, & tamquam filii, sed tamquam Matris hæredes, ut in terminis donationis pro certo, & determinato Matrimonio, post *Gloss. in Leg. si tibi decem* 18. §. *si pactus* 26
verb. prodierit ff. de pact. comprobant *Torr. de primog. por.* 1. *cap.* 34. *a n.* 52. *ad* 54. *idem ver. iur. quæst. tit.* 7. *qu.* 12. *n.* 32. 33. *cum seqq. Paulut. disc.* 87. *num.* 28. 31. *Rocc. disp iur. select. cap.* 107. *n.* 1. 2. *Rot. cor. Priol. dec.* 203. *n.* 1. 2. *cor. Ninott. decis.* 80. *n.* 13. *in rec. dec.* 229. *num.* 21. *par.* 12. *cor. Benincasa dec.* 95. *n.* 12. *cum seqq. cor. Ansald. dec.* 75. *num.* 43. *dec.* 89. *n.* 53. *in Romana Fideic. de Palmeriis inter recollect. per Palm Nep. dec.* 350. *n.* 10. *confirmata* 29. *Ian.* 1700. §. *neque cor. Caprara*, & plene *Rot. Senen. in Senen Donationis, & Fideic. de Specchis* 22. *Iun.* 1711. §. *obvia cum seqq. cor. Me.*

Eiusdem ponderis visa sunt alia verba „ ibi „ *puramente = irrevocabilmente inter vivos* „ & paulo infra „ *dona liberamen= te &c.* „ ex quibus pariter colligebatur Matrimonium non fuisse causam finalem, cum donatio, quæ habet Matrimonium pro causa finali non sit pura, sed ob causam; quoniam cum non formalitas verborum attendenda veniat, sed voluntas, cui verba 27
inservire debent, in nostris terminis *dict. dec.* 44. *num.* 16. *penes Balducc. de legat. & fideic. tit.* 3. agnita ex superius deductis voluntate Donantis faciendi donationem ex causa Matrimonii certi, & iam conclusi, eaque specifice, & literaliter expressa commodum etiam ipsius Donatricis respiciente, certum est, quod ea, & similia verba, nempe, *pure, & simpliciter, ex mera pura, & gratuita voluntate*, nullo modo donationem ob causam, in sim- 28
plicem immutare valent, ut in terminis firmant *Dec. in Leg. si donationem* 13. *vers. singulariter notandum est n.* 24. *Cod. de collat. Surd. cons.* 407. *num.* 30. 31. *Alex. cons.* 40. *num.* 14. *lib.* 4. *Becc. cons.* 20. *num.* 21. *Rolan. cons.* 44. *num.* 23. 24. *lib.* 4. ubi respondet *cons.* 5. *Oldrad. Fontan. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 1. *num.* 58. ubi quod sunt verba de stylo Notarii *Marescott. variar. resol. lib.* 2. *cap* 27. *num.* 8. 9. *Gratian. discept.* 96. *n.* 34. §. *neque obstant Castald. cons.* 91. *num.* 9. *Urceol. consult. cap.* 85. *n.* 16. *Balducc. dec.* 71. *num.* 22. *tom.* 4. *Rot. in rec. dec.* 65. *num.* 11. 12. *par.* 6.

Præfatæ donationi ob causam, seu contemplatione certi Matrimonii minus resistebat, quod ea emanaverit post Matrimonium conclusum per verba de futuro, & dotem legitime promissam; &

& constitutam in summam sc. 1500. itaut ex hac præcedenti
29 conclusione excluderetur omnis præsumptio, quod dicta donatio facta fuerit contemplatione eiusdem Matrimonii, *Rot. in recent. dec.* 563. *num.* 5. 6. *par.* 19. cum etiam ex Sponsalibus per verba de futuro oriatur obligatio contrahendi Matrimonium, adeout
30 sine causa ab illis licitum non sit recedere, *Piton. discept.* 52. *n.* 79. *tom.* 1. *Sanch. de matrim. lib.* 1. *disp.* 29. *per tot. Rot. coram Cavaler. dec.* 415. *n.* 1. *& seqq. & dec.* 419. *num.* 2. *& seqq. Seraphin. dec.* 1112. *num.* 1. *& in rec. dec.* 163. *n.* 1. *& per tot. par.* 9. *tom.* 1. Quandoquidem duplex se offert responsio, altera nempe, quod licet donatio emanaverit post conclusum Matrimonium per verba de futuro, & ex sponsalibus oriatur obliga-
31 tio contrahendi per verba de præsenti, adhuc tamen non constat in illis intervenisse consensum Sponsæ, sine quo Matrimonium dici non poterat contractum, ac perfectum; & satis est, quod posset dari casus, quod illud non contraheretur iuxta naturale genium mulierum de momento in momentum variabiles,
32 ut respondet in punto *Rot. in Rom. Liberationis a Molestiis* 29. *Ian.* 1703. §. *Non in facto cor. Priolo*, adeoque dici non potest, quod donatio emanaverit post Matrimonium, & absque illius contemplatione, itaut subiaceat solemnitatibus statutariis, quia ad hunc effectum requiritur Matrimonium, esse vere contractum, &
33 perfectum *Constant. ad Stat. Urb. annot.* 44. *art.* 6. *n.* 632. *Pacion. alleg.* 100. *a num.* 60. 70. *Rot. cor. Cels. dec.* 40. *num.* 13. *cor. Dunozett. iun. dec.* 919. *n.* 5. *cor. Emerix. sen. dec.* 127. *num.* 15. *& dec.* 230. *n.* 6. *par.* 14. *& dec.* 57. *num.* 5. *par.* 15.

Altera est, quod licet donatio facta fuerit post Matrimonium, si tamen ex circumstantiis, testibus seu coniecturis appareat, prout in præsenti, facta in executionem præcedentis conventionis ante ipsum Matrimonium, & corespective ad illud, tali casu optime subsistit, etiam absque solemnitatibus statutariis,
34 *Constant. ad Stat. Urb. dict. annot.* 44. *art.* 6. *n.* 633. 634. *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 286. *Rot. in rec. decis.* 241. *n.* 4. *& seqq. par.* 7. *& in d. Romana Liberationis a Molestiis* 29. *Ian.* 1703. §. *Minusque cor. Priolo, in Mantiss. ad De Luc. in conflict. legal. dec.* 10. *num.* 1. *penes Balducc. dict. decis.* 44. *n.* 17. *Rota nostr. in Causa Zati, e Canigiani l. m.* 93. *a* 337.

Allata fuit distinctio inter solemnitates requisitas in donationibus occasione certi, & determinati Matrimonii ad evitandas fraudes, & inter eas, quæ requiruntur in contractibus pro integranda persona, & dictum, quod in primo casu solemnitates non requiruntur secus vero in secundo, excepto solo casu dotis, quæ cum sit in iure specialiter privilegiata, non compræhenditur sub gene-

generali Statutorum dispositione, *Marescott. var. resol lib.* 1. *cap.* 35
43. *num.* 9. *Gratian. discept.* 27. *num.* 25. *& discept.* 647. *n.* 22. *Cyriac. contr.* 81. *n.* 1. *Andreol. contr.* 112. *num.* 18. *Conciol. allegat. civil.* 48. *n.* 48. 49. *Palm. Nep. alleg.* 136. *per tot. & alleg.* 137. *pariter per tot. Rot. Senen. cor. Mart. Med. dec.* 49. *num.* 1. *& seqq. Rot. nostr. dec.* 84. *num.* 4 *cor. Magon. & Roman. cor. Royas dec.* 450. *num.* 4. & in specie, quod solemnitates a Statuto Urbis *cap.* 151. requisitæ pro integratione personæ, servandæ 36
sint in donatione facta a Matre contemplatione certi Matrimonii favore filii, in quo favor dotis non procedit, alias sit invalida, firmant plures Decisiones, nempe 475. *n.* 2. *par.* 14. *rec. dec.* 13. *num.* 4. 5. *dec.* 157. *n.* 2. *par.* 15. quas sequitur *Constant. ad Stat. Urb. annot.* 44. *art.* 5. *n.* 365.

Verum huiusmodi distinctio visa fuit minime applicabilis casui nostro nec subsistens; Non applicabilis, quia solemnitates requisitæ pro integranda persona præcipue ad formam Statuti Urbis *art.* 151. procedunt in Muliere minore donante non autem in maiore, prout hic, quæ valide donat pro certo Matrimonio, nullis etiam adhibitis solemnitatibus statutariis requisitis pro abilitatione personæ, ut in punto respondit *Rot. cor. Benincasa dec.* 37
293. *num.* 10. *cum duob. seqq. & post Constant. ad Stat. Urb. dec.* 153. *n.* 9. *in fin.* & ita de minoribus loqui *d. dec.* 475. *par.* 14. *dec.* 13. *&* 173. *p.* 15. in individuo observat *Torr. var. iur. quæst. tit.* 7. *qu.* 11. *num.* 12. §. *non resistit & q.* 12. *num.* 31. *tom.* 2. cœterum *dictæ decis. par.* 14. 15. positive favent casui nostro, dum admittunt donationem factam non viro, sed favore nupturæ occasione certi Matrimonii nullis solemnitatibus subiacere, ut ex earum lectura, & firmat *dict. dec.* 10. *in Mantiss. n.* 22. 23.

Non subsistens, quia donationes, quæ fiunt occasione certi, & determinati Matrimonii non solvuntur Legibus Statutariis ex favore dotis, seu ex alio privilegio, vel a causa necessaria ortum habeant, sed a correspectivitate, & mutua causalitate intercedente inter illas, & Matrimonialem Contractum, cuius pars sunt, & cuius fides frangeretur si quoquo modo revocarentur, aut commutarentur, ut totidem verbis de donatione occasione 38
certi Matrimonii emanata favore viri, firmavit *Rot in Mantiss. ad Card. De Luc. de conflict. legal. dec.* 10. *n.* 24. 25. & respondendo *dd. dec. par.* 14. 15. *cor. Benincasa dec.* 293. *n.* 8. 9. *post Constant. ad Stat. Urbis d. dec.* 153. *num.* 14. 15. ubi ampliat, etiamsi huiusmodi donationes ex mera liberalitate fiant.

Quæ omnia facilius amplexa fuere, tum quia donationes, quæ occasione certi, & determinati Matrimonii fiunt, procul abeunt ab omni suspicione fraudis, seu circumventionis, ad quas

removendas inventæ sunt statutariæ solemnitates, cum potius sint amore, seu pietate, ac ratione naturali commendatæ, ut uno ore advertunt, *Altograd. cons.* 7 *num.* 36. 37. *lib.* 1. *Cravett. cons.*
39 39. *num.* 14. *Surd. cons.* 641. *n.* 11. *Card. De Luc. de donat. disc.* 26. *num.* 6. *& seqq. Episc. Rocc. disp.* 110. *num.* 18. *Torr. var. iur. quæst. tit.* 7. *qu.* 11. *num.* 10. *tom.* 2. *Rot. cor. Emerix. iun. dec.* 978. *num.* 5. *in Mantiss. ad Card. De Luc. de conflict. legal. dec.* 10. *num.* 27. *& cor. Benincasa dec.* 293. *num.* 13. *& post Constant. ad Stat. Urb. dict. dec.* 153. *num.* 16.

Tum etiam, quia si Mater fuisset interrogata, an vellet hanc donationem valere ex causa Matrimonii, in eventum, quod valere non posset ob expressionem aliarum causarum, certe pro affirmativa respondisset, nec præsumendum est eam elegisse aliam viam, per quam eius donatio impugnaretur, ut bene in no-
40 stris terminis exornat *Episcop. Rocc. disp. select. dict. cap.* 110. *n.* 21. *cum seqq. Rot. cor. Seraph. dec.* 202. *num.* 12. *& seqq. & n.* 26. 28. ubi, quod pro sustinendo actu causa etiam impulsiva evadit finalis.

Ultra prædicta, quæ ad intentum DD. De Seriacopis superabundare videbantur addebant illorum Defensores, quod etiamsi ageretur de pura donatione facta a Matre favore Filiæ, adhuc ea substineri deberet, non obstante defectu solemnitatum Statutorum, ex eadem ratione, quia dicitur emanata intuitu pietatis,
41 & sic præsumitur expers cuiuslibet doli, & fraudis, ut in specie huius Statuti circa Mundualdum respondit *Rot nostr. ut ex dec.* 30. *Iun.* 1606. *l. m.* 88. *a* 391. *t.* §. *non obstat. ex dec.* 26. *Iun.* 1627. §. *secundus, & principalis articulus ex l. m.* 100. *a* 486. *t. ex l. m.* 99. *a* 398. §. *nec obstaret cum seqq. ex lib. mot.* 91. *a* 403. *& lib. mot.* 116. *a* 146. relati per *Cirocc. discept.* 52. *n.* 8. *Panimoll. dec.* 53. *annot.* 1. *num.* 84. & de Decretis Serenissimorum Ducum Urbini *Rot. Rom. dec.* 22. *num.* 3. *& seqq. & dec.* 239. *n.* 13. *par.* 17. & in puncto donationis factæ Filio a Matre *dec.* 17. *num.* 1. *par.* 4. *divers.*

Viceversa vero pro parte D. de Bartolis respondebatur quod etiam in contractibus, & donationibus inter Matrem, & filiam solemnitates a Statuto requisitæ sunt necessariæ, iuxta receptiorem,
42 ac communiorem Sententiam, de qua testantur *Ursell. conclus.* 86. *verb. alienatio n.* 126. *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *qu.* 27. *n.* 2. *Mans. cons.* 32. *n.* 41. *tom.* 1. *Constant. ad Stat. Urb. annot.* 44. *num.* 394. relati per *Cirocc. dict. discept.* 52. *num.* 9. 10. *Panimoll. dict. dec.* 53. *annot.* 1. *num.* 85. 86. ubi distinguit, primam opinionem procedere in terminis Statuti requirentis solemnitates in donationibus ad integrandam personam, hanc autem posterio-

rem

rem procedere in Statuto edito ad evitandas fraudes, idem *Cirocc. loc. cit. n.* 11. *Rot. post* 2. *vol. cons. Farinacc. dec.* 252. *per tot. & in rec. dec.* 753. *n.* 24. *par.* 18. *tom.* 2. *Ansald. dec.* 54. *num.* 30. *in addit.* ubi, quod hæc Sententia est verior, præcipue quando Statutum loquitur universaliter, & cum verbis aptis compre- 43
hendere omnes, & quoscumque contractus, quo casu cessat contraria opinio *Bald. cons* 407. *vol.* 2. ut tradidere *Gabr. commun. concl. tit. de Statut. concl.* 2. *num.* 8. *Urceol. cons.* 44. *n.* 17. *Card. De Luc. de donat. disc.* 68. *num.* 6. *vers. altera est responsio Cirocc. d. discept.* 52. *num.* 13. 14. *Mans. cons.* 32. *n.* 42. *tom.* 1. *Gratian. dec. Marcb.* 95. *n.* 2. ibique *Carol. Ant. De Luc. num.* 3. *Adden. ad Buratt. dec.* 120. *num.* 40. *Rot. Lucens. inter recollect. per Palm. Nep. dec.* 102. *n.* 18. *vers. quoniam Rot. Rom. recedendo a d. dec.* 22. *in dec.* 239. *n.* 17. *par.* 17. ubi concordantes; quodque Rota nostra in dictis Decisionibus vel locuta fuerit obiter, vel ex aliis circumstantiis, vel in omnem casum detecta opinionis erroneitate esset a firmatis recedendum, ut bene 44
observat *D. Aud. De Comitib. in suo elaboratissimo, eruditoque Catalogo Audd. Rot. Flor. tit.* 2. *n.* 14. *& seqq. ante volumen suarum doctissimarum Decisionum.*

Quam secundam opinionem adhuc DD. de Seriacopis aiebant recipere debere duplicem limitationem casui præsenti applicabilem; alteram, quando actus donationis, prout apparet ex superius deductis, cum omni sinceritate, & candore gestus est, ut subdit idem *Constant. ad Stat. Urb. annot.* 44. *num* 395. *Rota post* 2. *vol. cons. Farinacc. d. dec.* 252. *n.* 3. præsertim quia non est verisimile, quod puella donataria teneræ ætatis voluerit, seu 45
potuerit decipere Matrem suam, ut in puncto observat *Ciarlin. contr. cap.* 124. *num.* 20. *lib.* 2. & alteram, quod Mater donans provisa, prout hic, ultra dotem sc. 600. de pingui usufructu sibi plenarie a viro relicto, durante vita, ascendente ad annua sc. 120. circiter, iuxta taxam legalem, nullum ex donatione damnum reportavit, minusque eius filii, qui firma manente eorum 46
legitima, non possunt conqueri de dispositione facta a Matre vidua de bonis suis, ut in terminis huius Stat. *Rubr.* 129. *lib.* 2. firmant *Caball. cons.* 146. *per t. lib.* 1. *Rot nostr. cor. Magon. dec.* 97. *n.* 1.

Verum quidquid sit in terminis simplicis donationis, in quibus authoritates hinc inde superius deductæ loquuntur in hypothesi nostra, cum resolutio videretur in tuto ex primo fundamento donationis occasione certi Matrimonii, operæ prætium non duximus latius immorari super hoc secundo donationis simplicis. Et ita utraque &c.

Manilius Urbani Rot. Præt. & Relat.
Io. Bonaventura Neri Badia Rot. Aud.

DECISIO VII.

GALEATEN. PRÆTENSÆ SUCCESSIONIS, ET DOTIS

die 15. *Decembris* 1716. *cor.* CANC. BARTOLOMEO ARCHI.

ARGUMENTUM.

MAgistrali calamo examinatur an Statutum Florentinum eiusque reformatio derogasse censeatur dispositioni famigeratæ *Leg. Fæminæ*, & pro derogatione deciditur, ubi plures auctoritates, & res judicatæ contrarium tenentes, vel inapplicantur, vel conciliantur.

SUMMARIUM.

1 *Dispositio Leg. Fæminæ abrogata est per municipalem sanctionem in Rubr.* 130. *lib.* 2. *&* *reformat.* 1620.

2 *Ex rebus iudicatis in contradictorio iudicio sepius obtentis observantiam interpretativam præseferentibus deflectere nefas est, quamquam in contrarium verius intellectus urgeret.*

3 *Statutaria dispositio Leg. Fæminæ sive expresse, sive tacite abrogare potest, quæ abrogatio desumitur quoties verba Statuti vel adversantur, vel prædictæ Legi nequaquam conveniunt n.* 4.

5 *Statutum Florentinum excludit sororem in totum ab hæreditate fratris, quoad bona etiam materna, per fratres nedum germanos sed etiam consanguineos ex diverso matrimonio progenitos, quæ dispositio locum habere dicenda est etiam quoad patrem primum agnationis gradum obtinentem n.* 6. 7. *&* *qui tamquam primus agnatus dicitur magis dilectus, sicuti ex vocatione facta in gradu inferiori minor dilectio infertur n.* 8.

9 *Absurdum quod minus dilectus esset melioris condictionis, quam magis dilectus omnino vitandum est in interpetratione Statutorum.*

10 *Una pars Statuti alteram declarat.*

11 *Qua ratione Lex Fæminæ inducta fuerit.*

12 *Correcta ratione Legis Lex ipsa correcta censetur.*

13 *An in Præiudicium Patris Binubi ante abrogationem Leg. Fæminæ separatio bonorum a patrimonio Matris præmortuæ fieri deberet.*

14 *Leg. Fæminæ loquitur tantum de Matre non de Patre secundo nubenti n.* 51.

15 *Dictio „ omnino „ quid importet.*

16 *Dictio „ penitus „ importat idem hac dictio omnino.*

17 Ex-

17 *Exceptuatio explicat, quod in dispositione, & regula comprehenditur.*

18 *Exclusio ab omnibus bonis continet correctionem Legis Fœminæ.*

19 *Verba ab omnibus bonis non solum præseferunt exclusionem a bonis sine ulla restrictione, sed etiam ab omnibus iuribus, & actionibus tam activis, quam passivis.*

20 *Clausula „ undequaque „ continet amplitudinem.*

21 *Ubi exclusio Fœminarum volita a Statuto referri debet omnibus casibus resultat plane de incompatibilitate cum Leg. Fœminæ.*

22 *Abrogatio Leg. Fœminæ per reformationem &c. indubitata est tamquam concepta verbis universalibus effrenatis, quidquid sit quando concepta esset verbis tantum indefinitis.*

23 *Renunciatio exarata cum verbis amplis, & universalibus excludit renunciantem a lucro sibi delato.*

24 *Ubi Lex seu Statutum conceptum est verbis generalibus censetur derogare cuicumque Legi speciali, potissimum cum verba sint geminata num.* 28. & 48.

25 *Prægnantia verborum intelligi debet iuxta propriam latitudinem, quoties pinguius expletur finis volitus a legislatore, quidquid sit, quando haberi nequit ratio eius, ad quod disponens respexerat.*

26 *Ratio excludendi Fœminas est quod bona manerent in eadem familia, seu agnatione.*

27 *Quo maiores sunt divitiæ eo magis conservatur, & augetur agnatio.*

29 *Quando ratio Statuti exclusivi fœminarum scripta reperitur, talis exclusio dicitur continere omnes illos quibus convenit eadem ratio non per viam extensionis, sed comprehensionis maxime ubi ratio discretiva desumitur num.* 30.

31 *Statutum, & reformatio derogans Leg. Fœminæ quoad conservationem bonorum in agnatione cohæret cum dispositione Legum* 12. *Tabul. ideoque interpretari debent iuxta ius antiquum n.* 32.

33 *Licet Statutum excludat sororem a successione non censetur derogare dispositioni Leg. Fœminæ limita num.* 37.

34 *Proprietas bonorum primæ Uxoris non reservatur filiis tamquam hæredibus, cum ad hoc beneficium admittantur tametsi non sint hæredes, nam debentur ex diverso iure, & in compensationem iniuriæ, quam ex patri binubatu recipiunt n.* 35. & 39.

36 *Ex duobus iuribus competentibus, uno sublato aliud remanet in suo robore.*

38 *Abrogatio Legis Fœminæ quamvis non resultet a Statuto simpliciter, & indefinite loquente emanat tamen per verba generalia, & universalia.*

40 *Amplitudo verborum Statuti intelligenda est restrictive ad casum*

sum universalis successionis, nec operatur exclusionem a bonis maternis declara num. 41.

42 *Sola ratio expressa in Statuto Fœminarum exclusivo apta est illud extendere de re ad rem, & de casu ad casum.*

43 *Indefinita locutio in correctoriis universali non equipollet.*

44 *Verior opinio est, quod Statutum deferens viro totam dotem corrigat Leg. hac edictali.*

45 *Ad evitandam Iuris Communis correctionem debet Statutum iuxta Ius Commune distingui.*

46 *Verba generalia, seu universalia reformationis recipiunt interpretationem a Legibus magis specialiter pœnam binubo parenti infligentibus in favorem filiorum.*

47 *Ubi adsunt doctrinæ puntuales firmantes Statutum excludens ab omnibus bonis censeri derogare, vel Leg. Fœminæ, vel Leg. hac edictali, ratiociniis non est deferendum.*

49 *Statutum propter agnationem est favoris publici.*

50 *Statutum Fœminarum exclusivum non recipit interpretationem a Iure Communi, quæ solum recipitur quando de tempore conditi Statuti Ius Commune sit clarum num.* 52.

53 *Pater secundo nubens ad terminos etiam Statuti Florentini non succedit filio in bonis maternis, quorum proprietatem reservare tenetur filiabus primi Matrimonii.*

54 *Res iudicatæ super Statuto diverso a reformatione allegari non possunt ad causæ resolutionem.*

55 *Consuetudo non inducitur ex iudicatis, nisi quatenus sit idem casus eædemque circumstantiæ, & super articulo non incidenter, sed principaliter discusso.*

56 *Statutum non habet oculos retro, nec respicit preterita.*

57 *Inapplicatur Motivum Aud Bellutii in lib. mot* 135 *a* 662.

58 *Inapplicatur Tartagl. de reserv. Statut. in art.* 15. *n.* 106. & *Rot. cor. Bich. dec.* 350. & *num.* 59.

60 *Decis. quoties nihil firmant, vel examinant non sunt attendendæ.*

61 *Filius tamquam hæres Patris tenetur dotem sororis marito solvere a Patre promissam.*

IUlia Bellini Uxor Petri Zamboni dispositioni *Leg. Fœminæ Cod. de secund. nupt.* innixa coram *Magistratu Perillustrium DD. CC. LL.* petiit condemnari Dominicum Bellini eius fratrem consanguineum hæredem olim Benedicti communis Patris ad sibi relaxandum Bona remansa in hæreditate Lucretiæ Versari eius Matris, & primæ Uxoris eiusdem Benedicti perventa in Petrum eius fratrem Germanum tamquam hæredem

redem dictæ Lucretiæ, deinde in dictum Benedictum Patrem, utpote unicum ab intestato hæredem dicti Petri sui filii, cum dictus Benedictus longe post aditam dicti sui filii hæreditatem ulteriores contraxerit nuptias, a quibus Dominicus reus conventus ortum duxerit, ac etiam ad sibi solvendum Dotem ab eodem Benedicto promissam propter Matrimonium cum prædicto Petro Zamboni contractum,

Denique huiusmodi Causa mihi ad referendum commissa quoad primam petitionis partem dictum Dominicum absolvendum, quo vero ad secundam condemnandum esse retuli.

Etenim quatenus spectat ad primam auctoritates firmantes municipalem sanctionem in *Rubr* 130. *lib.* 2. Reformationemque de anno 1620. editam prorsus abrogare præd. Iuris Communis dispositionem ad ita referendum me impulerunt nempe, *Ruin. cons.* 37. *per tot. lib.* 3. Votum olim D. Aud. Cosmi Farsetti redditum in Causa ab hoc eodem Magistratu decisa contentum in *lib. mot.* 117. *a* 498. atque alterum qu. D. Advv. Benedicti Gori emanatum die 27. Augusti 1681. in Causa vertente coram Magistratu DD. Officialium Pupillorum §. *Non obstat*, demum Sententia lata sub die 18. Septembris 1711. a Supremo Magistratu ad relationem Illustrissimorum, ac Sapientissimorum DD Audit. Io. Bonaventuræ Neri Badia, Hieronymi Vieri, licet ab ea discrepaverit, Illustriss. ac Doctiss. D. Aud. Philippus Luci unus ex tribus Iudicibus Relatoribus in Causa, quæ versa fuit inter Clarissim. D. Senatorem Iacobum Mannelli ex una, & Illustriss. DD. Lucretiam, & Annam Claricem Mannelli eius filias ex altera: profecto ab hisce rebus iudicatis in contradictorio Iudicio sepius obtentis observantiam interpretativam dd. sanctionum præseferentibus deflectere nefas esse putavi, quamquam in contrarium verius intellectus urgeret, *Paris. cons.* 43. *num.* 93. *lib.* 3. *Bursatt. cons.* 34. *num.* 46. & in puncto Statuti circa successionem disponentis *Mans. cons.* 81. *n.* 90. *& seqq. cons.* 170. *num.* 67. *& seqq. cons.* 336. *num.* 2. *cons* 339. *num.* 64. *cons.* 379 *n.* 52. *cons.* 414 *n.* 26. *Bonden. collect.* 41. *num* 29. *tom* 2. & in puncto præd. Sanctionum *De Luc. de success. disc.* 9. *num.* 13. *Casareg. ad Statut. Ian. tit. de success. ab intest.* §. 2. *verb. succedant num.* 5. *fol.* 173 *resol.* 1. *num.* 44.

Et libentius præd. specialibus individuisque decisionibus adhærere debueram, quoniam apud omnes est in confesso statutariam dispositionem prædictæ *Leg. Fœminæ* sive expresse, sive tacite abrogare posse, *Roland. de lucr. dot. qu.* 25. *num.* 3. *Gratian. cap.* 300. *n.* 8. *& seqq. cap.* 463. *num.* 4. *Cephal. cons.* 269. *per tot. lib.* 2. *Bursatt. cons.* 13. *num.* 29. *lib.* 1. *Arias. de Mes. var. resol.*

lib. 1.

lib. 1. *cap.* 40. *num.* 23. *Hodiern. in Leg. hac edictali qu.* 6. *n.* 3. *Urceol. cons.* 18. *num.* 10. *Altograd. iun. contr.* 89. *num.* 5. *Samminiat. contr.* 63. *n.* 22. *Tartagl. de reserv. stat. art.* 15. *n.* 96. *Balducc. tit.* 3. *de legat. dec.* 26. *num.* 15. *tit.* 4. *de dot. dec.* 38. *num* 59. *Thomat. dec.* 87. *num.* 3. *Bich. dec.* 350. *num.* 42. *decis.* 432. *num.* 1. *par.* 1. *divers. dec.* 15. *num.* 3. *par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 271. *num.* 13. *par.* 6. *rec. Menoch. cons.* 4. *Mans. cons.* 170. *num.* 21. *cons.* 301. *num.* 13. *cons.* 583. *num.* 59. *Molphes. ad consuet. Neapol. in addit. par.* 3. *qu.* 12. *n.* 3.

Quandoquidem prædicta Legis abrogatio tunc emergere di-
4 citur quoties verba Statuti, vel adversantur, vel prædictæ Legi nequaquam conveniunt, *Gabriell. cons.* 13. *n.* 10. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 4. *n.* 14. *Beltramin. ad Ludovis. dec.* 173. *n.* 13. *Buratt. dec.* 396. *num.* 7. *Merlin. dec.* 38. *num.* 9. *Dunoz. sen. dec.* 162. *n.* 3. *Urceol. cons.* 18. *num.* 15. *Mans. dict. cons.* 170. *num.* 21. *Bersan. de Viduis cap.* 3. *qu.* 10. *num.* 9. *Rot. dec.* 13. *n.* 3. *par.* 4. *tom.* 2. *rec. Mans. dict. cons.* 583. *num.* 60.

Etenim recte, serioque perlustratis prædictis geminis sanctionibus mihi visum fuit eas, vel adversari, vel saltem prædictæ Legi minime convenire, propterea prædictam derogationem incontrovertibilem esse putavi.

Prædicta sane incompatibilitas ex eo desumitur, quia in vim dd. santionum Soror excluditur in totum ab hæreditate fratris (prout est casus, de quo agitur) quoad bona etiam materna per fratres, nedum germanos, sed etiam consanguineos ex diver-
5 so Matrimonio progenitos contra expressam iuris dispositionem, ut testantur *Buccafer. resp.* 71. *num.* 20. D. Aud. Marionus in eius Motivo reddito in *Florent. Success.* Typis impresso de anno 1696. per tot. tanto magis congruum videtur, quod Conditores in gratiam Patris, utpote proximioris nempe primum gradum agna-
6 tionis obtinentis, ad *Text. in Leg. filius ff. de suis, & legit. hæredit. Leg.* 1. *§. primo gradu ff. de grad. agnat. Torr. de maiorat. ital. par.* 1. *cap.* 5. *§.* 4. *n.* 47. *Cyriac. contr.* 137. *n.* 5. *Mart. de success. legal. par.* 2. *qu.* 2. *num.* 4. & in terminis nostris *Peregrin. dec.* 13. *num.* 16. *vers. præterea Balducc. tit.* 3. *de legat. dec.* 26. *num.* 13. eamdem correctionem facere voluerint, ad hoc ut ipse eodem plane modo, quo cœteri ulteriores agnati in prædictis bonis maternis succedere posset, ita in punto arguunt *Ruin. dict. cons.* 37. *num.* 10. *& seqq. lib.* 3. *Schernard. cons.* 8. *§. quarta ratio Mart. de success legal. par.* 2. *art.* 2. *n.* 3. 4. *Peregrin. dec.* 13. *n.* 9. 16. *vers. præterea D. Aud. Farsetti in d. lib. mot.* 117. *a* 498. *§. nam quamvis.*

Potis-

Potissimum quia Pater tamquam primus Agnatus dicitur magis dilectus, sicut ex vocatione facta in gradu inferiori minor 8
dilectio argui solet, ad *Text. in Leg. quoties in princ. ff. de usufruct. L. cum Pater §. a te peto ff. de legat.* 2 *L. generali §. proinde vers. quis ergo ff. de fideicomm liber. Bart. in d. L.* 2. *n.* 7. *ff. de vulg. & pupill.* & in his terminis *Decian. cons.* 63. *n.* 20. *vers. si ergo lib.* 2. *Schenard. cons.* 2. *lib.* 2. in puncto *Mans. cons.* 81. *n.* 6. Si diceremus dictam universalem exclusionem Ius commune corrigentem adesse tantum in gratiam remotiorum, & non Patris proximioris sequeretur absurdum, quod minus dilectus esset melioris conditionis, quam magis dilectus, quod omnino in Sta- 9
tutorum interpretatione vitandum est, in his terminis *Socc. iun. cons.* 1. *num.* 121. 122. 128. *lib.* 1. *Menoch cons.* 235. *n.* 23. 24. *Honded cons.* 1. *num.* 95. *vol.* 2. *Mans. d. cons.* 81. *n.* 76. & in puncto nostri Statuti ita ratiocinatur *Ruin. cons.* 37. *n.* 10. *vers. & ideo lib.* 3. *Mart. de successione par.* 2. *qu.* 2. *art.* 2. *per. tot.* signanter adstipulante altera ratione videlicet, quod sicuti statuentes in exclusionem fœminarum favore agnatorum remotiorum eam mentem habuerunt corrigendi Ius Commune, sequitur, quod eumdem sensum habuerint in superiori parte eiusdem Statuti, cum una pars eiusdem alteram declaret, ita super hoc eodem 10
Statuto arguit *Baccaferr. d. resp.* 71. *num.* 36. *& seqq.* Animadvertendo etiam quia *d. Leg. Fœminæ* hoc unica ratione inducta fuit, ne bona ex primo Coniuge obventa filio primi Matrimonii, perveniri, vel acquiri possent a filiis secundi, ut in proposito firmant *Sarmient. selecl. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 3. *Palm. Nep. alleg.* 351. *num.* 33. ubi asserit hanc esse unicam rationem dictæ Legis, prout idem docet *Urceol. cons. cap.* 17. *num.* 56. *vers. quia* 11
unica ratio Gratian. cap. 262. *num.* 15. *Hodiern. in Leg. hac edictali qu.* 21. *num.* 53. *in fin. Calvin. de æquit. cap.* 299. *num* 49. *lib.* 3. *De Luc. de success. disc.* 33 *n.* 9. *disc.* 34. *num* 5. *disc.* 35. *num.* 10 *Palm. Nep alleg* 251. *num.* 20. ubi finis, & effectus d. Legis consideratus est, ne filii secundi Matrimonii potiantur bonis obventis a primo, & ne filii primi Coniugii videant eorum parentis bona occupata a personis exosis ipsis exclusis, quibus adhærent *Gob. cons.* 64. *n.* 10. *Tartag. de reserv. Stat. art.* 15. *n.* 28.

Cum autem per huiusmodi reformationem ratio prædicta penitus cesset, atque sit correcta, namque frater consanguineus, idemque secundi Matrimonii attenta eadem reformationem Sororem utrinque coniunctam excludit a successione Fratris defuncti etiam in bonis a materno latere procedentibus, necessario sequitur, quod etiam dispositio *d. Leg. Fœminæ* per eamdem reformationem correcta remaneat. Etenim correcta ratione Legis, Lex

ipsa

13 ipsa correcta censetur, ut de magis communi testantur *Ias. in auth. quas actiones num.* 14. *in* 4. *limit. C. de Sacros. Eccles. & in L. si convenerit num.* 9. *ff. de reivind. de Riminald. sen. cons* 750. *n.* 8. *vol.* 4. *Menoch. cons.* 187. *num.* 33. *vers. cæterum Surd. decis.* 239. *num.* 13. *dict. D. Aud Marionus d. mot.* §. *undecimo correcta ratione fol.* 13. §. *correcta igitur fol.* 22.

Quinimmo in prædictam derogationem collimat ea ponderatio, nempe quod prædicta *Lex Fœminæ* patrimonii separationem requirit, quippe quia in præiudicium parentis binubi ab intestato successuri defuncto filio separat bona omnia provenientia a patrimonio alterius præmortui Genitoris eaque respectu proprietatis defert fratribus, vel sororibus eiusdem defunctæ personæ, prout præsefert litera eiusdem Textus.

Verum prædicta reformatio sustulit omnium patrimoniorum separationes in gratiam Agnatorum succedere debentium, ac propterea in favorem Patris (cum inter eos ipse reperiatur) igitur reicit quoque istam a prædicta *Lex Fœminæ* volitam.

Eoque certius, nam prædicta reformatio eatenus prohibuit dictas separationes quatenus etiam dirimere voluit antiquas controversias ab eisdem separarionibus causatas. Porro inter antiquas disceptationes, quæ propter patrimoniorum distinctiones vigebant inter DD. ante eamdem reformationem, ea quidem aderat utrum in præiudicium Patris binubi fieri debuisset talis separatio bono-
13 rum a patrimonio Matris præmortuæ, ut testantur *De Luc. de success. disc.* 11. *n.* 9. *disc.* 24. *num.* 10. *disc.* 33. *num.* 4. alter *De Luc. ad Gratian. animadv.* 702. *num.* 11. & licet hodie in Tribunalibus vigeat opinio contra Patrem, tamen de tempore editæ reformationis plures, atque plures testando de veriori opinati fuerunt Patrem migrantem ad secunda vota pœnas secundis nubentibus inflictas nequaquam subire ex quo *d. Leg. Fœminæ* tantum
14 de Matre binuba loquatur, *Alciat. cons.* 22. *lib.* 9. *Schenard. dict. cons.* 8. *num.* 13. *Merend. contr. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 6. *& seqq. Sanch. de matrim. lib.* 7. *disp.* 88. *n.* 10. *Peregr. dec.* 13. *num.* 9. *Cyriac. contr.* 137. *num.* 9. *Facchin. contr. lib.* 5. *cap.* 64. sequitur quod hodie sit sublata dicta controversia, ac per consequens dicta separatio in præiudicium Patris binubi fieri nequeat.

Præterea dicta incompatibilitas eo fortius promanat quoniam dicta reformatio in ea parte ubi Sororem per agnatos masculos usque ad sextum gradum inclusive exclusam esse decernit utitur dictione *omnino* „ ibi „ decretum, & sancitum fuit nedum
= existentibus personis in dicto Cap. Statuti nominatis; sed etiam
= existentibus agnatis masculis usque ad sextum gradum inclusi-
= ve ab hæreditate ab intestato Sororem omnino exclusam fore „

pro-

profecto huiusmodi verba, attenta ea dictione *omnino*, præsefe-
runt exclusionem vel in partem, vel in totum, ut *Decian. cons.*
38. *num.* 157. quem sequitur *Rot. Florentin. lib. motiv.* 100. *a* 77.
vers. siquidem dictio, *De Luc. de fideic. disc.* 48. *n.* 7. *Rot. Rom dec.*
309. *n.* 4. *par.* 13. *recent.* vel omnes casus absolute comprehen- 15
dit, *Barbos. de dictionib. dict.* 240. *num.* 3. 4. 9. *Altograd. sen. cons.*
77. *n.* 26. *lib.* 2. ubi quod omnes casus, qui excogitari possunt
Rebuff. in Leg. pecuniæ verbum 178. *in verbo*, *omnem omnino vers.*
primus ff. de verb. signif. Marescot. var. resol. lib. 1. *cap.* 51. *n.* 22.
& lib. 2. *cap.* 25. *n.* 10. *Rota d. dec.* 309. *n.* 4. *Rot. apud Bertacch.*
vot. 96. *n.* 19. *vers. etenim in fin.* & in puncto Statuti exclusivi fœ-
minarum *D. Audit. Calderon. resolut.* 49. *n.* 59. *Casareg. ad d. Stat.*
Ian. §. 15. *n.* 29. Quoties autem Statutum excludit in totum, vel
in omni casu recte infertur, quod non solum excludat a bonis
maternis, ut in puncto dicti nostri Statuti arguit *Buccaferr. d.*
resp. 71. *n.* 24. *vers. a legitima*, *Roland. cons.* 27. *n.* 25. *vol.* 4. ubi
stante Statuto, quod agnati penitus excludant matrem, quod 16
virtute illius dictionis *penitus*, quæ importat *idem*, ac *omnino*, &
per consequens indistincte mater excludatur a legitima, ac de-
nique quod resultet abrogatio *Leg. hac edictali*, *Roman. cons.* 44.
n. 46. *Paris. cons.* 91. *n.* 19. *vol.* 3. *Surd. cons.* 401. *num.* 19. *circa*
med. lib. 3. *Merend. controv. lib.* 2. *cap.* 50. *n.* 9. *tom.* 1. *Menoch.*
cons. 4. *n.* 14. *vers. primo adducor*, *Gratian. cap.* 300. *n.* 9. *Carol.*
Ant. De Luca ad eumd. animadvers 300. *n* 15. *vers. non obstat*,
Altograd. inn. controv. 89. *n.* 100. late *Mans. cons.* 583. *num.* 76.
tom. 6. & in terminis dictæ Reformationis *D. Audit. Farsetti in*
dict. lib. motiv 117. *a* 498. §. *cum itaque* = ibi = Cum itaque
= de patris successione in hoc casu non posset dubitari minus du-
= bii esse poterat, an hæc successio traheretur etiam ad bona
= materna, tum ex totali fœminæ exclusione, ponderando verba
= Reformationis, sororem omnino exclusam esse, quæ dictio *om-*
= *nino* omnes casus indistincte comprehendit = *Dom. Advoc. Gori*
ubi supra in præd. motiv. Idque evidentissima comprobatur ratio-
ne, etenim cum ex prædictæ fœminæ per dictam reformatio-
nem in gratiam Agnatorum sint exclusæ in quocumque casu
successionis recte infertur, quod eadem Reformatio quoque re-
pellat a lucro, quod eis tribuit dicta *Lex fœminæ*, quoniam id
quod de substantia primi Coniugis demandatur transmittendo in
filios primi matrimonii adscribitur non titulo lucri, sed titulo 17
successionis, ut ex illis verbis dict. Legis exceptuantibus a tali
successione filios incapaces = ibi = dummodo ex iis tantum sit
= quos tali successione dignissimos iudicamus = cum dicta ex-
ceptuatio explicet, quod in dispositione, & regula dictus Tex-
tus

tus præcise comprehenditur, & disponitur casus successionis, ut ad propositum nostrum observat *Ruin. d. cons.* 37. *n.* 12. *versic. & quod sorori lib.* 3. *Merlin. de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 21. *n.* 9. 10. *Mangil. de imput. quæst.* 149. *num.* 14. *vers. non etiam, versic. nec refert, vers. nam respondetur, De Luc. de success. disc.* 33. *num.* 7.

Pro uberiori prædictorum veritate ponderanda supersunt alia verba dictæ Reformationis, in quibus ultra exclusionem in omni casu successionis legitur exclusio etiam ab omnibus bonis tam paternis, quam maternis, ut denotat litera = ibi = Sed mulie- = res, & omnes alias personas coniunctas per fœminas, & ex- = clusas, ut supra per Agnatos cum omnibus bonis undequaque = quæsitis sive a latere paterno, sive materno exclusis fore =
18 Quandoquidem exclusio ab omnibus bonis continet prædictam correctionem *L. fœminæ*, testantur *Michalor. de fratrib. par.* 3. *dict. cap.* 13. *n.* 105. *Altograd. iun. contr.* 89. *n.* 100. *Cost. de remed. subsid. remed.* 40. *n* 8. *tom.* 1. *Rot. Flor. libr. motiv.* 127. *a* 254. *in Pistorien. Dotis Del Gallo die* 8. *Ianuarii* 1669. § *nam tollitur vers. maritum omnem dotem*, prælaudat. *D. Audit. Farsetti in d. lib. motiv.* 117. *a* 498. § *cum itaque vers. tum ex verbis* = ibi = = tum ex verbis expressis ultimæ partis ipsius Reformationis, ex = qua fœminæ extantibus agnatis masculis usque ad sextum gra- = dum excluduntur ab omnibus bonis defuncti undecumque quæ- = sitis tam ex latere materno, quam paterno, ex qua Reforma- = tione propter eius incompatibilitatem cum ipsa Lege correcta = remansit dispositio dicta L. Fœminæ cum succedere non possit = Pater etiam quoad bona materna in totum exclusa fœmina so- = rore defuncti, nisi Statuto legi sit derogatum = *Rot. Flor lib. mot.* 105. *a* 14. *lib. mot.* 115. *a* 577. *D. Advoc. Gori in prædict. motivo*. Et quidem cum ratione, quia ea verba *ab omnibus bonis*, non solum præseferunt exclusionem a bonis sine ulla restristrictione, sed etiam ab omnibus iuribus, & actionibus tam activis, quam passivis, *ad Text. in Leg. quoties §. bonorum ff. de usufruct.*
19 *Bartol. in Leg. si quis servum §. fin. num.* 2. *ff. de legat.* 2. *& in Leg. nam quod §. non omni ff. ad Trebellian. Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 5. *Peregrin. de fideic. art.* 5. *n.* 26. *art.* 34. *n.* 18. *Rot. Florent. apud Mans. cons.* 353. *n.* 6. & in terminis similis Statuti *Provenzal. ad consuetud. Neap. observ.* 19. *n.* 22. *usque ad* 33. *Barbos. de dictionib. dict.* 241. *num.* 2. *Bonden. collect.* 8. *num.* 32. *& seqq. vol.* 2.

Hæc omnia magis urgere videntur attenta prædicta dictione
20 *undequaque* = ibi = cum omnibus bonis undequaque quæsitis, & = obventis = porro huiusmodi clausula continet talem amplitudi-

nem,

nem, ut derogatum censeatur *d. L. fœminæ*, ita testatur *Schenard. d. cons.* 8. §. *non obstat*, *D. Aud. Farsetti ubi supra*.

Præterea superius firmata validissimum fomentum recipiunt a postremis verbis eiusdem Reformationis, quæ ita se habent = ibi *& hoc decretum*, *& reformatio applicatur* = & aptatur = *omnibus* 21
casibus futuris = ubi enim exclusio fœminarum volita a Statuto referri debet omnibus casibus plane resultat de incompatibilitate cum prædicta *Leg. fœminæ* testantur *Roland. a Vall. de lucr. dot. qu.* 29. *num.* 2. *Curt. iun. cons.* 45. *n.* 4. *vers.* hæc supra narrato themate *Gratian. cap.* 463. *n.* 21. *& seq.* ubi asserit hanc esse verissimam opinionem *Merend. contr. lib.* 2. *cap.* 50. *num.* 12. *Bersan. de viduis d. cap.* 3. *qu.* 10. *num.* 9. *Armenzan. dict. dec.* 2. *num.* 29. *Beniell. dict. cons.* 12. *num.* 29.

Insuper non est dubium quin prædicta fœminarum exclusio concepta sit verbis effrenatis, prægnantibus, & universalibus nullamque restrictionem patientibus sequitur quod abrogatio prædictæ Legis indubitata reddatur quidquid sit si prædicta reformatio disponeret per verba tantum indefinita, ut bene distingunt *Roland.* 22
cons. 72. *ex num.* 34. *& seqq. vol* 1. *Farinacc. in fragment. par.* 1. *verb. extensio num.* 247. *Gratian. d. cap.* 463. *n.* 21. *Schenard. d. cons.* 8. §. *in secundo dubio*, *&* §. *non obstante Carol. Ant. De Luc. ad d. Leg. fœminæ qu.* 93. *num.* 4. alter *De Luc. de success. disc.* 24. *num.* 9. *vers. assunto & num.* 10. *Tartagl. de reservat. stat. art.* 15. *num.* 96. *Balducc d dec.* 26. *n.* 14. *& seqq Mans. cons.* 301. *num.* 10. *& cons.* 747. *num.* 14. *&* 16. *vers. hoc procedit fol.* 489. *col.* 1. *&* §. *verum fol.* 490. *ex num.* 17. *& seqq. Casareg. ad Stat. Ian. de success. in princ. num.* 24. *fol.* 119. *Andreol. contr.* 271. *num.* 12. *vers. quarto*, & in terminis renunciationis, quod renunciatio exarata cum verbis amplis, & universalibus 23
excludat renunciantem a lucro sibi delato, ex dispositione dict. *Leg. Fœminæ* ob transitum parentis ad secunda vota, *Merlin Pignattell. cent.* 1. *cap.* 32. *num.* 34. *Rot. dec.* 351. *num.* 10. *par.* 12. *dec.* 146. *num.* 4. *& seqq. & dec.* 244. *num.* 5. *par.* 13. *rec. Priol. dec.* 164. *num.* 5.

Vis huius argumenti ex eo quidem crescit tum quia ubi Lex, seu Statutum conceptum est verbis generalibus censetur 24
derogare cuicumque Legi speciali, *Menoch. cons.* 187. *num.* 45. *in fin. Bero cons.* 143. *n.* 31. *post med. vers. præterea vol.* 2. *Andreol. contr.* 60. *num.* 24. & in terminis nostræ reformationis D. Aud. Marioni in præcitato *mot. fol.* 20. §. & in punto, ac per consequens dict. *Leg. Fœminæ* tum quia pregnantia verborum intelligi debet iuxta propriam latitudinem sine ulla restrictione, quoties pinguius impletur finis expresse volitus a Legislatore, quidquid

 sit,

fit, quando haberi nequeat ratio eius, ad quod disponens respe-
25 xerat, *Cyriac. contr.* 292. *n.* 13. *& seqq. Severol. in Florent. Succession. de Ricasolis inter recoll. a Card. De Luc. tit. de statut. success. resp.* 2. *num.* 311. *& seqq. Rot. Flor. in eadem causa in eius Mot. diei* 12. *Aprilis* 1707. *typis impress. num.* 22. *& seqq. Bersan. de ult. volunt. cap.* 1. *q.* 46. *num.* 311. *Ant. Beniell. cons.* 12. *n.* 22. *vers. quinto Armezan. dec.* 2. *num.* 22. Finis autem volitus a disponente in excludendo fœminas in eo solum stetit, quia voluit,
26 quod bona manerent in eadem familia, seu agnatione, ad hoc ut propter opum copiam eadem agnatio, seu familia magis refulgeret, ut colligitur ex Motuproprio Serenissimi Magni Ducis diei 29. Octobris 1618. „ ibi „ E che essendo deferita la Successione „ ab intestato, massime dei trasversali agnati, et a quelli della „ medesima Famiglia in pochi casi di rado avviene, che succedi- „ no; onde per via di Donne, e da Parenti da essa dependenti „ la facoltà frequentemente trapassano in altre persone, o casate, „ e Luoghi estranei sarà utile, e benefizio alla nostra diletta „ Città di Firenze per la conservazione, e benefizio, e bene es- „ sere delle Famiglie Nobili, e di quella „ & ita testantur *Angel. cons.* 283. *num.* 5. *post med. D. And. Marioni in d. mot. § sexto demum §. ex quibus Statutis fol.* 4. *§. hoc tamen certum est fol.* 9. *§. nono repeto fol.* 12. *§. item ratio fol.* 21. *& in dict. mot. in Causa Florent. Success. de Ricasolis diei* 12. *Aprilis* 1707. *num.* 23. 26. 148. 153. *Bersan. dict. qu.* 46. *num.* 8. 39. *vers. non enim n.* 40. 45. *& prius qu.* 30. *num.* 7. 8. *& seqq.* quoties enim Pater binubus excludat fœminam etiam quoad omnia bona materna in hæreditate defuncti remansa talis finis iugiter impletur, quia omnes defuncti facultates remanent in agnatione, seu familia, &
27 quo maiores sunt divitiæ eo magis conservatur, & augetur agnatio, ita in proposito *Rot. dec.* 161. *num.* 2. *par.* 1. *divers. Ubald. dec.* 170. *num.* 4. *dec.* 548. *num.* 4. *par.* 1 *rec.* igitur prædicta verba sine restrictione intelligenda sunt potissime cum sint gemi-
28 nata *Corn. cons.* 127. *n.* 4. *lib.* 3. *Bellon. cons.* 139. *n.* 14. *Mans. cons.* 747. *num.* 19. eoque certius cum ratio nostri Statuti exclusivi fœminarum scripta reperiatur sane talis exclusio dicitur continere omnes illos casus, quibus convenit eadem ratio, non per
29 viam extensionis, sed comprehensionis, ut in puncto *Mart. Med. exam.* 31. *n.* 7. 24. *Rot. d. dec.* 548. *n.* 4. 6. *par.* 1. *rec. Ubald. d. dec.* 170. *num.* 4. 6. *in Mantiss. post De Luc. tit. de legat. dec.* 22. *num.* 6. *Bersan. dict. cap.* 1. *q.* 30. *num.* 7. *in princ. Torr. in Mantiss. de pact. futur. success. cap.* 4. *num.* 35. ubi quod ratio scripta, seu expressa operatur quod Statutum exclusivum extendatur ad hæc bona materna.

Huic

Huic nostro assumpto disaretiva dd. Reformatorum locutio maius robur suppeditat, etenim ubi ipsi voluerunt attendi Ius Commune in casu exclusionis, id expresse dixerunt, ut demonstrat litera dictæ Reformationis §. *hoc primo cap. circa finem*, ubi agitur de successione filii matri deferenda, in quo disponitur, quod Soror defuncti Matrem non excludat, sed attendatur sanctio Iuris Communis, ut infertur ex illis verbis „ ibi „ Decretum fuit, „ provisum, & sancitum, quod Mater excludatur eo modo, & „ per eas Personas, prout in dicto Statuto disponitur a principio „ illius usque ad vers. si tamen talis Personas decesserit, non exi- „ stente aliqua, præterquam per Sororem ipsius Defuncti per „ quam Matris exclusio non inducatur, sed inter eas ordo, atque „ dispositio Iuris Communis in futurum servetur „ Verum in hac de qua agitur parte nihil de Iure Communi dixerunt quinimo usi sunt verbis universalibus & effrenatis omnem casum complectentibus, sequitur quod noluerunt attendi Iuris Communis dispositionem etiam in casu transitus Parentis ad secunda vota, signanter quod prædict. Reformatores, ut sapientissimi Iurisperiti proculdubio dispositionem dict. *Leg. Fœminæ* callebant; certe talis discretiva dictam abrogationem eiusdem Legis ad oculum demonstrat *De Luc. de success. dict. disc.* 24. *num.* 9. *vers. replicabant in fin.* 30
Tartagl. dict. tract. art. 15. *num.* 96.

Licet hæc per se sint undique plana, tamen clariorem lucem assequuntur ex eo, quia cum prædictæ sanctiones cum verbis tam universalibus, & effrenatis fœminas repellant a successione in favorem agnatorum evidentissime patet illas ab iure novo penitus deflectere, atque reverti ad ius antiquum 12. tabularum, ut de nostro antiquo Statuto testantur *Angel. cons* 283. *num.* 4. *cir-* 31
ca med. Severol. in dict. resp. post De Luc & reddito in *d. Florent. Success. de Ricasolis num.* 12. *& seqq. Bersan. dict. qu.* 46. *num.* 8. 12. *De Luc. de iurepatronat. disc.* 22. *num.* 5. *Ansald. dec.* 38. *num.* 35. *in fin.* prout de similibus Statutis asserunt *Cyriac. contr.* 353. *num.* 18. *De Luc. de success. disc.* 1. *num.* 13 *& seqq. disc.* 12. *n.* 5. *disc.* 13. *n.* 8. *disc.* 14. *num.* 12. *Palm. Nep. alleg.* 251. *num.* 16. *& seqq. Rot. post Albiz. de inconst. dec.* 69. *num.* 13. *& seqq* adeout in his regionibus ex similibus Statutis clare pateat numquam fuisse acceptatum dict. Ius novum, ideoque illa non sint Iuris Communis iam recepti, ac practicati correctoria, sed potius impeditiva primevæ receptionis, & usus iuxta enarratam historiam ab eodem *De Luc. in prealleg. disc.* ac proinde recte infertur quod prædictæ nostræ sanctiones intelligi, atque interpreta- 32
ri debeant secundum dict. Ius antiquum, ad quod se se conformare voluerunt, non autem a Iure novo, a quo recesserunt *Ruin.*

cons. 32. *num.* 13. *lib.* 3. *Misinger. in* §. *cæterum num.* 10. *instit. tit. de legit. agnat success. Oynot. eod. tit.* & § *n.* 9. 10. *Cyriac. contr.* 353. *num.* 62. & *seqq. Rot. Lucen. post Altograd. sen. hoc est impress. in fin. lib.* 2. *cons.* §. *nos autem vers. tamen Grivell. dec.* 40. *num.* 23. *Posth. dec.* 74. *num.* 62. *Rot. Florent. in d. Florent. Success. de Ricasolis die* 29. *Aprilis* 1712. *in mot. typis impress. num.* 82. *usque ad* 85. *fol.* 12. 13. *Bersan. dict. qu.* 46 *num.* 9. 12. & *seqq.* ubi de prædictis nostris statutariis dispositionibus. Posito igitur quod prædictæ nostræ statutariæ dispositiones recipere debeant interpretationem a Iure antiquo, & secundum ipsum sint intelligendæ venit in necessariam consequentiam, quod Pater licet binubus fœminam excludat etiam quoad bona materna, cum de Iure antiquo non solum Pater binubus nullam pœnam patiebatur verum etiam fœminæ ab agnatis in totum excludebantur.

Demum nihil urgere credidi ea, quæ pro parte Actoris afferebantur pro evertendis prædictis fundamentis.

33 Primo itaque asserebatur quod licet Statutum deferat Patri successionem filii exclusa sorore non censeatur per eam derogare *d. Leg.* iuxta vulgatam *Salyceti theoricam in d. Leg. fœminæ* §. *illud quoque*, quem sequuntur ibi *Sicard. num.* 8. *Rip. n.* 12. *Paris. cons.* 29. *n.* 7. *lib.* 3. *Dec. cons.* 396. *per tot. Roland. cons.* 98. *n.* 8. *lib.* 1. *Surd. cons.* 273. *num.* 12. & *seqq. Decian. respons.* 44. *n.* 5. *vers. quo vero ad Statutum lib.* 5. *Ruin. cons.* 58. *num.* 3. *vers. quæ magis ad propositum lib.* 5. *Gall. de except. par.* 1. *tit.* 4. *except.* 3. *n.* 38. *Molphes. ad consuetud. tom* 1. *par.* 3. *qu.* 22. *n.* 11. *De Marin. lib.* 1. *res. cap.* 273. *num.* 5. *Tartagl. de reservat. statut. art.* 15. *num.* 76. & 97. *Carol Anton. De Luc. ad L. fœminæ qu.* 96. *num.* 6. & *seqq. qu.* 183. *num.* 5. *in fin. Merlin. Pignatt. cent.* 1. *contr. cap.* 32. *num.* 32. *Bersan. de vid. cap.* 3. *qu.* 19. *num.* 15. & *seqq. Gob. de success. ab intest. observ.* 23. *n.* 4. *Rot. dec.* 177. *num.* 3. *par.* 4. *tom.* 2. *rec. Bich. dec.* 350. *num.* 28. & *seqq.* Ex ea unica ratione, quia proprietas bonorum primæ Uxoris non reservatur filiis tamquam hæredibus cum ad hoc
34 beneficium admittantur, tametsi non sint hæredes matris defunctæ, aut fratris, ad quem dd. bona pervenerint *Leg. generaliter* §. *fin. auth. hæres C. de secund. nupt.* & in corpore, unde sumitur *Barbos. in dict. Leg. generaliter* §. *fin. num.* 1. *Dec. cons.* 396. *num.* 2. *vers.* & *pro fundamentis Roland. cons.* 95. *num* 3. *lib.* 1. *Gabr. de secund. nupt. concl.* 1. *num.* 3. *Sanchez. de matrim. lib.* 7. *disp.* 89. *num.* 9. *Thesaur. lib.* 1. *qu.* 29. *n.* 13. *Guttierez. de matrim. cap.* 109. *num.* 36. *Gob. cons.* 64. *num.* 63. *Bichio d. dec.* 350. *n.* 40. *Rot. Flor. lib. mot.* 111. *a* 274. *vers. secunda ratio*, sed reservantur talia bona filiis, uti ex particulari titulo a iure successio-

nis.

nis penitus diverso ad instar æris alieni, sive emolumenti particularis in compensationem iniuriæ, quam ex Patris binubatu recipiunt, adeout Statutum, quod de successione loquitur & de bonis per successionem deferendis fœminas excludendo a successione in favorem agnatorum eas non excludit ab acquisitione 35
proprietatis bonorum maternorum, quæ titulo diverso penitus a successione Lex præcipit filiabus primi Matrimonii reservari, ut solide ratiocinantur *Dec. consf.* 87. *num.* 3. *dict. consf.* 396. *num.* 3. *& per. tot. Surd. consf.* 237. *num.* 12. *& seqq. Gob. dict. consf.* 64. *num.* 63. 68. *Gabriell. dict. tit. concl.* 3. *num.* 5. 13. *Graff. recept. sent. tit. de success. ab intest. qu.* 25. *num.* 5. *Mart. eod. tractat. par.* 2. *q.* 2. *art.* 1. *num.* 12. *Calvin. de æquit. cap.* 299. *n.* 21. *& seqq. Guttierez. d. cap.* 95. *n.* 20. *& de matrim. d. cap.* 109. *num.* 42. *Sanchez dict. disp.* 98. *num.* 9. 11. *De Luc. ad Leg. fœminæ qu.* 10. *num.* 6. 8. *Hodiern. in dict. Leg. hac edictali qu.* 11. *num.* 84. *& seqq. qu.* 12. *num.* 67. *Merlin. de legit. lib.* 3 *tit.* 1. *qu.* 21. *num.* 7. *& usque ad* 12. *Tartagl. de reservat. statut. d. art.* 15. *num.* 98. *Bich. d. dec.* 350. *num.* 28 *Rot. Flor. lib. mot.* 79. *a* 219. *lib. mot.* 111. *a* 274. sublato enim fœminis iure succedendi a Statuto illas excludente, remanet aliud remedium ex diverso fonte descendens avocandi bona materna a Patre binubo 36
in pœnam secundarum Nuptiarum, nam ex duobus iuribus competentibus uno sublato, aliud remanet in suo robore, ut prosequuntur in subiecta materia *Dec. d. consf.* 396. *num.* 3. *Surd. consf.* 237. *num* 18. *Gaill. d. observ.* 98. *n.* 11. *cent.* 2.

Etenim obiectum ex eo quidem prosternitur, quia prædicta conclusio locum sibi vindicat in eo dumtaxat casu, ubi agitur de Statuto agnatis successionem simpliciter deferente, in exclusionem fœminarum sine ullis verbis universalitatem importantibus, non autem quoties tractatur de sanctione, prout sunt istæ, de quibus agitur excludente fœminas ab omni successione, ac ab omnibus bonis paternis, & maternis cum verbis ita universalibus ut nullam restrictionem patiantur cum ratione scripta, quæ adaptatur etiam bonis delatis titulo particulari cum reversione ad ius antiquum, secundum quod fœminæ erant exclusæ quoad omnia 37
bona, ut bene distinguunt *Ruin. consf.* 37. *per tot. lib.* 3. *Schernard. dict. consf.* 8. §. *non obstant in contrarium Carol. Ant. De Luc. in d. Leg. fœminæ qu.* 93. *num.* 4. alter *De Luc. de success. disc.* 24. *num.* 8. *vers. assumpto & num.* 10. *Mans. consf.* 301. *n.* 14. *vers. hoc procedit Balducc. dict. dec.* 36. *num.* 14. 15. optime *Casareg. ad Statut. Ian. dict. tit. de success. ab intest. n.* 24. *fol.* 119. *Torr. de pact. futur. success. ab intest. in Mantiss. d. qu.* 4. *num.* 35. *D. Aud. Farsetti in dict. lib. mot.* 117. §. *cum itaque cæteri superius* alle-

allegati, *in* §. *præterea*, *&* §. *pro uberiori*. Auctoritates autem in obiecto allegatæ, & quotquot allegari possunt loquuntur in terminis Statuti simpliciter deferentis successionem agnatis fœminas excludendo sine ullis verbis generalibus, & aliis circumstantiis indicantibus exclusionem ab omnibus bonis, & ratio diversitatis est evidens, quia ut præmisimus in §. *Eo libentius* concordi DD. suffragio receptum est Stat. posse etiam tacite abrogare *dict. Leg. fœminæ* quæ quidem abrogatio quamvis non resultet a Statuto simpliciter, & indefinite loquente, tamen emanat per verba generalia, et universalia, *Gratian. cap.* 702. *n.* 56. 57. *Mans. cons.*
38 301. *num.* 16. 17. cum aliis superius citatis §. *pro uberiori*.

Eadem responsione de medio tollitur ratio in contrarium allata, nam licet prædictum lucrum deferatur filiis uti filiis, & non autem uti hæredibus, & ideo titulo particulari diverso a iure successionis universalis adeout Statutum excludens a successione non porrigatur ad hoc lucrum ab ea diversum, tamen ea non convenit dict. nostris sanctionibus, tum quia excludunt fœminas
39 ab omni casu successionis, ac per consequens ab ista tametsi particulari, tum quia repellit ab omnibus bonis maternis, quæ solum consistunt in illis delatis causa eiusdem lucri, tum quia ratio scripta a legislatore, hoc est quod omnes facultates conserventur in agnatione adaptatur pariter eisdem bonis, tum denique quia prædicta Statuta revertuntur ad ius antiquum, quo tempore fœminæ in totum excludebantur, & penitus ignotum erat hoc lucrum.

Non adversante replicatione, quod quamvis dictum Statutum disponat per amplitudinem verborum, non tamen operari exclusionem a prædictis bonis maternis, cum eorumdem verborum amplitudo intelligenda sit restrictive ad casum universalis successionis, ac propterea iuxta subiectam materiam, ut in puncto dictæ reformationis firmatum fuerat in dicta *Florent. Success.*
40 *de Ricasolis*, ut in *Mot. D. Aud. Belluzzi typis impresso n* 65. *recollecto a Card. De Luc. in Mantiss. tit. de statut. success.* & in terminis Statuti disponentis cum amplitudine verborum repellentis a successione, vel hæreditate adhuc non excludat a lucro maternorum in casu dicti binubatus paterni asserant *Gaill. lib.* 2. *observ.* 98. *num.* 7. ubi de Statuto excludente cum dictione omnino *Boer. dec.* 187. *num.* 2. *vers. & idem Salicet.* ubi de altero excludente cum dictione penitus *Surd. cons.* 237. *ante num.* 17. ubi de alio mandante, quod filia dotata nullum habeat regressum ad petitionem hæreditatis paternæ, vel maternæ, *Decian. resp* 44. *num.* 13. *lib.* 5. ubi de eo quod quilibet Pater succedat filio *Barry de success. tom.* 2. *lib.* 18. *tit.* 2. *num.* 8. *vers. tertio licet.* ubi de

eo

eo, quod Pater succedat in tota hæreditate filii, & denique de Statuto disponente, quod Vir lucretur totam dotem non censeatur derogatum, *Leg. hac edictali Bertrand in d. Leg. num.* 39. *inter repet. civil. tom.* 7. *fol.* 590. *Soccin. sen. conf.* 35. *num.* 4. *& seqq. lib.* 4. *Michalor. de fratrib. par.* 3. *cap.* 13. *num.* 106. *Altograd. sen. consf.* 33. *ex num.* 23. *ad fin. lib.* 2. *Altograd. iun. controv.* 89. *num.* 22. *& seqq.*

Verum hæc omnia meum intellectum minime captivabant; siquidem amplitudo verborum tunc patitur aliquam restrictionem iuxta subiectam materiam, quoties eadem restrictio inserviat pro pinguiori implemento voluntatis, seu finis Legislatoris, non autem quando ab eo receditur, ut per *DD. supra relati in §. vis huius argumenti vers. tum quia* quibus accedit *Bottigl. de success. cap* 1. *theorem.* 14. *num.* 8. 19. *vers. respondetur ultimo*, & ita declarant auctoritates in replicatione allegatæ videlicet dicta *Rot. Flor. in dict. mot. num.* 65. *& seqq.* dum asserit, quod generalis exclusio fœminarum contenta in prædicto nostro Statuto eatenus non militet, quatenus agitur de fœmina agnata quæ præstare possit gradum agnato existenti ultra octavum gradum ad hoc, ut ipse in exclusionem fœminarum succedere valeat, per quam successionem adimpletur finis volitus a Legislatore, hoc est, quod in agnatione, seu familia divitiæ conserventur. Si enim diceremus, quod prædicta amplitudo exclusionis respiceret casum solius successionis universalis, & non alterum successionis particularis, penitus recederetur a dispositione, & a mente Legislatoris in eo consistente, quod omnia bona, seu divitiæ conserventur in agnatione seu familia, & ideo prædicta amplitudo nullam restrictionem recipere potest signanter cum sit concepta verbis adeo universalibus, ut nullam restrictionem patiantur, ut præmisimus. Si enim sola ratio expressa in Statuto fœminarum exclusivo apta est illud extendere de re ad rem, & de casu ad casum, ut super nostro firmat *Ciof. conf.* 8. *n.* 20. *Farinacc. in dict. par.* 1. *fragm. litt. E num.* 166. *& seqq. & num.* 172. *Mart. Med. exam.* 31. *num.* 7. 24. 26. *Bersan. d qu.* 30. *num.* 7. *dict. qu.* 46. *num.* 38. 260. *Torr. de pact in Mantiss. dict. cap.* 4. *num.* 34. 35. *Rot. post De Luc. in Mantiss. dict. decis.* 22. *num.* 6. tanto magis id procedere debet in hoc casu (cum ultra rationem expressam dicti Statuti) eius dispositio concepta sit verbis universalibus, ac geminatis.

41

42

Nec contrarium suadere valent authoritates in replicatione recensitæ, quoniam *Boerius Gaill. & Barr.* loquuntur in abstracto non autem relative ad particulare Statutum utens aliquo verbo universali, ideo nihil officiunt *Casareg. ad Stat. Ian. d. num.* 24.

fol.

fol. 119. *Surd.* vero quamvis agat de Statuto mandante fœminam nullum regressum habere ad hæreditatem, nihilominus talia verba non continent eam universalitatem, vel amplitudinem, quæ habetur in prædictis sanctionibus; demum *Decian.* tractat tantum de Statuto indefinite loquente, ut se explicat in eodem *resp.* 44. *num.* 13. 14. quo casu forsan stricte sit intelligendum, cum in-
43 definita locutio in correctoriis universali non equipolleat *Surd. cons.* 431. *num.* 71. *Constant. ad Statut. Urb. annot.* 20. *art.* 2. *num.* 145. *Altograd. iun. contr.* 89. *num.* 21. *Merlin. dec* 337. *num.* 27. Præterea prædictæ contrariæ authoritates nihil urgent, quia nemo ex illis agit de Statuto utente verbis geminatis, & affrænatis universalitatem, & totalitatem importantibus.

Et quamquam aliqui opinentur Statutum deferens viro totam dotem non corrigere *Leg. hac edictali*, tamen verior opinio est in
44 oppositum, ut testantur *Menoch. dict. cons.* 4. *num.* 25. *Merend. contr. d. cap.* 50. *num.* 9. *Michalor. in obiecto allegat. d. cap.* 13. *num.* 106. *Altograd. iun. d. contr.* 89. *num.* 25. *Mans. dict. cons.* 583 *num.* 65. ubi late *Rot. Flor. d. lib. mot.* 127. *a* 254.

Nullamque hæsitationem mihi attulit, quod exclusio ab omnibus bonis non sit apta corrigere dictam *Leg. fœminæ*, cum ad evitandam Iuris Communis correctionem debeat Statutum iuxta
45 idem Ius commune distingui *Paris. cons.* 84. *n.* 11. *vol.* 2. *Surd. cons.* 4. *num.* 4. *Becc. cons.* 32. *num.* 12. *Mans. cons.* 540. *num.* 24. ideo quemadmodum Ius Commune vocat Matrem binubam ad successionem filii, ut in §. *sin autem intestatus auth. de Nuptiis collat.* 4. & nihilominus in sequenti §. sed quarta in *auth. ex Testamento Cod. de secundis Nuptiis* distinguit, & separat in hac successione bona paterna, quorum solummodo usum Matri binubæ reservat; ita pariter licet reformatio excludat ab omnibus bonis, eaque deferat Patri agnato, debet tamen distingui, adhærendo Iuri communi, ut nimirum si Pater sit binubus succedat in solo usufructu, & ab hoc tantum fœminæ excludantur itaut verba generalia, sive universalia reformationis recipiant interpretationem a Legibus magis specialibus pœnam binubo parenti in favorem filiorum infligentibus, *Nicolaus Bellon. cons.* 31. *Tartagl.*
46 *dict. art.* 15. *num.* 15. 16. 106. 113. *& seqq. Franc. dec.* 435. *num.* 24. *dec.* 666. *num.* 5. *Bich. dec.* 350. *num.* 41.

Verum enim vero cum reperiantur doctrinæ punctuales firmantes Statutum excludens ab omnibus bonis censeri derogare,
47 vel dict. *Leg. fœminæ*, vel *Leg. hac edictali*, propterea prædictis ratiociniis, & argumentis parum deferendum esse existimavi, *Cyriac. contr.* 248. *num.* 21. *& seqq. Becc. cons.* 35. *num.* 18. *Adden. dec.* 20. *num.* 44. *par.* 3. *rec. Palm. Nep. alleg.* 386. *num*

8. *Mans.*

8. *Mans. cons.* 110. *num* 101. *Samminiat. contr.* 110. *num.* 30. *tom.* 2. insuper amputatur omnis difficultas, tum quia verba universalia geminata Statuti licet correctoria Iuris Communis, nullam ab eo recipiunt declarationem, vel restrictionem, quidquid sit quando verba sunt tantum generalia, prout sunt ea, de qui- 48
bus tractant DD. in obiecto allegati, ut bene distinguunt *Barbos. de dict. dict.* 339. *num.* 5. *Gratian. cap.* 844. *num.* 8. *Altograd. sen. cons.* 97. *num.* 59. *& seqq. lib.* 1. *Andreol. controv.* 274. *num.* 6. *vers. hactenus*, cœterique prælaudat. in §. *tum quia* dicta verba universalia tendunt ad implendum finem expresse volitum a Legislatore, quo casu iuxta eorum latitudinem magis sunt intelligenda per iura superius citata.

Eo proclivius quoniam ultra concursum eiusdem rationis scriptæ adest alter eiusdem æquitatis, nam si remotiores agnati excludunt in totum fœminas, multo magis eas in totum exclu- 49
dere debet pater utpote proximior, nec non ille favoris publici, cum agatur de Statutis conditis propter agnationem, *Fab. de Ann. cons.* 218. *n.* 19. *Vol.* 2. *Hodiern. ad Surd. dec.* 9. *num.* 10. 11. *Martimed. examin.* 49. *per tot. Rot. dec.* 127. *n.* 6. *& seqq. par.* 5. *rec. Merlin. dec.* 740. *n.* 30. *dec.* 342. *n.* 7. *par.* 12. *rec. Sabell. var. resol. cap.* 90. *n.* 22. in puncto nostri Statuti *Bersan. d. quæst.* 46. *num.* 40. *& seqq.* quandoquidem confluentibus hisce tribus circumstantiis exploratum est Statutum fœminarum exclu- 50
sivum numquam recipere interpretationem a Iure communi, *Fab. de Ann. d. cons.* 218. *n.* 18. *Odd. cons.* 59. *n.* 9. *Hodiern. ad Surd. dict. dec.* 9. *n.* 12. 13. *& contr.* 34. *n.* 76. *Iov. de contract. minor. gloss.* 12. *n.* 74. Tum quia, ut præmissimus pœnæ secundo nubentium litteraliter impositæ erant matri, ut constat ex dicta *L. fœminæ*, & ex testibus pariter in obiecto allegat. De tempore autem editæ Reformationis erat sub quæstione, an quod de matre 51
dicebatur locum haberet in patre per DD. ut supra allegat. Quamobrem eo tempore id erat valde controversum; idcirco prædictæ statutariæ dispositiones nullam ab Iure Communi valeant recipere interpetrationem, quoniam ea solum recipitur quando de tem- 52
pore conditi Statuti Ius Commune sit clarum, & non turbidum, vel controversum, *Mans. cons.* 583. *n.* 79. 80. denique cum agatur de Statutis reversis ad Ius antiquum, secundum dictum Ius antiquum, non autem novum intelligi debent per Doctores supra relati, & signanter *Posth. d. dec.* 74. *n.* 62.

Maior conflictus exarsit in pluribus rebus iudicatis huius inclitæ Rotæ videlicet *lib. mot.* 25. *a* 125. *lib. mot.* 46. *a* 108. *lib. mot.* 79. *a* 218. *lib. mot.* 111. *a* 274. *lib. mot.* 135. *a* 662. §. *quo*

vero

vero ad successionem D. Annæ, *&* §. *etenim contrarium*, in quibus omnibus deciditur patrem secundo nubentem ad terminos etiam dicti Florentini Statuti non succedere filio in bonis maternis, quorum proprietatem reservare teneri filiabus fœminis primi matrimonii, iuxta dispositionem d. *L. fœminæ*, & opinionem originariam *Salicet.* loquentis in puncto Statuti exclusivi fœminarum.

Tamen nihil obesse credidi quoniam illa loquuntur atque fortasse procedunt in terminis Statuti antiqui, ubi nulla de patrimoniorum distinctione sublata, nec de removendis antiquis controversiis ob distinctionem patrimoniorum resultantibus, nec de omnimoda exclusione fœminarum ab omnibus bonis maternis cum clausula undequaque quæsitis, nec de ratione conservandi facultates in agnatione fuerat facta mentio, quæ omnia compilata, & comprehensa fuerunt in Reformatione hactenus ponderata, quæ incompatibilem cum præfata *Lex fœminæ* continet dispositionem, unde cum emanaverint super Statuto ab hac Re-
54 formatione diverso allegari non poterant ad resolutionem præsentis Causæ, ut observant *De Luc. de Paroch. disc.* 1. *num.* 27. *usque ad fin. disc.* 12. *n.* 12. *Samminiat. contr.* 188. *n.* 42. *tom.* 2. Neque inducere possunt super hoc articulo vim rei iudicatæ, *Altograd. sen. cons.* 2. *n.* 41. *lib.* 2. *Cepparell. resol. fiscal.* 8. *n.* 20 *& resol.* 91. *n.* 8. *Censal. dec. Lucen.* 6 *n.* 24. *& seqq. Rot. Flor. penes Mans. cons.* 395. *n.* 46. *& seqq. lib. mot.* 82. *a* 162. Neque aliquam consuetudinem iudicandi, ut occasione *Mot. Rot. Flor.* præcise firmant *Rot. Flor. penes Mans. d. cons.* 395. *Ansald. de mercat. disc.* 18. *n.* 39. *Severol. in resp. edit. post Albiz de inconst. in iud. n.* 80. *& seqq.* prout ea non inducitur ex iudicatis, nisi
55 quatenus sit idem casus, eademque circumstantia, iurisque rationes concurrant, ut ex plene deductis per *Tristan. dec. Cathal.* 27. *num.* 8. censivit *Severol. d. resp. n.* 93. & articulus non incidenter, & perfunctorie, sed mature, ac principaliter discussus apparere debet ad hunc effectum *Ansald. d. disc.* 18. *n.* 39. *Rot. Flor. penes Mans. d. cons.* 395. *n.* 46 *& seqq. Bonden. collect.* 31. *n.* 260. *lib.* 2. *De Luca de iudic. disc.* 35. *n.* 71.

Nec refert, quod aliqua ex prædictis Motivis præsertim vero illa, quæ reperiuntur extensa in *lib. mot.* 111. *a* 274. *de anno* 1636. emanaverint longe post factam publicationem Reformationis editæ de anno 1620. nam casus decidi debebat ad terminos antiqui Statuti, non autem Reformationis, ut enim patet ex eorum lectura, transitus patris ad secunda vota, & obitus filii, cui ipse successerat, contigerat plures annos ante dictam Refor-
56 mationem, quæ de sui natura non habet oculos retro, nec respicit

picit præterita, *Leg. fin. Cod. de leg. cap. fin. de constit. Emerix iun. dec.* 55. *n.* 2. *dec.* 1147. *n.* 10.

Et quamvis ultimum Motivum exaratum a fœcundissimo calamo *D. Audit. Bellutii existens in lib. motiv.* 135. *a* 662. emanaverit circa casum, qui longe post prædictam Reformationem contigerat, tamen illud nihil officere mihi visum fuit, tum quia fundatur in geminis motivis, nimirum in eo anni 1596. contento in *lib. mot.* 79. *a* 219. & in altero reperto in *libr. mot.* 111. *a* 274. quorum casus acciderant ante dictam Reformationem, ideoque non mirum, si secundum Statutum vetus iudicata pro- 57
dita fuerunt, tum quia solum in eo allegatur *Rot. Roman. cor. Bichio decis.* 350. ubi Rota nullam opinionem amplectens quæstionem indecisam relinquit, ut inferius demonstrabitur tum denique quia in eodem nihil de prædicta Reformatione, vel eius verbis, & circumstantiis differitur, merito de eo nulla ratio haberi debuit, *De Luca de cens. disc.* 24. *n.* 11. *in fin. Severol. in d. resp. post Albiz. de inconst. n.* 81. *d. Rot. Florent. penes Mans. dict. cons.* 395. *num.* 45.

Tandem pro punctualibus ex parte Actricis allegabantur *Tartagl. de reserv. statut. in dict. artic.* 15. *signanter n.* 106. *& Rot. Rom. cor. Bich. dict. decis.* 350.

Sed tales authoritates nihil ad eius intentum concludebant, quia *Tartagl. in d. art.* 15. *n.* 106. solum asserit, quod Statutum generaliter loquens recipiat interpetrationem passivam, ac restri- 58
ctionem a Iure Communi; talis quippe propositio nihil commune habet cum hac hypothesi, ubi agitur de Reformatione loquente non generaliter, sed per verba universalia geminata, & prægnantia nulli restrictioni obnoxia, adstipulantibus aliis circumstantiis comprobantibus dictam universalitatem, & omnem restrictionem excludentibus, quo casu, ut superius ostendimus, Statutum ab Iure Communi nullam consequi valet declarationem, vel restrictionem; præterea idem *Tartagl.* potius nostram confovet opinionem, quoniam in casu, quo Statutum discretive loquatur asserit illud corrigere prædictam *L. fœminæ*, tanto magis huiusmodi correctio resultabit, ubi concurrunt prædictæ circumstantiæ.

Quatenus spectat ad *decis. Bichii* ad eam in individuo respondent tam *Mans. cons.* 301. *n.* 22. quam *Balducc. tit. de legat.* 59
d. dec. 26. *n.* 14. 15. Etenim *Mans.* asserit, quod ibi Rota referat utramque DD. sententiam, absque eo quod aliquam illorum approbet (prout de facto non approbat) sed quæstionem indecisam relinquit, asserendo eam versari extra terminos eius hypotesis, ut ibidem legitur ex *num.* 23. his præcisis verbis = Ve-

= rum

= rum quidquid sit de utraque opinione = Equidem apud omnes
60 est in confesso decisiones nullatenus esse attendendas quoties nihil firment, vel examinent, *De Luc. de præeminent. disc.* 13. *de usur. disc.* 1. *n.* 8. *de dot. disc.* 37. *n.* 5. *de donat. disc* 18. *n.* 8. *de legit. disc.* 10. *n.* 6. *Rot. Florent. penes Mans. cons.* 345. *n.* 46. *Palm. Nep. dec.* 307. *n* 25. *dec.* 309 *n.* 8. *dec.* 316. *n.* 12.

Balduccius vero asserit dictam decisionem procedere in terminis Statuti simpliciter, & temporaliter fœminam excludentis, non autem ubi exclusio concepta sit verbis universalitatem, vel perpetuitatem continentibus, propterea dicta Decisio nostræ opinioni nequaquam adversatur, cum agatur de Statutis disponentibus per verba universalia nullæ restrictioni subiecta.

Transeundo ad postremam petitionis partem Res erat undique plana, quoniam constabat de promissione dotis, & quod Reus
61 conventus esset hæres promissoris, & apud Partes erat in confesso propterea mihi visum fuit iustitiæ consonum, quod ipse Reus condemnaretur ad solvendum ipsi Actrici dotem promissam a Patre communi eius authore, vulgatis iuribus.

Et ita utraque Parte informante &c.

Bartholomeus Archi Cancell. & Motivi Compilator.

DECISIO VIII.

FLORENT. EXECUTIONIS SENTENTIÆ

die 18. *Iunii* 1717. *cor.* Canc. Bartolomeo Archi.

ARGUMENTUM.

AN & quando ad effectum retentionis valide dicantur probata melioramenta, ubi quæ probatio requiratur, & quando assignari debeat terminus ad liquidandum, vel potius danda sit cautio de reficiendis iis quæ probata fuerint, & de genere refectibilium.

SUMMARIUM.

1 *Ut permitti valeat retentio, vel assignetur terminus ad liquidandum requiritur non solum probatio melioramentorum in genere, & num.* 11. *sed eorum plena, perfecta, & concludens probatio, num.* 2. *& insuper probatio an fuerint de utilibus, & necessariis, vel potius voluptuosis, n.* 3. *& licet agatur de necessariis* pro-

probatio continere debet quid impensum, & quidælioratum n. 4. alias locus est tantum cautioni reficiendi ea melioramenta, quæ fuerint probata, & quæ fuerint de iure refectibilia n. 5.

6 *Peritiæ ostendentes deteriorationem multo anteriorem, non probant melioramenta de præsenti facta fuisse, & num. 9.*

7 *Enunciativa nihil probat favore enunciantis, maxime quando eruitur ex apoca non iudicialiter recognita, num. 8.*

10 *Attestatio extraiudicialis nullatenus probat melioramenta.*

12 *An, & quando per articulos melioramenta probentur, & num. 14. & 15.*

13 *Qui operam suam in melioramentis impenderunt fidem non merentur, licet iudicialiter deposuissent.*

16 *Notula solutionum operariis factarum non probat melioramenta in præiudicium Tertii.*

17 *Liber proprius an, & quando probet melioramenta in præiudicium Tertii, & num. 18.*

19 *Partitæ ex libro proprio extraiudicialiter extractæ, & absque Partis citatione nihil probant.*

20 *Notulæ Fabri lignarii, Ferrarii, & Cementarii eorumque receptiones tamquam non iudicialiter recognitæ, & continentes solutiones melioramentorum non refectibilium non sunt attendendæ.*

21 *Fidem facientes de sola credulitate deponentes nihil probant.*

22 *Assignato termino ad probanda melioramenta, quæ non fuerint probata novus terminus non potest assignari, nec valent documenta post dictum terminum exhibita, & in limine expeditionis. num. 23.*

24 *Ubi creditum est turbidum cessat retentio, vel termini assignatio, maxime ubi agitur de causa executiva, quo casu denegatur retentio num. 25.*

26 *Agitur de causa executiva ubi agitur de executione geminæ Sententiæ in iudicatum transactæ, et paratam habentis executionem, & causam alimentorum respicientis.*

27 *Assignatio termini ad liquidandum concedi non potest eam non petenti.*

REtuli Supremo Magistratui possessionem captam a Dom. Elisabeth Previdoni vidua olim Dom. Benedicti Tognoni, eiusque filiis, & filiabus in executionem sententiæ latæ ab eodem Supremo Magistratu sub die 21. Aprilis 1716. Domus, de qua agitur, validam, & legitimam esse, ac propterea DD. Antonium, & Ioan. Dominicum Magliani conductores, ad for-

mam præcepti diei 5. Iunii eiusdem anni, teneri solvere annuas pensiones, seu affictus deinceps decurrendos, facta tamen ab eisdem DD. de Previdonis, & de Tognonis, promissione, cum idoneo fideiussore, reficiendi, cum pensionibus exigendis dd. DD. de Maglianis lacessitis, ea melioramenta de iure refectibilia, quæ in eadem facta legitime probabuntur. Etenim huiusce mei Voti ratio ea fuit, quoniam idem Supremus Magistratus per prædictam sententiam declaravit, prædictos DD. de Previdonis, & de Tognonis propter eorum inopiam consequi posse alimenta ex bonis subiectis Fideicommisso instituto ab olim D. Iacobo Previdoni eorum patre, & avo respective, nempe ex fructibus Locorum Montium prædicti Fideicommittentis; & quatenus prædicti fructus non sufficerent, omne reliquum assequi ex redditibus Bonorum stabilium; cumque constiterit de prædicta insufficientia, tum ex confessione iudiciali eorumdem DD. de Maglianis, emissa in eorum comparitione diei . . . . . . » ibi » Ancora perchè dovendosi gli Ali- » menti nelle somme state dichiarate in detta Sentenza l' Entra- » te del Fidecommisso restano del tutto assorbite, di modo che » ai Previdoni possessori di detto Fidecommisso non resta frutto » alcuno per potersi alimentare; e trattandosi di Fidecommisso, » in cui vi è l' espressa esclusione delle femmine, non è per- » messo dare alle femmine descendenti dal Fidecommittente, e » suoi figliuoli tutte l' Entrate del Fidecommisso per loro ali- » menti, ma si devono riservare gli alimenti ancora agli agnati » Tum ex altera sententia inter prædict. Partes lata sub die 24. Novembris 1716. ab eodem Illustrissimo Magistratu propterea recte putavi fuisse locum prædicto subsidio, & per consequens competiisse dictis DD. de Previdonis, & de Tognonis actionem exigendi pensiones dictæ Domus.

Neque prædicta exactio retardari poterat propter melioramenta facta in eadem Domo, tam a Dom. Catharina Vieri Carlini (a qua DD. de Maglianis cessionem obtinuerunt) quam ab ipsismet de Maglianis, multoque minus per terminum præfigendum, ad effectum ea liquidandi, seu probandi in specie.

Quandoquidem apud omnes est in confesso ad hoc, ut permitti valeat dicta retentio, vel assignetur dictus terminus ad li-
1 quidandum, requiri non solum probationem melioramentorum in genere, *Argell. de legit. contradict. qu.* 13. *art.* 8. *num.* 92. *Urceol. cons.* 20. *num.* 41. *Posth. de manutent. observ.* 12. *num.* 19. *& seqq. Pacion. de locat. cap.* 34. §. 4. *num.* 13. *de Angel de impens. in re dot. art.* 10. *num.* 7. *& seqq. Bonden. collectat.* 33. *num.* 93. *& seqq. tom.* 2. *Emerix. iun. dec.* 182. *num.* 5. *dec.* 209. *num.* 4. *dec.* 330. *num.* 5. *Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. schol.* 225.

225. *num.* 2. *verʃ. aut Scopp.* *ad eumd. obʃerv.* 225. *num.* 6. 7. verum etiam eam eſſe debere plenam, perfectam, & concludentem *Bich. dec.* 304. *num* 24. in puncto *Pacion. d. cap.* 34. §. 4. *num.* 33. *Bonden. dict. colluct.* 33. *num.* 99. & 100. *Ninott. dec.* 53. *n.* 3. & *ʃeqq. Rot. poʃt De Luc. de fideicomm. tom.* 10. *deciʃ.* 103. *num.* 23. 26. *Angel. dict. art.* 10. *num.* 12. adeout neceſſe ſit deduci, vel ab evidentia loci, vel a facti notorietate, ut teſtatur *Card. De Luc. de detract. dec.* 35. *num.* 49. *verʃ. aut facta De Luc. ad Franch. obʃerv.* 112. *num.* 2. *Scopp. d. obʃerv.* 225. *num.* 4. *Rot. Lucen. poʃt Ramon. tom.* 2. *dec.* 37. *num.* 23. & inſuper probari qualitates melioramentorum, videlicet, an fuerint de 3 utilibus & neceſſariis, vel potius de voluptuoſis, *Pacion. d. cap.* 34. §. 4. *num.* 17. *Bonden. dict. colluct.* 33. *num.* 99. & 100. *Rot. dec.* 206. *n.* 3. *par.* 4. *tom.* 1. *rec. Coccin. dec.* 940. *num.* 6. *poʃt Merlin. de pignor. dec.* 90. *num.* 17. *Ninot. dec.* 57. *num.* 7. *verʃ. & inʃuper Angel. d. art.* 10. *num.* 9. *verʃ. quamquam & n.* 20. 23. *Benincaʃa dec.* 173. *num.* 20. *Peutinger. dec.* 499. *n.* 5. *Cerr. dec.* 22. *num.* 12. *Rot. Lucen. poʃt Ramon. tom.* 2. *conʃ. dec.* 37. *n.* 20. Et quamvis ageretur de melioramentis neceſſariis, nihilominus huiuſmodi probationem continere debere quid impenſum, & 4 quid melioratum, alioquin ſemper eſt locus dictæ cautioni, late *Paulucc. diʃʃert.* 45. *num.* 97. 111. *Benincaʃa dec.* 209. *n.* 5. *deciʃ.* 215. *num.* 8. *Rot. Lucen. poʃt Ramon. d. dec.* 37. *n.* 31. & *ʃeqq.* ubi teſtatur de magis communi &c. Cœterum ſi aliqualiter de eis, ſed non plene, ac perfecte reſultabit, neque retentio, neque ul- 5 lus terminus decerni poterit, ſed ſolum prædicta cautio, *Bonden. dict. colluct.* 33. *num.* 99. *Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. d. ʃchol.* 225. *num.* 2. *verʃ. aliquando Paulucc. d. diʃʃert.* 45. *n.* 901. *Bich. dict. dec.* 304. *num.* 25.

Nullum profecto ex documentis exhibitis a DD. de Maglianis probationem talis efficaciæ ſuppeditabat, ideoque cum arbitratus fuerim dictam cautionem conſului ſecundum iuſtitiæ tramites.

Itaque ipſi primo loco exhibuerunt quamdam Relationem Placidi de Ramponis diei 13. Auguſti 1705. ubi prædictus Peritus retulit DD. Capitaneis Partis Guelfæ, Carolum, & Io. Baptiſtam Previdoni deteriorem feciſſe prædictam Domum, quippe huiuſmodi relatio haud oſtendere poterat in poſterum prædicta me- 6 lioramenta facta fuiſſe, minuſque aliquam probationem, in puncto *Rot. Lucen. poʃt Ramon. dict. dec.* 37. *num.* 21.

Alterum documentum ſtatuebat quædam Apoca exarata ſub die 1. Maii 1711. inter dict. D. Catharinam Vieri Carlini ex una, & eoſdem DD. de Maglianis ex altera; iſtud inquam erat

prorsus irrelevans, nam in prædicta Apoca solum asseritur dictam D. Catharinam expendisse sc. 135. -- 13. 4. pro melioramentis factis in dicta Domo, dictumque creditum cessisse eisdem DD. de Maglianis; exploratum enim est, quod enunciativa nihil pro-
7 bet favore enunciantis in præiudicium Tertii, *Genu. de enunciat. lib. 1. qu. 4. num. 75. Emerix. iun. dec. 115. num. 7. dec. 408. num. 7. dec. 617. num. 5. dec. 1188. num. 13. Benincasa dec. 243.*
8 *num. 9.* signanter cum eadem Apoca carebat legitima iudiciali recognitione, ad *Text. in Leg. si quis igitur in auth de instrum. cautel. & fid. Bart. in Leg. admonendi 31. num. 26. Surd. cons. 368. num. 19. lib. 3. Felic. alleg 150. num. 18. par. 2.* denique quia ea continebat tantum assertas expensas, *Rot. post Merlin. d. dec. 30. num. 8.*

Penitus inefficax erat attestatio eiusdem Placidi Ramponi, per quam asserebat, prædictos Carolum, & Io. Baptistam Previdoni deteriorationibus affecisse camdem Domum, tum quia est
9 unicus Testis, & eius attestatio destituta erat iudiciali recognitione; verum quia tantum continebat prædictam deteriorationem, ex qua inferri non poterat quod deinde facta fuerint dicta melioramenta.

Nihil etiam probat attestatio Dominici de Rosis, cum pariter non fuerit iudicialiter recognita, vulgatis iuribus, & in pun-
10 cto, quod attestatio extraiudicialis nullatenus probet melioramenta *Ninott. dict. dec. 53. num 10.* præsertim cum dicta Fides solum contineat, quod dict. D. Catharina fecerit plura melioramenta absque ulla espressione qualitatis, & quantitatis dictorum
11 melioramentorum, in puncto *Rot. dec. 547. num. 20. par. 5. tom. 2. rec. Rot Lucen. post Ramon. dict. dec. 37. num. 33.*

Præterea ab ipsis DD. de Maglianis producti fuerunt quidam articuli, quibus mediantibus probare exoptabant quid expenderit dict. D. Catharina in assertis melioramentis; verum enim vero talis productio potius ostendebat negativam dictæ probationis melioramentorum in genere, ut arguit *Rot. dec. 206. n. 3. par. 4.*
12 *tom. 1. Coccin. dec. 940. n. 2. dec. 2067. n. 3. Paulucc. dict. differt. 49. num. 90.* insuper Testes inducti ad deponendum super eisdem articulis erant ipsimet Operarii, videlicet illi, qui operam impenderant in prædictis assertis melioramentis, propterea nullam fidem merebantur quatenus etiam iudicialiter deposuissent, *Curt. iun.*
13 *cons. 165. n. 21. Mascard. de probat. concl. 653. num. 12. vol. 2. Carocc. de locat. d. par. 4. tit. de melioram. qu. 2. num. 33. fol. 214. Cels. dec. 246. num. 9. dict. Rot. Lucen. apud Ramon. dec. 37. num. 39. & seqq.* Ulterius prædicti articuli continebant solum
14 quantitatem expensarum, ideoque erant irrelevantes, *Rota post*

Merlin.

Merlin. dict. dec. 30. *num.* 8. *Paulucc. d. dissert.* 45. *num.* 99. *& seqq. Ninott. dict. dec.* 53. *num.* 6. potissimum quia ad hoc, ut articuli in hoc proposito relevantes dicantur, oportet eos continere quid impensum, & quid melioratum, *Carocc. de locat. d. part.* 15
4. *tit. de expens. qu.* 2. *n.* 21. *fol. mihi* 223.

Quinto loco exhibita fuit quædam notula solutionum factarum ab eadem D. Catharina prædictis Operariis, quæ similiter nullam fidem merebatur, tum quia huiusmodi notula non erat authentica, tum quia notula nihil probat circa melioramenta in 16
præiudicium Tertii, *Rot. Lucen. d. dec.* 37. *num.* 37.

Eiusdem irrelevantiæ erant partitæ extractæ a Libris DD. de Maglianis præseferentes diversas pecunias expensas ab ipsis occasione prædictorum melioramentorum, quandoquidem Li- 17
ber proprius non probet melioramenta in genere in præiudicium tertii, *Bich. dec.* 304. *num.* 22. *Ninott. d. dec.* 53. *n.* 11. *Pacion. de locat. cap.* 34. §. 4. *n.* 53. eoque magis, quia prædictæ Partitæ continebant quid impensum, non autem qualitates melioramen- 18
torum, *Rot. dec.* 547. *n.* 20. *par.* 5. *tom.* 2. *Ubald. dec.* 499. *n.* 9. demum, quia dictæ Partitæ extractæ fuerunt extraiudicialiter, & sine ulla partis citatione, propterea non erant in forma authen- 19
tica, *auth. si quis in aliquo Cod. de edend. cap. fin. de fid. instrument. Ludovis. dec.* 419. *n.* 7. *par.* 14. *dec.* 469. *n.* 4. *Ansald. de mercat. dec.* 76. *num.* 22.

Nullius ponderis erant plures aliæ Notulæ, tam Fabri Lignarii, quam Fabri Ferrarii, & Cœmentarii, atque receptiones ab ipsis, & ab aliis factæ pro pecuniis solutis a prædict. DD. de Maglianis, quorum non erant iudicialiter recognitæ, insuper con- 20
tinebant tantum solutiones, & ex illorum lectura resultabat, quod asserta melioramenta non essent de utilibus & necessariis, ac per consequens de illis refectibilibus.

Ultimo loco producta fuit quædam attestatio Laurentii Lutini, Iosephi Pergolini, & Antonii Nicolai de Castagnolis, quæ pariter nullum gradum probationis constituebat, non solum propter defectum recognitionis iudicialis, verum etiam quia fidem 21
facientes deponunt de credulitate, ut ostendit littera ipsius *Ubald. dec.* 254. *num.* 5. *dec.* 206. *num.* 2. *par.* 4. *tom.* 1. *Coccin. d. dec.* 2067 *num.* 2 *dec.* 940. *num.* 3.

Cæterum posito sine labe veritatis, quod asserta melioramenta fuissent concludenter, & perfecte in genere probata, tamen DD. de Maglianis nulla competebat retentio, nullusque terminus ad liquidandum assignari debuerat, & quidem ex pluribus circumstantiis.

Prima ea est, quia a prædicto Supremo Magistratu sub die 16. Iunii 1716. fuit assignatus terminus prædictis DD de Maglianis ad probandum prætensa melioramenta, & nihilominus intra prædictum terminum nullum documentum produxerunt, ideo-
22 que novus terminus assignari non poterat, *Marescott. variar. resol. lib. 2. cap.* 112. *num.* 32. *Posth. resol.* 86. *num.* 14. *& de manutent. observ.* 12. *num.* 49. 54. *& seqq. Rot. post eum dec.* 24. *n.* 14. *dec.* 233. *num.* 15. *dec.* 307. *num.* 20. *par.* 12. *Mastrill. dec.* 98. *n. fin. Scopp. observ.* 225. *num.* 7. 8. *Bich. dec.* 304. *num.* 16. *dec.* 128. *n.* 9. *par.* 4. *rec. post Merlin. de pign. dec.* 90. *n.* 16.

Eoque minus, quoniam prædicta documenta exhibita fuerunt post assignationem omnium terminorum ad informandum, & postquam ipsimet DD. de Maglianis pluries citati fuerant ad Sen-
23 tentiam idcirco in limine expeditionis, *Cels. dec.* 233. *num.* 13. *Ansald. dec.* 46. *num.* 7. *Bich. dec.* 496. *n.* 20. *decis.* 227. *n.* 22. *par.* 11. *Posth. dec.* 53. *num.* 26.

Secunda desumitur ex turbiditate eorumdem assertorum melioramentorum, ex quo iuxta conventionem tam d. D. Catharina quam dict. DD. de Maglianis ex pensionibus decursis singulis annis retinuerunt sc. 10. in extinctionem dictorum melioramentorum, quare dictum assertum creditum remansit turbidum, & pro-
24 pterea cessat prætensa retentio, vel terminis assignatio, *De Angel. dict. art.* 12. *num.* 17. *Benincas. dec.* 87. *num.* 7. *Cerr. dec.* 379. *num.* 12. *Ansald. dec.* 46. *num.* 9. *dec.* 405. *num.* 9. *par.* 14. *rec. dec.* 2. *num.* 36. *par.* 11. *rec. Cels. dec.* 181. *num.* 33.

Tertia infertur ex eo, quia agebatur de causa executiva, quo casu similiter denegatur retentio, & assignatio termini iuxta
25 veriorem, & magis receptam opinionem, *Posth. resol.* 86. *de manutent. num.* 7. *observ.* 12. *num.* 55. *in fin. Gusman. de evict. qu.* 20. *num.* 35. *usqu. ad* 40. *De Angel. dict. art.* 10. *num.* 13. *vers. verumtamen.*

Quod autem prædicta causa esset executiva, ex eo certum reddebatur, quia prædicti Actores agebant in executionem geminarum Sententiarum in iudicatum transactarum, regulariter ha-
26 bentium executionem paratam, tum quia agebatur de causa alimentorum, quæ pariter est executiva, ad *Text. in L.* 1. § *Iulianus Leg. si quis a liberis* §. *si vel parens ff. de liber. agnoscend. Bart. in Leg. de alim. n.* 2. *Cod. de transact. Surd. de alim. tit.* 8. *privil.* 2. *num.* 1. *Monach. dec. Bonon.* 5. *num.* 6. *Verall. dec.* 21. *num.* 4. *dec.* 259. *par.* 2. *Mauson. de caus. execut. ampl.* 3. *n.* 2. ubi eatenus causa alimentorum est executiva, quatenus nullam patiatur dilationem.

De-

Demum, quia licet a DD. de Maglianis pluries fuerit oppositum de melioramentis, nihilominus ab ipsis numquam petita fuit assignatio termini ad liquidandum, propterea non debuinon prædicta assignatione consulere, cum ea concedi nequeat ni- 27
si petatur *Posth. de manutent. observ.* 12. *num.* 52. *De Angel. d. art.* 10. *n.* 11. *Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. schol.* 225. *n.* 2. *in fin. Bich. dec.* 204. *n.* 14. *dec.* 22. *n.* 9. *& seqq. par.* 14. *rec.*
Et ita, utraque Parte acerrime informante &c.

Bartholomeus Archi Compilator.

DECISIO IX.

MUTILIANEN. LOCATIONIS

14. *Decembr.* 1717. *cor.* AUDIT. ANTONIO GABRIELO CALDERONI

ARGUMENTUM.

SUccessor singularis, an, & quando teneatur stare locationi, declaratur.

SUMMARIUM.

1 *Successor singularis non tenetur stare locationi, sed libere potest conductorem expellere.*
2 *Amplia, ut nec etiam teneatur stare Colono Partiario, & de ratione.*
3 *Limita, quando Conductor sibi prospexit obligatione expressa, & generali omnium bonorum pro observantia contractus etiamsi Emptor indigeat re locata pro usu suo num.* 4.
5 *Ubi alia affertur ratio, nempe quod res locata non aliter in alium potest transferri, quam cum onere suo.*
6 *Iuramentum insimul cum Hypotheca generali habet vim specialis Hypothecæ ad effectum, ut Conductor expelli nequeat si vult rem retinere, & num* 16.
7 *Amplia quamvis Iuramentum non fuerit corporaliter præstitum per tactum scripturarum, nec prolatum per verbum* Iuro, *supplente ad hunc effectum pacto, quod contractus habeatur pro iurato, & ratio affertur ibidem.*
8 *Deus inter Iuramentum, & simplicem loquelam nullam facit differentiam.*
9 *Successor tenetur stare locationi stante obligatione in forma guaran-*

rantigiæ, vel in forma Cameræ, quæ inter se fraternixant.

10 *Idem procedit, si cum Hypotheca generali, vel speciali unitum sit pactum de non alienando.*

11 *Vel si ultra Hypothecam promissa fuerit simpliciter, & absolute observantia contractus cum clausulis prægnantibus, & amplissimis ex ratione, de qua ibi.*

12 *Clausula* omni meliori modo *adiecto pro maiori robore instrumenti æquipollet iuramento, & habet vim expressi, prout si iuratum esset.*

13 *Hypotheca generalis omnium bonorum non sufficit, ut successor singularis teneatur stare locationi præcise, sed tantum sufficit ad conservandum causative tantum Conductorem in retentione rei locatæ, donec interesse sibi solvatur.*

14 *Secus vero res se habet de hypotheca speciali, quæ adeo tuetur Conductorem, ut non possit expelli durante locatione, non obstante oblatione & refectione damnorum, & interesse. Et impedit in Emptorem translationem dominii ibidem.*

15 *Ea vero deficiente, Emptor solvendo interesse liberatur, immo per solam satisdationem de solvendo, vel per depositum, vel per oblationem, quando interesse non est liquidum.*

17 *Emptor sciens, rem quam emit locatam esse, agere non potest ad expulsionem Conductoris, & ratio habetur n.* 18.

19 *Scientia in Emptore arguitur ex solito locandi Prædium, quod ipse emit.*

20 *Et ex diligenti inquisitione, quæ ab eo facta præsumitur circa fructus annuos, qui aliunde melius non possunt deduci, quam ex locationibus.*

21 *Ac etiam arguitur si in contractu Emptionis omissum sit pactum solitum, quod venditor teneatur tradere Prædium liberum, & expeditum.*

22 *Scientia desumpta ex præsumptionibus, & coniecturis est sufficiens ad hoc ut Emptor expellere nequeat Conductorem.*

23 *Emptor, ut valeat Conductorem expellere, quid reficere, & quid offerre debeat. Conductor expelli nequit, nisi prius ei fuerint refecta damna, & interesse, aut saltem oblata, aut datus Fideiussor ibidem.*

24 *Et donec ei solutum fuerit interesse, valet incumbere rei, & ita fuit iudicatum in Senatu Neapolitano.*

25 *Et iniquum esset conductorem expellere ante liquidationem, & solutionem interesse, quando Conductor habet tantum actionem ad interesse. Et melius est eum pignori incumbere, quam in personam agere ibidem.*

Cum

CUM D. Dominicus de Donis locasset Prædium situm in Territorio Mutilianæ ad quinquennium Præstantissimo D. Iosepho Garavino sub die 10. Septemb. 1714. & locatione adhuc durante idem Prædium vendidisset Reverendo D. Aloysio Pescetto, insurrexit controversia coram D. Prætore Mutilianæ, an Reverendus Pescettus teneretur stare locationi, & causa ad requisitionem dicti Domini Prætoris, & de consensu Partium ad me devoluta pro Sapientis Consilio in eam deveni Sententiam, standum esse locationi, eaque durante nullo iure posse expelli D. Garavinum.

Quamvis enim regulariter permissum sit Emptori, vel alio 1
singulari Successori expellere Conductorem a re conducta, prout determinatur per *Textum in L. Emptorem* 9. ubi *Gloss. in verbo colono C. locat. & Leg. si merces § qui fundum res, & Leg. qui fundum* 35. *ff. eod. & per Bart. in d. Leg. Emptorem, & in d. Leg. qui fundum, Marescott. var. resol. lib.* 1. *cap.* 18. *Castill. controv. iur. lib. pr. cap.* 73. *num* 2. *Cancer. variar. resol. cap.* 14. *num.* 36. *Thesaur. qu. forens.* 13. *n* 1. *& per tot. lib.* 1. *Ridolph. in prax par.* 2. *cap.* 13. *num.* 77. *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 61. *num.* 39. 40. 41. *& seqq. Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *gloss.* 25. *num.* 66. *Gob. consult. dec.* 105. *num.* 1. *Bonden. in addit. docum.* 37. *num.* 1. *Vespignan. de empt. & vendit. cons.* 37. *num.* 1. *&* 2. *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 1. *& seqq. Antonell. de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 39. *n.* 25. *Thomat. dec.* 224. *num.* 1. *Bertachin. modern. vot.* 50. *num. primo, Hodiern. ad Surd. dec.* 225. *num.* 1. *Capic. Latr. cons.* 26. *num.* 1. *Ciroch. discept. forens.* 69. *num.* 10. *Rot. Lucen. inter recoll. a D. Palm. Nep. dec.* 67. *num.* 1. *& seqq. tom.* 1. *Rot. Romana coram Cavaler. dec.* 612. *in princ. coram Mantic. dec.* 63. *n.* 1. *& coram Manzaned. dec.* 750. *num.* 7. *&* 8. *& in Romana Affittus Lunæ* 19. *Aprilis* 1706. *§. perperam cor. R. P. D. Caffarello.*

Quæ opinio procedit etiam in Colono partiario, ad quem 2
Decisio dicti *Textus in Leg. Emptorem* extenditur, ut tenuerunt *Surd. dec.* 52. *num.* 10. *&* 11. *& dec.* 265. *num.* 53. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 3. *& tit.* 11. *n.* 1. *& seqq. Marin. resol.* 269. *sub num.* 3. *vers. contrarium, Sperell. dec.* 43. *num.* 16. *Gob. cons. dec.* 105. *num.* 2. cum aliis ibi congestis, *et Scoppa ad Grat. dec.* 99. versus medium.

Ea ratione, qua communiter Doctores innituntur, quod Conductor locatorem dumtaxat habet obligatum, ut re uti se patiatur, & actio personalis semper est contra obligatum, nec exerceri

ceri potest contra singularem successionem, neque Fundum sequitur, *Leg. actionum genera §. prim. ff. de action. et Leg. ultim. Cod. de contrahend. empt. Bart. in d. Leg. emptorem 9. n. 1. Antonell. de tempore legali d. cap. 39. num. 25. lib. 1. Hodiern. ad Surd. dec. 225. num. 1. Thesaur. d. qu. 13. num. 2. Pacion. de locat. et conduct. dict. cap. 61 num. 42. et 43 Rot. cor. Cavaler. d. dec. 612. num. 2. et in d. Romana affictus Lunæ 19. Aprilis* 1706. *§. evidens cor. R. P. D. Caffarello.*

In nostra tamen fattispecie aliter iudicandum visum fuit, nam, cum D. Dominicus de Donis locasset Prædium controversum per scripturam proprio caractere subscriptam sub obligatione omnium eius Bonorum, & cum promissione observandi inviolabiliter omnia pacta in ea contenta, prout ex tenore eiusdem Apocæ „ ibi „ Tutti li quali patti, obblighi, e condizioni, che „ sopra le dette Parti per se suoi Eredi, e Successori promessero, e si obbligorno inviolabilmente attendere, et osservare, nè „ contradire, nè contrafare per se, o per altri sotto l' obbligazione, et Ipoteca respettivamente di se medesimi, de' loro Beni, et Eredi, e dei Beni dei loro Eredi in ogni ampla, e „ più valida forma che de iure „

Exinde sequitur, quod ex hypotheca, & obligatione expressa, & generali omnium Bonorum favore D. Garavini conductoris exarata in dicta Scriptura pro omnimoda observantia contractus, res ipsa iure pignoris eidem adstricta remaneat, & con-
3 sequenter super ea ius reale ille habeat, iuxta *Leg. pignoris de pignorib. Thesaur. dict. qu. 13. num. 4. lib. 2. Caroc. in tractat. de locat. in ultim. impress. tit. de successor. qu. 25. num. 25. Gob. cons. dec. 105. num. 4. Negusant. de pignor. et hypoth. prim. memb. 2. par num. 6. Hodiern. ad Surd. dec. 225. num. 2. Mantic. de tacit. et ambig. convent. lib. 5. d. tit. 10. num. 18. Ridolphin. in prax. p. 2. cap. 13. n. 84. lib. 1. Bonden. in addit. ad collect. docum. 37. num. 3. Merlin. de pignor. et hipothec. lib. 4. qu. 172. num. 13. Marescott. variar. resol. lib. 1. cap. 18. n. 12. et seqq. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. gloss. 25. n. 66. & seqq. Rota cor. Gregor. dec. 68. n. 3. & seqq. & cor. san. mem. Alex. VIII.*
4 *dec. 59. n. 3. & in dicta Romana Affictus Lunæ 19. April.* 1706. *§. Evidens cor. R. P. D. Caffarello*, ubi etiam si Emptor indigeret re locata pro usu suo.

Et a Prædio locato expelli non possit invitus, quia non aliter res locata in alium transferri potest, quam cum onere suo,
5 *Bart. in dict. Leg. emptorem.* ubi etiam *Bald. Cod. Locat. Thesaur. dict. qu. 13. num. 4. lib. 2. Marescott. var. resolut. lib. 1. cap. 18. num. 12. Grat. dec. 99. n. 1. & Scopp. in observ. ad d. dec. 99.*

Grat.

Grat. n. 1. & seqq. Gob. dict. cons. dec. 105. *num.* 5. *Capic. Latr. d. cons.* 26. *num.* 2. *Mavgill. de evict. qu.* 147. *n.* 9. *Merlin. de pign. dict. qu.* 172. *n.* 2. *Card. De Luc. tom.* 4. *tit. de locat. disc.* 41. *num.* 2. *Rot. cor. Cavalcr. dec.* 612. *num.* 11.

Ulterius concurrit in favorem Dom. Garavini Conductoris pactum expressum, quod Scriptura habeat vim Instrumenti publici, iurati, & in forma guarantigiæ, & cum clausula omni alio meliori modo in illis verbis „ si dichiara con la presente, benchè privata Scrittura da valere, e tenere, però di consenso delle Parti, come pubblico, giurato, e guarantigiato Instrumento, et in ogni altro miglior modo &c. „ Nam interveniente iuramento cum hypotheca generali, quod habet vim specifice expressionis, & æquivalet speciali hypothecæ, ac obligat promit- 6
tentem ad præstandam patientiam, Conductor nullatenus expelli valet, si vult rem retinere; *Gozadin. cons.* 24. *num.* 9. *vers. secundo etsi*, ubi inquit, quod etiam solvendo interesse locator non liberatur, *Surd. dec.* 225. *num.* 5. *& num.* 8. 10. *&* 11. *& Hodiern. ad Surd. d. dec.* 225. *num.* 5. 6. *& seqq. Thesaur. d. qu.* 13. *num.* 10. *lib.* 2. ubi testatur ita pluries iudicatum fuisse a Senatu Pedemontano reprobando Sententiam tenentium in contrarium, *Vincent. de Franc. dec.* 302. *par.* 2. *Vespignan. de empt. & vendit. cons.* 37. *num.* 9. *&* 10. *Antonell. de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 31. *Magon. dec. Lucen.* 97. *num.* 23. *&* 24. *Marescott. var. resol. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 12. *&* 13. *& n.* 14. ubi de magis communi *Peguerra dec.* 41. *& dec.* 215. *Scopp. ad Grat. dec.* 99. *num.* 1. *& per tot. Gob. consult.* 105. *num.* 12. *D. Palm. Nep. dec.* 67. *num.* 14. *tom.* 1. *Pacific. de Salvian. interd. inspect.* 4. *cap.* 1. *num.* 9. *Pacion. de locat. dict. cap.* 61. *n.* 109. bene *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 25. *num.* 66. *& n.* 70. *et.* 75. 77. *et* 78. *Rot. cor. san. mem. Alex. VIII. dec.* 59. *n.* 4. *Rot. cor. Ludovis. d. dec.* 68. *n.* 3. *et in dict. Romana Affictus Lunæ* 19. *Aprilis* 1706. §. *evidens in fin. cor. R. P. D. Caffarello*.

Quamvis iuramentum non fuerit corporaliter præstitum per tactum Scripturarum, nec prolatum per verbum *Iuro*, ac per 7
alia similia, supplente ad hunc effectum pacto, quod Contractus haberetur pro iurato, & pro Contractu fideliter, & inviolabiliter observando, quia iurari potest aliis modis, & sola mente, & sub verbo observandi Contractum in veritate, & sub inviolabili fide, ac aliis formis similibus, adeo ut iuramentum taliter præstitum (quidquid sit quoad pœnam periurii) eosdem pariat effectus, cum Deus nullam faciat differentiam inter simplicem lo- 8
quelam, & iuramentum, ut per *Abb. in cap. at si Christus de iure iur. Caguol. in Leg. si quis maior num.* 107. *C. de transact.* bene

bene *Gratian. discept.* 722. *per tot. & discept.* 824. *num.* 23. *&* 25. *Mell. observ.* 150. *num.* 11. *& alleg.* 43. *num.* 20. *& allegat.* 107. *num.* 54. *lib.* 3. ubi de clausula sincere, *& Cyriac. controv.* 381. *Gob. cons. dec.* 83. *num.* 15. ubi dantur plures alii; *Surd. dec.* 154. *num.* 2. *& seqq. & dec.* 159. *n.* 19. *& seqq. & decis.* 234. *num.* 4. *& seqq. & Hodiern. ad Surd. d. dec.* 234. *num.* 1. 2. 3. *&* 4. *Farin. de falsit. & simulat. qu.* 160. §. *forma a num.* 375. *cum pluribus seqq. Sabell. in. prax.* §. *Giuramento num.* 35. *Rot. in rec. dec.* 26. *num.* 42. *&* 49. *par.* 6.

Fortius cum adiunctum fuerit alterum pactum de obligatione in forma guarantigiæ, quæ fraternizat cum obligatione in forma Cameræ, qua stante cessat quoque regula superius deducta
9 ex dicta *Leg. emptorem*, ratione pariter hypothecæ, quam in se continet hæc obligatio pro observantia Contractus, prout firmat *Zach. de oblig. camer. qu.* 5. *num.* 41. *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 61. *num.* 114. *Bertach. modern. dict. vot.* 50. *num.* 2. *& Rota post eumdem dec.* 72. *sub num.* 5.

Potissimum, eum Instrumentum locationis in forma prædicta iuxta Formularium Florentinum fol. 140. & 326. extendatur cum clausulis stricte importantibus, nedum obligationem observandi locationem, & non contrafaciendi, verum etiam cum pacto de non alienando durante locatione, prout in Formulario „ ibi „ „ dicta Bona non vendere, nec alienare, nec ex eis aliquem con- „ tractum facere præiudicialem, vel in præiudicium præsentis „ locationis, seu dicti Conductoris, vel eius Hæredum &c. „

Quoties enim cum hypotheca generali, vel speciali unitum est pactum de non alienando tenetur Emptor in sententia communi, & veriori stare locationi, & non potest expellere Conducto-
10 rem durante locatione, prout ex ratione *Textus in Leg. si creditor* §. *fin. de distract. pignor.* plene *Vincen. de Franc. dec.* 302. *n.* 2. *& Pacion. de locat. dict. cap.* 61. *n.* 104. *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *gloss.* 25. *num.* 68. *& n.* 69. *in princ. &* 72. *&* 74. *Velasc. cons.* 76. *num.* 9. *Surd. dict. dec.* 225. *num.* 7. *& ibi Hodiern. n.* 3. *Merlin. de pignor. & hypothec. lib.* 4. *tit.* 5. *quæst.* 169. *n.* 39. *vers. ratio Gob. cons. dec.* 105. *num.* 12. *Cirocb. discept.* 69. *n.* 12. *D. Palm. Nep. dec. Luc.* 67. *n.* 16. *& Scopp. ad Gratian. dict. dec.* 99. *n.* 1. *Antonell. de tempor. Legal. lib.* 1 *dict. cap.* 39. *n.* 29. *Ridolphin. in prax. par.* 2. *d. cap.* 13. *num.* 86.

Licet in Sententia aliquorum sufficeret cum hypotheca promissio expressa observandi inviolabiliter contractum, quia, quoties ultra hypothecam promissa est simpliciter, & absolute obser-
11 vantia contractus cum clausulis prægnantibus, & amplissimis, prout in nostra hypothesi, quamplures magni nominis Doctores con-

conveniunt pro limitatione d. Leg. *Emptorem*, & pro observantia locationis, cum huiusmodi latissima, & generalis promissio æquivaleat promissioni & pacto de non alienando, quia Emptor alienando contravenit, & per consequens promissio non servatur, ut bene *Fontanell. de pact. nupt. clauf. 4. gloss. 25. n. 69. versus finem, et n. 71. et 72. Surd. d. dec. 225. num. 9. vers. sed respondebatur*, ubi quod sicuti alienatio est nulla, quando locator iurat non alienare, ita est nulla quando promittit non contrafacere, nec contravenire.

Quibus valde coadiuvat clausula *omni meliori modo* adiecta pro maiori robore Instrumenti, quæ pariter æquipollet Iuramento, & habet vim expressi, prout si iuratum esset, *Cephal. cons.* 12
772. num. 11. 38. et 39. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 1. litt. C. concl. 358. num. 34. et 41. Cravett. cons. 141. n. 3. Barbos. de claus. usu freq. claus. 95. num. 4. et num. 38.

Hisque attentis frivolum est obiectum desumptum ab opinione Doctorum tam antiquorum, quam modernorum, quod ad effectum, ut successor singularis debeat stare præcise locationi, non sufficiat hypoteca generalis omnium Bonorum, & quod solum illa sit sufficiens ad conservandum causative tantum Conductorem in retentione rei locatæ, donec interesse sibi solvatur 13
ut declarant, *Gozadin. cons. 100. num. 24.* & late *Scapucc. de sing. success. limit. 15. num. 8.* ubi de magis communi, *Mantic. de tacit. et ambig. convent. lib. 5. tit. 10. num. 13. et 19. Antonell. de temp. legal. cap. 39. n. 47. et seqq. lib. pr. Ridolph. in prax. par. 2. cap. 13. num. 81. Osasch. dec. 159. num. 6. Fontanell de pact. nupt. claus. 4. Gloss. 25. num. 66. Hodiern. ad Surd. dec. 225. n. 3. Pacion. de locat. et conduct. cap. 61. n. 101. 102. et seqq. Thesaur. qu. forens. 13. num. 4. vers. et quod non possit, et n. 5. lib. 2. et Rot. cor. Gregor. d. dec. 68. num. 3. vers. secundo quia*, & ibi *Adden. num. 11.*

Hypotheca vero specialis sit necessaria ad illum simpliciter & absolute tuendum in re locata, & ad hoc ut non possit expelli durante tempore locationis, non obstante oblatione, & refectione damnorum, & interesse, & quod per ipsam specialem hypotecam tantummodo impediatur in emptorem translatio domi- 14
nii, ut tradunt *Palm. Nep. dec. Lucen. 67. num. 14. tom. primo*, *Scopp. ad Grat. dec. 99. num. 1. et seqq.* & tradunt *Mantic. de tacit. et amb. lib. 4. tit. 30. num. 14.* ubi ait hoc esse, quia hypotheca specialis magis afficit, quam generalis, *et lib. 5. tit. 10. num. 20. Vespign. de empt. et vendit. cons. 37. num. 6. et seqq. Antonell. de temp. legal. cap. 39. num. 47. 48. 49. et seqq. lib. 1. Ridolph. in prax. par. 2. cap. 13. num. 85. Osasch. dec. 156. Thesaur. d. qu. 13. num. 6. et 7. lib. 2. Hodiern. ad Surd. dec. 225.*

num. 4. ubi plures alios dat concordantes, *Franch. dec.* 302. *n.* 3. *et num.* 9. *Grat. discept.* 37. *num.* 26. *Pacion. de locat. et conduct. d. cap.* 61. *num.* 100. 101. *et seqq. Merlin. de pignor. et hypothec. lib.* 4. *tit.* 5. *qu.* 169. *num.* 40. *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *gloss.* 25. *num.* 66. *fol.* 573. *Cancer. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 8. *tit. de iur. n.* 116. *Rot. cor. Gregor. d. dec.* 68. *num.* 2. *et* 3. & ibi *Adden. num.* 11.

Adeo ut in sensu Doctorum hanc sententiam profitentium, deficiente hypotheca speciali, emptor solvendo interesse liberetur imo per solam satisdationem de solvendo, vel depositum,
15 vel per oblationem, quando interesse non est liquidum, *Ludovic. dec. Perusin.* 38. *num.* 19. *Surd. cons.* 331. *num.* 18. *et a n.* 39. *Carocc. de locat. et conduct. tit. de successſ. qu.* 25. *n.* 44. *fol.* 216. *Merlin. de pignor. et hypothec. lib.* 4. *tit.* 5. *qu.* 169. *num.* 31. 32. 33. *et seqq. Thesaur. qu. forens. qu.* 13. *num.* 13. *lib.* 3. *Vespignan. de empt. et vendit. cons.* 37. *num.* 8.

Corruit enim obiectum ex facto ipso, cum præter hypothecam generalem expressam omnium Bonorum habeamus Contractum tamquam iuratum, & munitum cauthelis, & clausulis amplissimis, quæ æquipollent speciali hypothecæ, & pacto de non alienando; sola enim generalis hypotheca cum pacto, quod scriptura habeatur pro iurata sufficeret, cum hoc pactum uti præseferens vim specifici consensus, & specificæ expressionis deducat generalem hypotecam ad specialem, & obliget promittentem ad patientiam præstandam cum effectu, adeo ut venditor per indirectum venditione facta non possit permittere, ut molestiam per Emptorem Conductori inferatur, neque Conductor possit expelli
16 à re conducta, etiam quod offeratur interesse ex traditis per *Thesaur. d. qu.* 13. *num.* 10 ubi de iudicatis in Senatu Pedemontano, optime *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *gloss.* 25. *num.* 69. *versus medium*, *et n.* 70. *Surd. d. dec.* 225. *num.* 5. *Merlin. decis. Lucen.* 24. *num.* 11. cum aliis supra deductis per *Rot. Roman. in dict. Romana Affictus Lunæ* 19. *Aprilis* 1696. *cor. R. P. D. Caffarell.*

Denique ex abundanti animadvertendum, tam Emptorem, quam Conductorum reperiri in eadem Regione, & Diæcesi, ex quo præsumitur in Emptore scientia locationis, quæ pariter operatur, ut Emptor agere non possit ad expulsionem Conductoris iuxta sententiam, quam profitentur, *Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.* 14. *num.* 43. *Marin. resol. iur. cap.* 259. *num.* 23. *Pacion. de locat. d. cap.* 61. *num.* 86. *et seqq. Surd. dec.* 225. *num.* 6. *et n.* 21 & ibi *Hodier. num.* 7. *Gob. cons. decis.* 105. *num.* 6. *et seqq. Thesaur. qu.* 13. *num.* 11. *in fin. lib.* 2. *Bonden. in addit. ad collect. docum.* 37. *num.* 5. *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *gloss.*

25. *n.*

25. *num.* 79. 80. *& seqq.* ubi ex hoc solo fundamento in beneficium conductoris fuisse per Regiam Audientiam iudicatum, testantur *Grat. cap.* 37. *num.* 23. *Marescott. lib.* 2. *var. resol. cap.* 19. *num.* 22. 23. *Antonell. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 35. *n.* 36. *D. Palm. Nep. dec. Lucen.* 67. *num.* 2. *tom.* 1. *Rot. cor. Ludovis. dec.* 90. *num.* 8. *& cor. san. mem. Alex. VIII. dec.* 59. *num.* 4. *& in rec. dec.* 78. *num.* 8. *par.* 2. *et in dict. Romana Affictus* §. *Hoc autem retento cor. R. P. D. Caffarello.*

Quia emens rem scienter alteri locatam, cum onere locationis rem ipsam emere censetur, & Venditor Ius suum tantum vendere præsumitur, & cum reservatione Iuris Conductori competentis, *Gob. dict. consult. dec.* 105. *num.* 8. *et* 9. *D. Palm. Nepos d. dec. Lucen.* 67. *num.* 2. *tom.* 1. 18

Sicuti scientia arguitur ex solito locandi dictum prædium, ut præsupponitur, quod solitum reputatur sufficiens ad scientiam præsumendam, *Scapucc. de singul. success. limit.* 11. *n.* 1. *& seqq. Pacion. de locat. et conduct. cap.* 61. *num.* 91. *et Rot. in dict. Romana Affictus Lunæ* 19. *Aprilis* 1706. §. *Et innegabilis coram R. P. D. Caffarello.* 19

Ac etiam eligitur ex diligenti inquisitione quæ, ad regulandum Prædii pretium facta præsumitur ab Emptore circa fructus annuos, qui aliunde melius non possunt deduci, quam ex locationibus, prout ad probandam scientiam locationis ex huiusmodi præsumpta investigatione fructuum annuorum ad assequendam pretii liquidationem, pulchre arguit in nostris terminis, *Rota in d. Romana Affictus Lunæ* 19. *Aprilis* 1696. *eod.* §. *innegabilis cor. R. P. D. Caffarello*, ubi quod absonum sit credere, Emptorem omisisse inquisitionem huiusmodi tam necessariam super quantitate fructuum. 20

Eoque fortius, quia omissum fuit in instrumento pactum solitum, quod venditor teneatur tradere Prædium vacuum, liberum, & expeditum, ex qua omissione arguitur scientia in D. Pescettio Emptore locationis, & obligationis antea initæ cum Conductore observandi Contractum, ut in puntualibus terminis firmavit *Rota cor. Ludovis. dec.* 90. *per tot. et in dict. Romana Affictus Lunæ* 19. *Aprilis* 1706. *in fin. cor. R. P. D. Caffarello.* 21

Ad hunc autem effectum sufficere scientiam desumptam ex præsumptionibus, & coniecturis observat *Scapucc. de singul. success. limit.* 11. *num.* 1. *et seqq. Carocc. de locat. et conduct. tit. de revocat. locat. declar.* 2. *num.* 6. *et seqq. Sard. dec.* 172. *num.* 4. *et seqq. et dec.* 265. *num.* 13. *et seqq. Cirocc. discept.* 69. *num.* 13. *et seqq. Gob. d. cons.* 105. *num.* 7. *Pacion. d. cap.* 61. *n.* 89. *et seqq. Rot. in dict. Romana Affictus* §. *Hoc autem retento cor. Caffarello.* 22

Ex quibus nulla remanet occasio dubitandi, quin in tuto posita sint iura D. Garavini conductoris.

Verum ex abbundanti non est omittendum, quod in præsenti iudicio inopportunum est immorari super hac quæstione generalis, vel specialis hypothecæ, & pacti de non alienando pro determinatione, an conductor cogi valeat discedere a re conducta mediante reali solutione damnorum, & interesse, quia in præsenti Instantia sufficit Dom. Garavino Conductori Prædii ad obtinendum retentionem, & mandatum de manutenendo in possessione rei locatæ, quod nec in principio Iudicii, neque per totam instantiam causæ fuerint ei soluta damna, & interesse, nullaque facta fuerit oblatio, nec datus Fideiussor, neque ei prefixus terminus pro liquidatione eius interesse, prout opus erat pro ex-
23 pulsione Conductoris, iuxta tradita per *Fontanell. de pact. nuptial. clauf.* 4. *gloss.* 25. *num.* 67. ubi quod in hoc casu conductor valeat rei incumbere donec sibi sit solutum interesse, & *n.* 76. *in fin.* ubi refert in Senatu Neapolitano de anno 1609. iudicatum fuisse, quod quia constabat non fuisse per Emptorem solutum, nec
24 oblatum interesse, rebus ut tunc extantibus, non erat locus expulsioni Conductoris, prout etiam sequitur *num.* 77. *vers. et cum ego*, ubi testatur, hanc esse germanam sententiam dicti Senatus, *Thesaur. d. qu.* 13. *num.* 7. ubi arbitratur, iniquum esse, conductorem expellere ante liquidationem, & solutionem interesse, quan-
25 do Conductor habet tantum actionem ad interesse, *Covarruv. lib.* 2. *var. resol. cap.* 15. *Osasch. dec.* 156. *num.* 6. *Hodiern. ad Surd. d. dec.* 225. *num.* 3. *in fin.* ubi quod melius sit pignori incumbere, quam in personam agere.

Et ita utraque Parte informante secundum prædicta D. Garavinus obtinuit, & Rever. Pescettus liti renunciavit.

Antonius Gabriel Calderonus Rot. Aud. et Prætor.

DECISIO X.

FLORENTINA SALVIANI.

28. *Iunii* 1718. *cor.* Audit. Antonio Gabriele Calderoni.

ARGUMENTUM.

APoca privata carens requisitis *L. Scripturas C. qui pot. in pign. hab.* & in specie subscriptione Debitoris si aliunde sit iustificata ex conjecturis, præsumptionibus, & scripturis, non tam in veritate, quam in tempore, an cum instrumento concurrere valeat, & gaudeat

deat privilegio anterioritatis. Dos, an, & quando gaudear privilegio prælationis adversus anteriores Creditores, & potissimum in bonis postea quæsitis, & quando concurrit cum alia Dote.

SUMMARIUM.

1 *Immissio ex Salviano conceditur habenti requisita, et quænam ista sint.*

2 *Etiam contra tertium Possessorem.*

3 *Creditum cum hypotheca probatur Instrumento Venditionis, et Sententia, et num.* 4.

5 *Possessio sufficienter probatur ab Estimo, Catastro, et Decima.*

6 *Et ex Libris Decimarum Florentiæ.*

7 *Nec non ex litis substentatione etiam sine adminiculis.*

8 *Scriptura privata concurrentibus requisitis Leg. Scripturas Cod. qui potior. in pignor. habeantur, tribuit hypothecam contra posteriorem Creditorem ex publico Instrumento.*

9 *Ac etiam sine dictis requisitis, quando per æquipollens probatur veritas, et tempus scripturæ, et n.* 10. *et* 11.

12 *Dispositio Leg. Scripturas, cessat cessante fraude.*

13 *Scripturæ veritas confirmatur ex illius registratione in alia Scriptura.*

14 *Et ex confessione Debitoris.*

15 *Et ex observantia Scripturæ per longum tempus.*

16 *Et ex recognitione Debiti.*

17 *Et ex Scriptura per posteriorem Sententiam canonizata.*

18 *Scriptura privata deficientibus requisitis Leg. Scripturas, gaudet privilegio anterioritatis adminiculis concurrentibus.*

19 *Et quomodocumque comprobetur, validitatem sumit a die confectionis.*

20 *Hypotheca probari potest per Testes.*

21 *Prior in tempore posteriorem excludit.*

22 *Dos, ad instar Fisci, præfertur Creditoribus anterioribus in Bonis postea quæsitis.*

23 *Doctores in contrarium allegantur.*

24 *Regula Prior tempore potior est Iure, etiam in Dote servanda est, et num.* 26.

25 *In Bonis emptis ex pecunia Dotali Mulier, ex cuius pecunia fuerunt quæsita, præfertur.*

27 *Potioritas favore Dotis habet locum etiam super bonis cuiuscumque pro Dote obligati.*

28 *Obligatio sola solvendi pretium non præsefert formalem accollationem Debiti.*

29 *Obligatio Bonorum hypothecam parit.*

IN Iudicio Salviani interdicti, introducto coram me ad instantiam D. Ferdinandi de Zuccherinis, uti hæredis Constantiæ Parenti, concessa fuit Immissio pro credito petiarum 225. & fructuum decursorum a die 22. Novembris 1674. & in futurum decurrendorum in possessionem Bonorum possessorum per D. Dominicum, & alios de Iustis, quia omnia extrema in huiusmodi Iudicio requisita in Actis probavit, nempe creditum cum hypotheca, possessionem debitoris de tempore obligationis, & possessionem de præsenti dictorum de Iustis, quibus probatis immissio non denegatur, ex traditis de
1 communi per *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 117. n. 1. et per tot. Mell. alleg. 5. num. 1. lib. 2. Andreol. contr. 170. num. 1. p. 2. Cenc. de censib. qu. 98. n. 16. et seqq. Merlin. de pign. et hyp. lib. 5. tit. 2. qu. 78. n. 17. et seqq. Post. resol. 2. n. 1. et n. 12. 28. et res. 13. n. 1. et res. 17. Sabell. var. res. cap. 44. Rot. post Zach. de oblig. Camer. dec. 187. n. 1. dec. 239. in princ. vers. constat enim, decis. 240. num. 1. post Cenc. de censib. dec. 53. n. 3. et dec. 261. n. 1. penes Post. de manutent. dec. 126. num. 3. et dec. 219. num. 4. et in rec. dec. 124. num. 1. par. 18. tom. 1. et dec. 520. n. 1. et decis. 669. num. 1. par. 18. tom. 2. et decis. 138. num. 5. et dec. 288. n. 4. et dec. 362. n. 6. par. 19. t. 1. et dec. 611. n. 1, par. 19. tom. 2. et in addit. ad Card. de Luc. dec. 27. n. 2. tom. 5. et in Romana Salviani Lun. 28. Iunii 1706. §. Iustitia autem, cor. R. P. D. Scotto, et in Firmana Salviani Mercurii 22. Iunii 1707. §. Iustitia, cor. R. P. D. Molines, et in Romana Immissionis, Vener. 30. Aprilis 1706. §. Validitas, cor. Emin Caprara.*

Et conceditur contra quemcumque tertium Bonorum obliga-
2 torum possessorem, *Pacific. de Salvian. interdict. inspect. 3. cap. 1. num. 4. et seqq. Cenc. de censib. par. 2. cap. 2. qu. 5. art. 9. n. 10. Ridolphin in prax. par. 2. cap. 6. n. 73. Thomat. dec. Marcb. dec. 109. n. 2. Conciol. de hæred. benefic. art. 4. n. 100. Gratian. discept. for. 37. num. 34. Paitel. exped. civil. 81. num. 28. Gait. de cred. cap. 4. qu. 7. n. 732. et seqq. Rot. apud Pacific. de Salvian. interdict. dec. 1. num. 5. dec. 15. num. 2. et dec. 56. num. 5. et dec. 25. n. 5. apud Gregor. dec. 491. num. 4. in recent. dec. 539. num. 1. ante fin. par. 4. et dec. 172. num. 20. par. 10.*

De credito D. Zuccherini cum hypotheca constat ex Apocha, seu Scriptura Venditionis Negotii Aromatariæ remansæ in hæreditate qu. Antonii Fabri, cum obligatione generali omnium Bonorum Ioannis Ventii emptoris de solvenda dote dictæ Constantiæ Parenti Uxori eiusdem Fabri, & Auctrici D. Zuccherini,

quæ

quæ ad hunc effectum facit probationem probatam; *Pacific. de Salvian. interdict. inspect.* 1. *cap.* 5. *num.* 4. *Scapucc. de Salv. qu.* 33. *in fin. lib.* 1. *Peregr. in prax. par.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersect* 19. *n.* 7. *Mans. consult.* 32. *num.* 3. *et consult.* 33. *num.* 2. & pluries *Rot. Lucen. in Lucana Salviani Lunæ* 27. *Ianuarii* 1681. *num.* 1. *coram D. Contino*, *impressa penes præclarissimum D. Palm. Nep. alleg.* 125. *lib.* 2. *et in Lucana Salviani Sabathi* 24. *Ianuar.* 1688. *cor. D. Maximiliano de Meis apud eumdem D. Palm Nep. alleg.* 281. *num.* 2. *lib.* 3. *et penes Andreol. contr.* 170. *num.* 1. atque millies inquit *Rot. Romana*, & præsertim *post Merlin. de pign. dec.* 30. *num.* 1. *et post Pacific. de Salvian. dec.* 13. *num* 1. *et in recent. decis* 135. *num.* 1. *par* 6. *et dec.* 364. *num.* 15. *par.* 14. *et dec.* 288. *num.* 2. *par.* 19. *et in Romana Immissionis Vener* 30. *Aprilis* 1706. §. *Validitas*, *cor. Emin. Caprara*. 3

Iunctis potissimum Decreto Magistratus Pupillorum, in quo fuit ordinata Venditio dictæ Aromatariæ cum obligatione dicti Ventii, & Sententia postea contra ipsum lata de anno 1680. in Tribunali DD. Conservatorum Legum, qua in Iudicio nullitatis dictæ Scripturæ, & obligationis ab eo prætensæ adversus DD. de Arriguccis, & de Lorinis, eadem obligatio fuit canonizata, sicuti in simili casu iudicavit *Rot. Lucen. in dict. Lucana Salviani* 24. *Ianuarii* 1688. *eod. num.* 2. *cor. D. Aud. de Meis*, *et eadem Rot. Lucens. in Lucana Salviani die Iovis* 3. *Septembris* 1693. *cor. Me*, *impress. inter meas resol. forens. resol.* 52. *num.* 2. 4

Possessio vero prædictorum Bonorum, ad quæ concessa fuit immissio, penes Ioannem Ventium emptorem dictæ Aromatariæ de tempore obligationis, vel postea, satis visa fuit iustificata ex fide Decimarum, in qua de anno 1695. demuntur a Partita Ioannis Ventii dicta Bona, & transferuntur ad æstimum DD. de Pinadoris emptorum, cum declaratione, quod dd. Bona idem Ventius acquisiverit a Luca, & aliis de Petracchis, cum ab Æstimo, Catastro, & Decima, possessio sufficienter probetur, prout in mea *resol.* 94. *num.* 59. *tom.* 1. *par* 2. auctoritate *Peregrin. de fideic. art.* 44. *num.* 7. *et dec.* 2. *num.* 1. *Magon. dec. Florent.* 10. *num.* 6. *et. seqq. et dec.* 37 *num.* 3. *Fusar. de substit. qu.* 618. *n.* 18. *Contr. discept. Ferrar. cap.* 48. *num.* 14 *in fin. Episcop. Rocca cap.* 10. *num.* 51. *et seqq. lib.* 1. *Rot. in rec. dec.* 205. *num.* 6. *par.* 8. *et dec.* 166. *num.* 27. *par.* 17. & in terminis Libri Decimarum Florentiæ, *Magon. dec. Florent.* 37. *num.* 3. *et seqq. Rot. Florent. lib. mot.* 101. *a* 52. *ex lib. mot.* 106. *a* 268. *vers. et præcipua obiectio*, *Illustris. D. meus Aud. Iacob. De Comitibus in dec. Florent.* 17. *num.* 5. *Pacion. alleg.* 87. *num.* 12. *Catan. consil.* 25. *num.* 11. *Rot. nostr. apud eumdem dec.* 6. *n* 3. *et* 4. *dec.* 14. *n.* 4. *et decis.* 5 6

18. *num.*

18. *num.* 14. *Rot. Romana in rec. dec.* 229. *num.* 15. *et dec* 387. *num.* 3. *par.* 14. *et dec.* 166. *num.* 9. *et. seqq. par.* 15.

Sicuti ab eadem Decima, & Catastro probata remanet moderna possessio illorum de Iustis reorum conventorum in quorum nomine eadem Bona in præsenti reperiuntur descripta, ac etiam probatur ex litis substentatione, quæ sola sufficeret, etiam sine
7 adminiculis, ut dixi in *dict. resol.* 94. *n.* 68. *et resol.* 100. *num.* 20. *tom.* 1. *p.* 2. ac docent *Ridolph. in prax. par.* 2. *cap.* 14. *n.* 116. *Rot. cor. Cavaler. dec.* 5. *num.* 7. *et in rec. dec.* 251. *num.* 3. *par.* 6. *et dec.* 186. *n.* 4 *par.* 7.

Præterquamquod hæc posteriora extrema non fuerunt controversa.

Neque obumbrari valet primum extremum obligationis, & hypothecæ ex eo, quod Scriptura antenarrata obligationis Ventii solvendi Dotes dictæ Constantiæ, non sit munita subscri-
8 ptione d. Ventii, neque subscriptione trium, sed solummodo duorum Testium, & careat recognitione cum expressione temporis, quo Apoca fuit confecta, quæ regulariter sunt necessaria pro exclusione suspicionis antidatæ & collusionis, ad effectum, ut illa præferri valeat posteriori creditori ex publico Instrumento, ut de communi tradunt *Cyriac. controv.* 224. *num.* 10 *Merlin. de pign. lib.* 4. *qu.* 15. *num.* 41. *Post. resol.* 14. *num.* 8. *et* 9. *et resol* 119, *Genua de script. priv. lib.* 1. *qu.* 16. *conclus.* 3. *num.* 24 *fol.* 67. *et* 43. *fol.* 68. *Marescott. variar. res. cap.* 79. *n.* 11. *lib.* 1. *Surd. dec.* 72. *num.* 1. *Calvin. de æquit. cap.* 291 *num.* 12. *et* 13. *Merend. controv. iur. lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 12. *et num.* 25. *vers. imo vero, et Sabell. resol.* 66. *num.* 4. *et* 6. *Castald. cons.* 137. *n.* 20. *et seqq. tom.* 2. *Urceol. cons. forens.* 1. *n.* 18. *Gait. de credit. cap.* 2. *tit.* 8. *a num.* 30. 36. *A Costa de privileg. cred. regul.* 3. *ampliat.* 6. *per tot. Rodriguez de concurs. credit. par.* 2. *art.* 1. *a n.* 12. *Salgad. in labyrint. cred. par.* 2. *cap.* 20. *num.* 29. *et par.* 3. *cap.* 15. *num.* 28. *et* 29. *Card. De Luc. de cred. et deb. disc.* 28. *num.* 11. *et disc.* 33. *n.* 3. *Iovius de solemnit. in contract. minor. gloss.* 22. §. 23. *num.* 165. *& seqq. Bonden. collect. leg.* 5. *n.* 23. *& seqq. tom.* 2. *Rot. cor. Peutinger. dec.* 410. *num.* 11. *& coram Bich. dec.* 403. *num.* 16. *&* 17. *cor. Cavaler. dec.* 492. *n.* 2 *& cor. Merlin. dec.* 135. *num.* 3. *& post Merlin. de pignor. dec.* 17. *num.* 7. *& dec.* 19. *num.* 1. *& in rec. dec.* 97. *num.* 8. *&* 9. *et dec.* 256. *num.* 10. *par.* 14.

Nam recepta est communiter in Foro opinio, quod dicta forma subscriptionis trium Testium, & recognitionis, & subscriptionis Partium non sit præcisa, sed adimpleri possit per æquipollens, quia etiam ex aliis probationibus, & adminiculis de rei

rei veritate potest constare, & elidi suspicio collusivæ antidatæ, qua cessante cessare quoque dicitur d. Legis dispositio, ex de- 9
ductis per *Bald. in d. Leg. Scripturas*, *gloss.* 1. *vers. tu dic*, *et per Fulgos. in celebri cons.* 132. *Mantic. de tacit. & ambig. tit.* 24. *n.* 8. *lib.* 11. *Franc. dec* 95. *num.* 6. *& seqq.* ibique *De Luc. n* 3. *Genua de script priv. d. qu.* 16. *concl.* 2. *num.* 26. *D. Palm. Nep. alleg.* 32. *num.* 39. *lib.* 1. *Castald. cons* 137. *n.* 28. *et* 29. *tom.* 2. *Episcop. Rocc. disp. iur. select. cap.* 3. *num.* 2. *tom.* 2. *Antonell. cons.* 99. *num.* 28. *&* 29. *Gratian. discep.* 391. *num.* 2. *& discept.* 964. *num.* 28. *Ciroch. discept.* 67. *num.* 60. *Merlin. de pignor. lib.* 4 *qu.* 15. *num.* 32. *Urceol. cons. for. cap* 1. *n.* 21. 22. *& seqq. & num.* 28. *& seqq. Mans. cons.* 569. *num.* 17. *tom.* 6. *Marescott. var. resol. cap.* 79. *num.* 12. *& seqq. lib.* 1. *Card. De Luc. d. disc.* 28. *num.* 11. *& disc.* 33. *num* 5. *& de feud. disc.* 94. *n.* 6. *Magon. dec. Flor.* 122. *num.* 10. *Gratian. dec.* 94. *num.* 22. *Rot. cor. Merlin. dec.* 135. *per tot. cor. Bich dec.* 10. *num.* 12. *cor. Coccin. dec.* 1091. *n.* 6. *& cor. Ninot. dec.* 10. *num.* 7. *& post Merlin. de pignor. dec.* 17. *num.* 4. 5. *&* 6. *& dec.* 79. *num.* 10 *& seqq. & cor. Seraph. dec.* 879. *num.* 2. *& dec.* 1221. *num.* 1. *& coram Cavaler. dec.* 446. *n.* 7. *&* 8. *et in rec. dec.* 24. *n.* 6. *par.* 7. *dec.* 242. *num.* 11. *&* 12. *par.* 9. *dec.* 335. *num.* 7. 421. *num.* 6. *par.* 15. *dec.* 97. *num.* 8. *par.* 14. *dec.* 276. *num.* 2. *& seqq. par.* 17. *dec.* 255. *num.* 2. *& seqq. par.* 18. *tom.* 1.

Dummodo tamen huiusmodi probationes æquipollentes sint sufficientes ad inducendam necessariam veritatis certitudinem, 10
iuxta monitum *Ab Eccl. observ.* 51. *num.* 14. *Card. De Luca de cred. disc.* 33. *n.* 6. *&* 7. *& de iudic. disc.* 29. *num.* 7. *&* 10.

Et ad perfecte instruendum animum Iudicis de veritate temporis scripturæ confectæ, prout firmat *D. Palm. Nep. alleg.* 32. 11
num. 39. *Rot. cor. R. P. D. Priolo. dec.* 403. *num.* 16. *& coram Ansald. dec.* 24. *num.* 5. *&* 17.

Cessante semper dispositione dictæ Legis, quoties cessat fraus, *Genua de script. priv. ad d. L. Scriptras*, *concl.* 2. *num.* 22. *cum* 12
seqq. Vincent. de Franc. dec. 95. *num.* 6. *&* 7. *Gratian. cap.* 964. *num.* 28. *D. Palm. Nepos alleg.* 32. *num.* 39. *Rot. dec.* 24. *num.* 6. ubi de Apoca tribus Testibus non munita, *& dec.* 101. *num.* 2. *par.* 7. *recent.*

Non deficiunt autem in præsenti probationes concludentes, & sufficientes, non tantum ad probandam veritatem Scripturæ, quam illius anterioritatem.

Primo enim concurrit Decretum Magistratus Pupillorum sub die 9. Novembris 1674. in quo mandatum fuit, ut deveniretur per Administratores hæreditatis dicti Fabri, & dicti Negotii Aromata-

matariæ ad alienationem eiusdem Negotii, & quod in contractu venditionis idem Ioannem Ventius Emptor teneretur facere scripturam, & obligationem expressam solvendi Dotem dictæ Constantiæ ex prætio dicti Negotii, obligati a Fabro pro restitutione eiusdem Dotis.

Secundo concurrit Scriptura venditionis immediate confecta cum dicta obligatione præcisa nomine Ventii solvendi eandem dotem cum subscriptione sub die 22. Novembris eiusdem anni 1674. dictorum Administratorum, venditorum Aromatariæ, & duorum Testium.

Tertio subsequutus effectus traditionis rei venditæ, & negotii cum observantia Contractus usque ad præsentem diem.

Quarto exactio ad instantiam eiusdem Constantiæ partis dictæ Dotis vigore dictæ Scripturæ.

Quinto exhibitio eiusdem Scripturæ in iudicio de anno 1680. facta ab eodem Ventio, confitente veritatem Scripturæ, & instante pro nullitate eiusdem coram Magistratu Conservatorum Legum ex capite minoris ætatis contra DD. Arriguccium, & Lorinum.

Sexto denique Sententia d. Magistratus Conservatorum Legum condemnatoria eiusdem Ventii vigore dictæ Scripturæ.

Ex quibus insimul iunctis hæsitandum non est, quin sufficiens probatio deducatur, non tam ad probandam veritatem Scripturæ, quam illius anterioritatem, cum nedum in præcedenti Decreto Magistratus Pupillorum, & mandante confectionem dictæ Scripturæ, quam in Sententia postea emana-
13 ta in Tribunali Magistratus Dominorum Conservatorum Legum, & eiusdem Scripturæ canonizatoria, de ea fiat mentio, prout de Scriptura, de qua fit mentio in alia Scriptura. optime *Antonell. cons.* 99. *num.* 28. *in fin. Urceol. consult* 1. *num.* 51. *Ansald. de commerc. & mercat. disc.* 82. *num.* 26. *Rot. cor. Seraphin. dec.* 879. *num.* 2. *&* 3. *& dec.* 1221. *num.* 1. *& post Merlin. de pignor. dec.* 53. *num.* 3. *& cor. Caval. dec.* 446. *num.* 8. *& cor. Ninott. dec* 10. *num.* 9. *& in rec. dec.* 568. *num.* 4. *par.* 5. *tom.* 2. *& dec.* 24. *num.* 7. *par.* 7. *& dec.* 13. *n.* 11. *&* 12. *par.* 12.

Et de confessione debitoris aliis coniecturis, & adminiculis
14 roborata, *Surd. dec.* 135. *num.* 5. *& dec.* 105. *n.* 7. *Mans. cons.* 569. *num.* 18. *Rot. dec.* 685. *num.* 9. *par.* 1. *divers. & cor. Buratt. dec.* 136. *num.* 6. *&* 7.

Et de observantia Scripturæ per longum temporis interval-
15 lum, ac de solutione sequuta in vim illius in terminis nostris, *Rot. coram Bich. decis.* 10. *num.* 12. & generaliter admisit, *Rota dec.* 185. *num.* 7. *par.* 10. *recent. & dec.* 104. *num.* 12. *par.* 16.

&

& dec. 433. *n.* 7. *&* 8. *cor. Priol. & post Torr. variar. resolut. tom.* 3. *Miscellan. par.* 2. *dec.* 10. *tit.* 12. *n.* 6. *&* 7. *pag.* 252.

Et de recognitione Debiti relative ad actum antecedentem, prout in præsenti ad Decretum Magistratus Pupillorum, ad effe- 16
ctum excludendi suspicionem fraudis, & antidatæ, *Gratian discept.* 391. *num.* 15. *&* 16. *per tot.* & ibidem *Carol. Anton. De Luc. n.* 4. *Mans. consult.* 569. *num.* 14. *& Rot. coram Ansald. decis.* 24. *num.* 15. *&* 16.

Et de Scriptura per Sententiam posteriorem canonizata, *Rot.* 17
in Melphit. Cappellaniæ Lunæ 7. *Iunii* 1700. *coram Reverendiss. Ansald. post Torr. variar. iur. tom.* 3. *Miscell. dict. decis.* 10. *tit.* 12 *num.* 7.

Quoties enim aliunde ex aliis probationibus, coniecturis, & circumstantiis constat, quod Scriptura privata sit anterior debito resultante ex publico Instrumento, adimpleta dicitur dictæ Legis dispositio.

Quia omnia contraria procedunt deficientibus non tam subscriptione Debitoris, & trium Testium, & illorum recognitione, 18
quam alia æquipollenti probatione, *Rot. coram Bich. dec.* 10. *num.* 12. *& seqq. & in rec. dec.* 276. *n.* 2. *& seqq. par.* 17. *& decis.* 255. *n.* 2. *& seqq. par.* 18.

Adeout Scriptura quomodocumque sit comprobata dicatur suam validitatem desumere a die confectionis, ut de communi
concludunt *Gratian. discept. for.* 391. *n.* 2. *& per tot.* ubi docet, 19
quod ad hunc effectum scriptura aliunde comprobata probet hypothecam etiam sine Testibus, quinimo ad hypothecam proban- 20
dam non requiratur scriptura, neque subscriptio Debitoris, & satis esse eam Testibus probari iuribus ab eo citatis *n.* 9. *& seqq. & Cirocch. discept.* 67. *num.* 60. *&* 61. *Sabell. variar. resol. cap.* 66. *num.* 17. *Merlin. de pignor. lib.* 4. *qu.* 15. *num.* 32. ubi ex ore Fulgosii dicit nihil referre, quod tempus & creditum probetur ex tribus Testibus, vel duobus cum aliquo adminiculo, *Urceol. cons.* 1. *num.* 28. *Mell. observ.* 25. *n.* 36. *&* 37. *& seqq. Rota coram Buratt. dec.* 905. *num.* 4. *& cor. Merlin. dec.* 135. *n.* 5. *&* 6. *& coram Cavaler. dec.* 446. *num.* 8. *& in recent. decis.* 276. *n.* 2. *& seqq. part.* 17. *& dec.* 255. *n.* 2. *& seqq. par.* 18.

Probata autem veritate, & anterioritate dictæ Apocæ Immissio retardari non poterat ab Instrumento Dotali Mariæ Nuntiæ Diecjne secundæ uxoris dicti Ioannis Ventii, celebrato de anno 1679. quo se tueri contendebant Possessores dictorum Bonorum, quia, cum Iura D. Ferdinandi Zuccherini provenientia
a Dote Constantiæ Parenti sint in tempore anteriora, eidem præ- 21
latio competit, uti creditori anteriori iuxta regulam Capituli *Qui*

prior

prior de regul. iur. in 6. & Leg. si fundum 4. Cod. qui potior. in pignor. hab. Leg. qui Balneum 9. ff. eod. tit. Mans. consult. 325. num. 2. et seqq. tom. 4. Merlin. de pign. et hypoth. quest. 68. num. 13. lib. 3. tit. 2. Rot. cor. Coccin. dec. 852. n. 15. dec. 973. num. 1. dec. 1259. num. 2. et dec. 1953. num. 5. et in addit. ad Card. De Luc. dec. 50. num. 1. tom. 6. et in mantiss. ad eund. Card. de Luc. dec. 11. num. 23. d. tom. 6.

22 Non obstante replicatione, quod Dos præferatur creditoribus anterioribus, etiam expressam hypothecam habentibus in bonis, prout in præsenti, postea quesitis per maritum, & alium obligatum pro Dote ad instar Fisci, cui huiusmodi privilegium concessum est in *Leg. si is qui 28. ff. de iure Fisci*, ex late traditis per *Salicet. in Leg. licet. 7. num. 4. et in Leg. assiduis 12. num. 4. Cod. qui patiens, Mantic. de tacit. et ambig. convent. lib. 11. tit. 25. num. 5. Carleval. de iudic. lib. 1. tit. 3. disp. 34. num. 15. et seqq. Castill. contr. iur. cap 4. num. 19. lib. 3. Merlin. de pignor. et hypoth. lib. 3. tit. 3. qu. 87. num. 4. et seqq. et qu. 88. num. 18. Pacific. de Salvian. interdict. inspect. 3. cap. 2. n. 473. et inspect 3. cap. 4. num. 636. Gait. de credit. cap 4. num. 1547. et 1828. et seqq. et 1631. Rota cor. Buratt. dec. 639. num. 17.* quam opinionem pro Dote tuentur post *Bald. in Leg. assiduis n. 6. Salicet. ibid. num. 4. Cod. qui potior. in pign. Bald. novell. de dote par. 10. num. 36. De Pont. cons. 80. num. 1. et seqq. lib. 1. Andreol. contr. 9. n. 10. et seqq. Negusant. de pign. par. 2. membr. 4. num. 100. et seqq. Peregr de iure Fisci lib. 6. tit. 6. num. 17. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 26. num. 23. Cancer. variar. par. 1. cap. 9. num. 2. Acost. de privil. credit. regul. 2. ampliat. 7. num. 166. et seqq. Rodrig. de concurs. par. 1. art. 2. num. 2. et 6. Pacific. de Salvian. inspect. 3. cap. 2. num. 493. et seqq. Tranched. consult. 28. num. 19. lib. 1. Galeot. controv. 63. num. 20. lib. 2. Boss. de dote cap. 18. num. 50. Saminiat. contr. 17. num. 39. et seqq. Mut dec. 33. num. 3. Constant. ad Stat. Urb. annot. 30. n. 186. et seqq. num. 322. et seqq. Episcop. Recc. disp. 108. ex num. 35. R. P. D. Ansald. de mercat. disc. 13. num. 30. disc. 85. num. 7.* & comprobant exadverso allegati *Barbos. in 2. par. lib. 1. n. 17. ff. de solut. Matrim. Valasc. de privileg. Pauper. par. 2. qu. 8. num. 176. Gutier. pract. lib. 5. qu. 99. ex n. 11. ad 18.* quam Sententiam quoque tenuit Sacra Rota Romana, ut in *dec. 328. num. 19. par. 5. dec. 7. num. 5. et seqq. par. 12. dec. 406. n. 6. dec. 505. n. 6. par. 13. dec. 248. num. 2. par. 15. dec. 331. num. 15. et seqq. dec. 493. num. 8. seqq. par. 18. recent. cor. Cerr. dec. 477. num. 8. Ninot. dec. 17. num. 5. et post De Luc. de donat. in Mantiss. dec. 27. num. 16. et in Romana Domus 6. Martii 1684.*

§. *ta-*

§. *talem cor. Albergato, et* 2. *Aprilis* 1685. §. *secundo cor. Rondinino*, *et* 28. *Aprilis* 1686. §. *penult. cor. Hervault.* ac demum amplexa fuit Rota nostra, & signanter *lib. mot.* 53. *a* 279. *lib.* 55. *a* 39. *lib.* 91. *a* 393. *lib.* 99. *a* 23. *lib.* 101. *a* 239. *lib.* 103. *a* 84. & fuit iudicatum a Magistratu Pupillorum sub die 27. Iunii 1673. de Voto bon. mem. Auditoris Gherardini in Caussa Cosimi e Toci, idque ipsum antea decisive responderat *Caball. cons.* 17. *num.* 6. *lib.* 1.

Nam omissa hac indagine, in qua plures Doctores post glossam in *Leg. assiduis*, *Cod. qui pot. in pign. hab.* contrariam opinionem tenent, & fortissimis rationibus, & argumentis defendunt, & in specie *Bolognet. in Leg.* 1. *num.* 68. *ff. solut. matrim.* & ibidem *Barbos. in* 2. *par. lib.* 1. *a num.* 17. *et seqq. Bellon. iun. cons.* 41. *n.* 14. *et per tot.* ubi solidissimis fundamentis hanc opinionem sustinent, & magis ex professo *Gizzarell. dec.* 1. *per tot.* ubi refert ita decisum per Sacrum Concilium Neapolitanum ne dum in casu dictæ Decisionis, sed etiam in plerisque aliis antea, & postea, cuius Sacri Concilii opinionem, & Gizzarelli decisionem refert quoque, & sequitur *Gait. de credit. cap.* 4. *qu.* 11. *a num.* 1597. *usque ad num.* 1618. ubi pro hac opinione resolvit, *Valasc. de privil. pauper. par.* 3. *qu.* 88. *num.* 77. *Felician. de cens. tom.* 2. *lib.* 3. *cap* 5. *n.* 18. *vers. altera vero*, *Roder. de ann. reddit. lib.* 2. *qu.* 20. *n.* 26. *Castill. contr. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 20. *et seqq. Guttier. pract. qu. lib.* 3. *qu.* 99. *n.* 18. *Asin. de execut.* §. 7. *cap.* 21. *a n.* 4. *de Marin. ad reverter. dec.* 74. *num.* 34. *et dec.* 380. *num.* 4. *et resol cap.* 72. *num.* 9 *lib.* 1. *P. Gar. ad Covarr. var. resol. cap.* 7. *num.* 39. *et cap.* 16. *num.* 25. *lib.* 1. *Merlin. de pign. et hypoth. lib.* 3. *tit.* 1. *qu.* 68. *num.* 11. ubi, examinata funditus quæstione, & relatis hinc inde contrariis fundamentis ait, hanc opinionem esse magis receptam, & magis veram pro ea deducendo Leges, Glossas, & Doctores magni nominis, *Olea de cess. iur. tit.* 3. *qu.* 7. *num.* 4. ubi quod verior sit hæc Sententia tam de iure communi, quam de iure Regio, & quod ab hac Sententia in iudicando, & consulendo non recederet, *Card. De Luc. de dote disc.* 83. *num.* 11. *et per tot.* dicens, omnino probabiliorem, ac in foro recipiendam videri hanc opinionem, *et disc.* 84. *per tot.* præsertim *num.* 2. *et* 4. ubi subdit quod quando formiter articulus disputaretur, omnino pro hac sententia creditoribus anterioribus favorabili respondendum crederet, tam ratione favoris publici commercii, quam conservationis iuris gentium, fundari in naturali dictamine, seu æquitate, & in hanc inclinat *Rot. dec.* 84. *num.* 16. *par.* 18. 23

Conclusio tamen ista non procedit, quando in bonis postea quæsitis concurrunt duæ Dotes, prout in præsenti casu, quo utraque pars nititur iuribus dotalibus prima in agendo Dote Constantiæ Parenti altera in excipiendo Dote Mariæ Nunciæ Dia-
24 cine, quia in hoc casu servanda est prioritas temporis cuiusque Dotis, & dicta regula *Capituli*, *qui prior tempore potior est iure de regul. iuris in 6.* ut constat ex dicta *Leg assiduis §. exceptis*, *& auth si quid*, posita post dicta *Leg. assidiuis*,& latius *ex auth. Ut exactione instante Dotis ad medium*, & post alios tradunt *Negusantius de pign. membr. 2. par. 5 num. 22 Mantic. de tacit. & ambig. conv. lib. 11 tit 26 num. 37 Petr. Barbos. in Leg. 1 par. 6 num. 25. vers. ultim. ff. solut. matrim. Rodriq de concurs credit. par. 1 art. 1 num. 17. vers. rursus*, *Boss. de dote cap. 18. n. 90. Gait. de credit. qu. 11 n. 1652 Cancer. var. resol par. 1 cap 9 num. 34. Merlin. de pign. lib 3 tit. 2 qu. 63 per tot. Carleval. de iudic. lib. 1 tit. 3 disp. 34 num. 17* ubi de ratione, *Constant. ad Statut. Urb. annot. 30. art. 3 num 325 tom. 1.*

Nisi doceatur de Bonis emptis ex pecuniis certæ Dotis, quia tunc in concursu duarum Dotium super huiusmodi Bonis præ-
25 fertur Mulier, ex cuius pecuniis illa empta sunt, *Leg. in rebus Cod. de iur. dot.*, & latissime habetur, & explicatur in dicta *auth Ut executione instante Dotis ad medium*, & tradunt *glossa*, *Bald. Salicetus in dicta Leg. in rebus*, *Mantic. in d. tit. 26 num. 42 et duobus seqq. Cancer. loc. proxime citat. Gait. dicta qu. 11 n. 1653 Boss. de dote d. cap. 18 num. 90 vers. tamen si soluto*, *& Constant. ad Statut. Urb. d. annot. 30 art. 3 n. 326.*

De quo, cum nulla afferretur in actis probatio, neque adduci posset, cum Dos Constantiæ Parenti ius suum desumat ab anno 1674, & illa Mariæ Nuntiæ Diacine ab anno 1679, bona vero controversa acquisita fuerint longe postea de anno 1689, adeout non tam inverisimile, quam improbabile foret, ut ex dictis pecuniis dotalibus dicta Bona fuissent acquisita, præsertim cum intermedio tempore, & ante emptionem dictorum Bonorum Ventius emerit aliud Negotium Aromatariæ a I. U. D. Domino Laurentio Ænea Cocchi pretio scutorum 827. in quo potius præsumenda est conversa, & consumpta Dos secundæ Uxoris, ideo sublata de medio quacumque præsumptione, & probatione locum esse dictæ regulæ *Qui prior in tempore potior in iure* visum fuit,
26 prout in terminis nostræ quæstionis deficiente dicta probatione, respondet *Card. De Luca de dote dict. disc. 84 n. 9. & seqq. & Rota Romana d. dec. 84 num. 17 & 18. par. 18 tom. 1.*

Quod procedit etiam si non agatur de Bonis Viri obligatis pro restitutione Dotis, sed aliorum, quia privilegium hypothecæ, & po-

& potioritatis favore Dotis non solum sibi vindicat locum in Bonis Mariti, verum etiam in Bonis cuiuscumque dotalem obligationem suscipientis, *Mantic. de tacit. lib.* 11 *tit.* 19 *num.* 40. ubi in specie de eo, qui soluto Matrimonio pro Dote se obligavit, *Negusant. de Pignor. par.* 2 *membr.* 4 *num.* 62. *Bald. novell. de dote par.* 6 *privil.* 7 *per tot. Maur. de Fideiussor. sect.* 8 *cap.* 49. *Merlin. de pign. lib.* 3 *tit.* 2 *qu.* 53 *n.* 1. 2. *Pacific. de Salvian. interdict. inspect.* 3 *cap.* 4 *n.* 135 *&* 138. 27

Parum, aut nihil denique refragante, quod obligatio Ventii non præseferat formalem accollationem, aut novationem, & delegationem, sed solam obligationem solvendi pretium ad notata, per *Post. resol.* 122 *num.* 36. *Paulut. disser.* 77 *num.* 40 *& seqq. & Rot. cor. Merlin. dec.* 634 *num.* 3 *tom.* 2. cum ad effectum desumendi hypothecam expressam anteriorem, & necessariam in hoc Iudicio ad favorem Constantiæ Parenti, & D. Ferdinandi Zuccherini eius hæredis sufficiat, quod Ventius se obligaverit ad solvendam dictam Dotem, & quod defecerit in solutione de qua obligatione satis constat ex verbis dictæ Apocæ = Siccome detto Sig. Giovanni Venzi s' obbligò, e s' obbliga = a favore di detta Sig. Costanza senza alcuna innovazione, o = pregiudizio delle di lei ragioni, anteriorità, e poziorità, co= me più largamente è dichiarato nel sopracitato Decreto del = Magistrato dei Sigg. Uiiziali dei Pupilli „ ex quibus hypothecam oriri, quia obligatio est Mater hypothecæ, respondent *Bald. in Leg. ad diem in fin. ff. de reb. obligat. Merlin. de pign. & hypoth. lib.* 2 *tit.* 3 *qu.* 94 *num.* 6. *Mantic. de tacit. lib.* 11 *tit.* 3. *num.* 8. *Rot. coram Bich. dec.* 321 *num.* 3. *& dec.* 356 *num.* 5. *& dec.* 416 *num.* 1 *& seqq. & in rec. dec.* 276 *n.* 8 *par.* 17. *et dec.* 255 *num.* 7 *par.* 18 *tom.* 1. 28 29

Et ita utraque Parte informante.

Antonius Gabriel Calderonus Rot. Aud.

DECISIO XI.

LIBURNEN MANDATI

die 15. *April.* 1719. *cor.* Audit. Antonio Gabriele Calderono.

ARGUMENTUM.

De mandato, & de obligatione tam Mandantis, quam Mandatarii, & de actione tam Mandanti, quam Mandatario compe-

tente. Quando mandatum dicatur ad certum diem, tempus, & actum constitutum, seu potius indefinite, & illimitate conceptum, prout in præsenti resolvitur. Plura quoque traduntur in subiecta materia, ex quibus excluditur excessus in executione mandati, & probatur diligentia Mandatarii. Explicatur *Textus in L. Boves §. Hoc sermone ff. de verbor. signific.* ubi sermo simpliciter prolatus de primo actu intelligitur, & ex pluribus limitationibus adductis a regula receditur.

SUMMARIUM.

1 *Verba simpliciter prolata restringuntur ad primum actum.*
2 *Mandatum tempore præfinitum impleri amplius non potest, eo elapso.*
3 *Procurator fines mandati transgrediens non habet actionem contra mandantem.*
4 *Et generaliter in qualibet transgressione.*
5 *Et transgrediens nihil agit, neque mandantem obligat, et n. 6.*
7 *Et nomine proprio egisse præsumitur.*
8 *Ac mandantis favore tenetur ad interesse.*
9 *Verba indeterminata omne tempus comprehendunt.*
10 *Verbum* primus *restringitur ad primum, & unicum taxative.*
11 *Verbum de* primi *comprehendit tam primum, quam secundum, qui dicuntur* de primi *respective ad ulteriores.*
12 *Verbum* subito *importat breve temporis spatium, & quod fit incontinenti dicitur factum eodem momento, & num.* 13.
14 *Intelligendum tamen est cum aliquo moderamine.*
15 *Et a subiecta materia regulam suscipit, iuxta quam aliquando longum tempus significat, & n.* 16.
17 *Et arbitrio Iudicis eius determinatio relinquitur.*
18 *Et magis communiter arbitrio boni viri.*
19 *Et extenditur ad plures menses.*
20 *Verbum* celeriter *arbitrio Iudicis ad plures menses protrahitur, & num.* 21.
22 *Verba* purchè li bilanci il prezzo: *restringunt dispositionem ad casum expressum.*
23 *Et conditionem important.*
24 *Dispositio conditionalis ante impletam conditionem nihil operatur.*
25 *Tempus adiectum conditioni incipit currere post purificatam conditionem, & num* 26.
27 *Qualitates plures in dispositione requisitæ omnes verificari debent.*
28 *Mandatarius mandatum exequi non obligatur, si deficiat qualitas aliqua principaliter volita.*

29 *Ver-*

29 *Verba* tantum, & dumtaxat *sunt restrictiva, & limitativa.*
30 *Dispositio indeterminate accipitur deficientibus dictionibus illam restringentibus ad certum tempus.*
31 *Tempus præcise probandum est, ubi vis fiat in tempore.*
32 *Verba* deinceps, & gradatim *significant unum actum sequi post alium per ordinem.*
33 *Mandatum præcessisse arguitur ex illius suspensione, & revocatione.*
34 *Suspensio limitata ad tempus expressum non retrotrabitur ad tempus antecedens.*
35 *Temporis unius inclusio est alterius exclusio.*
36 *Mandans sciens gesta a Procuratore, & non contradicens ratificasse præsumitur.*
37 *Verba deprecatoria non inducunt formam præcisam.*
38 *Verbum* placere *de boni viri arbitrio intelligitur.*
39 *Verba* tutto quello farà farà ben fatto, *inducunt ratificationem omnium gestorum, & gerendorum.*
40 *Procurator præsumitur intellexisse mandatum eo modo, quo illud fuit executum.*
41 *Verba posteriora declarantur ab antecedentibus.*
42 *Mandatum expirat per revocationem antequam exequatur.*
43 *Mandatarius tenetur exequi mandatum.*
44 *Coniecturis opus non est in claris.*
45 *Mandans, qui in mandato Legem non prescripsit, censetur voluisse durare facultatem concessam usque quo non revocetur.*
46 *Dispositio L. Boves §. hoc sermone ff. de verb. signific. limitatur quando aliter inter partes actum est.*
47 *Et generaliter de qualibet Legis dispositione.*
48 *L. Boves §. hoc sermone, locum non habet, quando aliter apparet ex voluntate Partium etiam tacita, & coniecturata.*
49 *Dipositio facta ad certum tempus durat durante tempore præstituto.*
50 *Et facta pro certa causa, durante causa durat.*
51 *Dispositio extenditur ad plures actus donec sequatur effectus volitus.*
52 *Dispositioni si in præfixo numero non fuerit satisfactum ad ulteriorem numerum procedi potest.*
53 *Mandatum factum Procuratori, ut ad cambium pecunias accipiat, non de una vice intelligitur, sed de pluribus, donec creditori fuerit satisfactum.*
54 *Mandatum non præsumitur limitatum, nisi de limitatione appareat.*
55 *Mandatarius non præsumitur excessisse fines mandati, nisi concludenter probetur.*

56 *Mandatum extenditur ad ea omnia, sine quibus commissio nequit effectuari.*
57 *Et ad omne necessarium antecedens, & consequens.*
58 *Et ultra tempus præfixum propter necessariam consequentiam.*
59 *Procurator præsumitur habere in mandato omnia necessaria ad illius perfectionem.*
60 *Et contraxisse iuxta mentem sui principalis, donec probetur contrarium.*
61 *Mandatum late interpetratur, ubi verba sint apta aliquid comprehendere.*
62 *Mandati interpretatio non ex illius litera, sed ex mente principalis desumitur.*
63 *Procurator potest a modo, & forma recedere, dummodo sequatur effectus a mandante desideratus.*
64 *Mandati fines non excedit faciens ea, quæ mandato inesse videntur.*
65 *Procurator potest implere mandatum per æquipollens quando alias exequi non potuit.*
66 *Et habens liberam facultatem operandi circa rem mandatam potest facere ea omnia, quæ constituens ipse facere potuisset, & excusatur ab excessu, num.* 67.
68 *Mandatum dubium interpretatur contra mandantem, qui apertius loqui debuerat.*
69 *Mandatarius de excessu, & dolo non tenetur pro eo, quod bona fide implevit; nec damnum pati debet, & n.* 70.
71 *Mandatarius de dolo, & lata culpa tenetur, & de levi iuxta opinionem magis rigorosam, num.* 72.
73 *Dolus non præsumitur, neque culpa, quæ non solum in genere, sed & in specie probanda est, & num.* 74.
75 *Mandans, qui ratificavit actum a Procuratore gestum, non potest illum amplius impugnare.*
76 *Mandans indemnem conservare tenetur mandatarium, n.* 80.
77 *Mandatum ex officio, & amicitia oritur.*
78 *Et est contractus bonæ fidei.*
79 *Et a partibus debet inconcusse servari.*
81 *Iudicio mercatorum in materiis mercaturæ defertur.*
Contra num. 82. *&* 83.

Ro-

ROgavit Dominus Laurentius Morganti Mercator Liburni Epistola scripta die 11. Maii 1716. DD. Ioannem Baptistam, & Petrum de Gismundis Mercatores Panormitanos, ut quotiescumque a Prorege permitteretur extractio frumenti, ad eius computum emerent salmas 800. in 1000. expediendas in duabus onerationibus cum libera, & amplissima facultate gerendi omnia necessaria ad hunc effectum, commendando eisdem celeritatem, perfectam frumenti, sive veteris, sive novi, sive ex maiorchis, sive ex fortibus qualitatem, & pretii utilitatem, & prout latius ex eadem epistola tenoris sequentis „ Osservo il corso del „ grano, e per non passare infruttuoso il carteggio, piacciavi „ alla concessione delle Tratte provvedermene salme 800. in „ 1000. da farne due carichi di quelli dei più prossimi caricato- „ ri, dandovi tal libera commissione per non incontrare le dif- „ ficoltà dell' anno scorso, e le lunghezze del medesimo in che „ molto mi pregiudicasse, e noleggiate costì li Bastimenti di Pa- „ droni da voi ben visti facendomene pronta spedizione. Io cer- „ co di esser de primi, e robba perfetta, per poi sull' andamenti „ di tal genere soggiungervi quel più mi occorrerà. Suddetti „ grani siano maiorchi, o forti non preme, tutto per il lor prez- „ zo, che vi raccomando più vantaggioso sia possibile, nuovi, o „ vecchi non preme, purchè li bilanci il prezzo „

Eumdemque ordinem confirmavit D. Laurentius in aliis quinque epistolis scriptis sub die 18. Maii 25. Maii die 8. Iunii 15. Iunii & die 29. eiusdem cum eadem libera, & amplissima facultate, & cum repetita expressione celeritatis, perfectæ qualitatis frumenti, ac pretii utilitatis, prout in dictis literis 25. Maii „ ibi „ „ robba buona, e di buon peso, non limitandovi prezzo, perchè „ non vi sia luogo di replicare, ma sentire con tutta sollecitudine effettuata mia volontà „ & in literis 15. Iunii in illis verbis „ e come dettovi siano nuovi, o vecchi poco preme, pur- „ chè sia dal prezzo distinta la qualità a ragione.

Acceptata commissione a DD. Gismundis, & concessa a Ministris Regiis extractione salmarum 4000. frumenti veteris DD. Gismundi, ut ex eorum epistola scritta die 20. Iunii, curarunt ad effectum perducere ordinem D. Laurentii, & facta diligenti perquisitione super qualitate, & pretio, atque reperto frumento non perfectæ qualitatis, & pretii summi, & rigorosi, expediens censuerunt solum comparare salmas 400. septimæ indictionis pretio tarenorum 84. pro qualibet salma, que incontinenti, & celeri-

leriter transmissæ fuerunt ad D. Laurentium, qui omnia uti prudenter gesta per DD. de Gismundis approbavit, prout ex eius literis scriptis sub die 6. Iulii in Summario impressis *n.* 7 *fol.* 4. sibique per DD. de Gismundis reservata provisione, & expeditione aliarum salmarum 600. in sequentibus concessionibus Tractarum, devenerunt denique ad illarum provisionem, ut ex eorum epistola scripta sub die 11. Iulii, quo tempore concesse fuerunt dictæ aliæ extractiones frumentorum octavæ indictionis, & quæ salmæ 600. emptæ fuerunt, computatis expensis, ad rationem tarenorum 89. pro qualibet salma, & statim oneratæ fuerunt, & remissæ ad eumdem D. Laurentium, qui recusavit eas recipere, ea ratione, quia fuerunt comparatæ in secundis, & non in primis extractionibus, prout ex literis eiusdem sub die 3 Augusti in Summario impresso *fol.* 6 *&* 7. super qua recusatione introducto Iudicio coram D. Gubernatore Liburni, & reportata Sententia favorabili a D. Laurentio, quod frumentum recte fuisset recusatum, & stare deberet periculo, & ilico DD. de Gismundis, ac in secunda Instantia Causa ad nos devoluta Rescripto Regalis Celsitudinis Clementissimi Domini Nostri, opinionis fuimus Sententiam D. Gubernatoris Liburni revocandi, & declarandi Dom. Laurentium teneri, & obligatum esse frumentum recipere, & pretium DD. de Gismundis solvere.

Pro D. Laurentio Morganti unicum afferebatur fundamentum, quod nempe illius mandatum directum DD. de Gismundis esset limitatum ad primas Tractas, & concessiones extractionum frumentorum ideoque expirasset mediante emptione solum salmarum
1 400 grani per eos facta in primis concessionibus, cum verba simpliciter prolata restringantur ad primum actum, iuxta *regul. Textus in Leg. Boves §. hoc sermone ff. de verb. signific. Barbos. de appellat. verb. signific. appellat.* 7 *num.* 2. *Rota Iannen. de mercatur. dec.* 81 *n.* 4. *Iovius de solemnit. in contract. minor. gloss.* 5 §. 2 *illat* 1 *n.* 8. *Rot. apud Posth. de manutent. dec.* 128 *num.* 4 *et* 6. *& coram Dunoz. iun. dec.* 881 *n.* 7. *& coram Burnit. dec.* 54 *num.* 6. *& in rec. dec.* 138 *num.* 7 *par.* 16.

Ideoque non potuisse postea dd. DD. Gismundos expirata eorum facultate emere in sequentibus Tractis, & concessionibus aliud frumentum pro D. Laurentio, quod compleret numerum
2 salmarum 1000. prout de mandato tempore prefinito, *Bart. in Leg.* 1 §. *ult. num.* 4 *ff. de procur. Paul Castr. cons.* 104 *n.* 1 *et* 2 *lib.* 1. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 7 *tit.* 22 *n.* 29. *et seqq. Tiraquell. lib.* 1 *de retract.* §. 1 *gloss.* 2. *num.* 45. *Ornat. de contract. tom.* 2 *disp.* 44 *de mandato sect.* 7 *n.* 123.

Sic-

Sicque nullam actionem mandati competere DD. Gismundis adversus D. Laurentium, prout in casu transgressionis mandati 3
ratione loci, & temporis habetur in *Leg. qui Romæ §. Callimachus ff. de verbor. oblig.* ubi communiter DD. & *Bald. in Leg.* 1 *§. igitur. vers. nota quod forma mandati ff. de exercit. act. Rota dec.* 535 *n.* 8 *&* 10 *par.* 19. *tom.* 2. & generaliter in qualibet 4
transgressione, *Onnat. d. contract. tom.* 2 *disput.* 44 *sect.* 4 *n.* 88. *& Rota Genuæ dec.* 180 *num.* 3. ubi etiamsi Procurator excesserit formam mandati in modico.

Quia Procurator, & mandatarius, qui transgreditur fines mandati, & agit contra, vel præter, vel citra, operatur sine authoritate, & consensu Domini, & sic nihil agit, & actus non 5
substinetur *Leg. diligenter* 5 *ff. mandat. Mantic. lib.* 5 *de tacit. et ambig. tit.* 16. *Bonden. collect. legal.* 27 *n.* 29 *lib.* 1. *Iovius de solemnit. gloss.* 16 *§.* 10 *num.* 49. *Molin. disput.* 552 *prope fin. Bonaccin. de contract. disput.* 1 *qu.* 2 *punct.* 6 *n.* 12. *Azon. institut. moral. lib.* 9 *cap.* 6 *qu.* 2. *Onnat. de contract. tom.* 2 *disp.* 44 *n.* 87 *&* 88. *Cyriac. contr.* 278 *num.* 8 *& seqq.*

Neque obligat mandantem *Cyriac. contr.* 278 *num.* 3 *lib.* 2. 6
Samminiat. contr. 32 *num.* 10 *lib.* 1. *Mell. alleg.* 35 *n* 11 *lib.* 2. *Mans. cons.* 187 *n.* 9 *et* 10 *et cons.* 200 *n.* 43 *et seqq. Post. dec. Bononien. dec.* 77 *n.* 19. *et* 60. *D. Palm. Nep. alleg.* 186 *num.* 26 *et* 29 *tom.* 2 *Ciarlin. controv.* 8 *num.* 29. *Bonden. collect. legal.* 27 *n.* 29 *tom.* 1. *Conciol. alleg.* 33 *num.* 50. *Rot. in rec. dec.* 79 *n.* 1 *et seqq. et dec.* 93 *num.* 11. *et dec.* 100 *num.* 11 *par.* 6. *et decis.* 202 *num.* 3 *et seqq. par.* 12. *dec.* 535 *n.* 9 *et* 10. ubi de excessu in tempore *par.* 19 *tom.* 2.

Imo potius proprio nomine egisse, & contraxisse dicitur *Post.* 7
dec. Bononien. 77 *n.* 18. *et Rot. coram Buratt. dec.* 661 *n.* 8.

Ac etiam tenetur ad interesse favore mandantis, *Leg. in re* 8
mandata Cod. Mandat. Post. dec. Bononien. 77. *num.* 109. *et Rota cor. Buratt. dec.* 518 *n.* 12.

Excessus vero, seu expiratio mandati in facto deduci prætendebatur ex epistolis D. Laurentii Morganti, in quibus expressum fuit efficaciter, & repetitis vicibus, eius esse mentem, & intentionem, consequendi frumentum cum celeritate, & statim ac concederentur Tractæ, de qua D. Laurentii mente, intentione, & desiderio iidem DD. de Gismundis compotes, & certiores se se demonstrarunt in eorum epistolis responsivis, in quibus se obtulerunt paratos adimplere eiusdem D. Laurentii ordinem, & præsertim in literis scriptis sub die 23. Maii, die 30. Maii, & die 6. Iunii, i quarum potissimum ultima promiserunt providere frumentum in extractionibus permittendis, & esse de primis „ ibi „

Vi

" Vi confermiamo, che alla aperta delle Tratte de grani faremo
" de primi a far compra delli due carichi ordinatici per conto
" vostro, sieno forti, o maiorche dove meglio potremo colpire
" per vostro vantaggio „ ex quibus literis missivis D. Morganti, & responsivis DD. de Gismundis cum satis perciperetur, ipsum D. Laurentium Morganti vehementer exoptasse, & curasse celerem provisionem dicti frumenti in concessionibus extractionum; exinde rigorosa deducebatur illatio, eius ordinem executioni demandandum fuisse solum in primis tractis, & concessionibus.

His tamen non obstantibus nos eius opinionis fuimus, quod etsi constaret de mente, intentione, ac desiderio Dom. Laurentii Morganti consequendi cum celeritate frumentum ordinatum, nihilominus eius ordo numquam fuerit limitatus, & restrictus indispensabiliter ad primas concessiones, sed potius fuerit modificatus ab aliis conditionibus præseferentibus tempus successivum, & plurium etiam actuum comprehensivum, iuxta diversas circumstantias rerum, nec non subiectam materiam, ideoque potius constare in facto de facultate providendi etiam in ulterioribus Tractis, atque de mandati duratione, & gesta per DD. Gismundos recte gesta fuisse, eisque actione mandati directa succurrendum esse.

De huiusmodi restrictione, & præfinitione ad primas Tractas, & concessiones dicebamus inquam, non constare ex memoratis epistolis D. Laurentii, prout neque ex responsivis Dominorum de Gismundis, neque ex aliis probationibus, & sic neque etiam ex verisimili mente, & intentione eiusdem D. Laurentii, sed potius dicebamus in contrarium sufficienter constare de ordine extenso ad primas, & secundas Tractas, & ad tempus successivum plurium mensium tam ex tenore dictarum literarum, quam ex coniecturata mente eiusdem D. Laurentii Mandantis, prout ex infra dicendis.

Ad trutinam enim positis supradictis literis D. Laurentii Morganti nullum verbum reperitur in eis temporis restrictivum, & taxativum; illa enim verba primæ epistolæ de die 11. Maii " piacciavi alla concessione delle Tratte „ nullam important limitationem nec ad primas, neque ad secundas, quia sunt verba indefinita, & indeterminata, quæ temporis limitationem non patiuntur, & omne tempus, & omnem casum suapte natura includunt, nec magis unum, quam aliud tempus comprehendunt, *Leg. si item 2 ff. de condit. et demonstrat. Dec. cons. 562 num. 2.*
9 *Mans. cons. 62 num. 23 & cons. 64 num. 3 et cons. 268 n. 21 et seqq. Bonden. collect. legal. 8 num. 157 tom. 2. Stracc. de mercat. tit. mandati num. 20. Antonell. de tempor. legal. lib. 1 cap. 4 n. 10. D.*

10. *D. Palm. Nep. alleg.* 368 *num.* 34 *et* 35 *tom.* 4. *Rota coram Peutinger. dec.* 315 *num.* 1 *et* 4. *et coram Eminentiss. Cerro decis.* 208 *n.* 16 *et* 17. *et post Post. de subhast. dec.* 200 *num.* 15. *post Bonden. colluct.* 99 *num.* 1. *et coram Priolo dec.* 110 *n.* 8. *in rec. dec.* 439 *n.* 3 *et* 5 *par.* 13. *et dec.* 229 *num.* 1 *par.* 18 *tom.* 1, *et dec.* 615 *num* 3 *par.* 19 *tom.* 2.

Neque limitationem important sequentia verba eiusdem epistolæ „ Io cerco d' esser de primi, e robba perfetta „ sicuti neque alia verba sequentium epistolarum de diebus 18. Maii, 25. Maii, & 15. Iunii „ Voi sapete il mio gusto che è d' esser dei = primi „ quia illa verba „ de primi „ non restringunt dispositionem ad primum tempus, neque ad primas Tractas, cum ex eorum propria significatione excludant unitatem, & pruralitatem contineant, quicquid enim sit de verbo *primus*, quod restringitur 10 ad primum, & unum solum taxative, ut declarat cum *Tiraquell. Bottin. de maior. nat. et primog. cap.* 3 *n.* 5. utique hæc intelligentia non cadit super verbis „ dei primi „ quæ uti numeri pluralis saltem dualitatem requirunt, nec uno contentantur, & iuxta 11 subiectam materiam plura complicant, adeout intra numerum „ dei primi „ comprehendatur tam primus, quam secundus, qui sunt „ dei primi „ respective ad tertium, sextum, octavum, & decimum ratione deducta a *Leg. ubi numerus ff. de Testibus Marc. Antonin. variar. resol. lib.* 1 *resol.* 169 *num.* 37. *Castill. contr. iur. lib.* 5 *par.* 2 *cap.* 120 *num.* 2. *Dec. respons.* 16 *num.* 30 *lib.* 4. *Fusar. in tractat. de substit. qu.* 358 *num.* 11. *Barbos. axiom. iur. frequent. axiom.* 179 *num.* 1. *et Rot. in rec. dec.* 390 *num.* 9 *par.* 19. & in proposito nostro „ del primo, e primi „ *Rota in rec. dec.* 524 *num* 8 *par.* 18 *tom.* 2. quæ interpretatio capienda esset etiamsi in casu nostro expresse mandatum esset relativum ad primas Tractas, in quo casu etiam secundæ dicerentur de primis respective ad ulteriores, quæ in dicto Regno expediri solent considerata frumenti copia, vel penuria, & iuxta diversas temporum circumstanties.

Nullamque præseferunt restrictionem temporis, & limitationem cœtera verba earumdem literarum „ per tanto concedendo= si le Tratte compiacetevi subito farmi l' acquisto „ neque cœtera verba epistolæ scriptæ die 25. Maii „ la prontezza è quel= la, che a me preme „ neque verba epistolæ 29. Iunii, in qua 12 leguntur illa „ e solo vi prego della sollecitudine „ quia illud verbum „ subito „ etiamsi sit quoddam temporis spatium perbreve, & imperceptibile, ut definitur a *Fenut. de moment. tempor. cap.* 3 *num.* 5. & quod sit incontinenti dicatur fieri eodem momento, & nullo actu intermedio, & sine temporis intervallo,

Leg.

L. si cum duas, ubi *gloss. ff. commun. Præd. et L. si Pater captus*,
13 & ibi *gloss. ff. de vulgari Leg. quod ait §. ultim. ff. de adult. gloss. in verb. mox in cap. quia propter de elect.* cum quibus pertranseunt *Iovius de solemnit. in contract. minor. glos.* 15 § 1 *num* 55 *et* 56. *Barbos. de dict. usufrequent. dict.* 155. *num.* 2. 3. *et* 4. *et dict.* 388. *num* 1.

Debet tamen hoc intelligi cum aliqua discretione, & cum quodam temporis moderamine, non autem ad unguem, ut ob-
14 servat *Barbos. d. dict.* 155 *num.* 5 *et* 6 *d. dict.* 384 *n.* 4. *Gratian. discept. forens. cap.* 41 *n.* 12. *Narbona de ætat. ad humanos actus requisit annot.* 14 *qu.* 18 *num.* 12.

Et proinde regulatur secundum subiectam materiam, *Scacc.*
15 *de camb.* §. 2 *gloss.* 5 *n.* 7. *Barbos. ead. dict.* 155 *n.* 11. *et dict.* 384 *num.* 4. *Narbona d. qu.* 18 *n.* 12. ubi plerumque iuxta subiectam materiam longum tempus significat, *D. Palm. Nep. allegat.*
16 382 *num.* 21 *tom.* 4. *Rot. in rec. dec.* 62 *num.* 15 *et* 16. *et decis.* 156 *n.* 3 *par.* 18 *tom.* 1.

17 Eiusque determinatio relinquitur arbitrio Iudicis, *Gigas de pens. qu. ult. num.* 26. *Menoch. de arbitr. cas.* 9. *n.* 5. *Paz. de tenut. cap.* 26 *num.* 31 *lib.* 2. *Barbos. eadem dict.* 155 *n.* 12. *Menoch. de arbitr. cas.* 7 *per tot. lib.* 2. *Mans. cons.* 10 *n.* 44 *et* 45. *Panimoll. dec.* 86 *adnot.* 1 *num.* 16 *et seqq.* D. *Palm. Nep. alleg.* 382 *num.* 21 *tom.* 4. *Antonell. de tempor. legal. lib.* 1 *cap.* 4 *n.* 3 *Rot. in rec. dec.* 103 *num.* 32 *par.* 15. *et dec.* 62. *num.* 15 *et* 16. *et dec.* 156 *num.* 3 *par.* 18.

Et interpretatur magis communiter, cum commode potue-
18 rit arbitrio boni viri, iuxta regulam *Leg.* 3 §. *cum igitur ff. de vi, et vi armata*, ut tradunt *Menoch. de arbitr. cas.* 13 *et de recuperand. remed.* 1 *n.* 259. *Mascard. de probat. concl.* 1065 *n.* 7. *Barbos. d. dict.* 155 *num.* 17.

Atque interdum extenditur ad plures menses, ut aliis relatis comprobat *Giurb. cons. crimin.* 86 *num.* 18 *vers. interdum tres dies*, *Decian. cons.* 3 *n.* 126 *et* 121 *lib.* 4. *Panimoll. dec.* 86 *dict.*
19 *annot.* 1 *num.* 19. *D. Palm. Nep. alleg.* 382 *num.* 21 *tom.* 4. *Rot. in rec. dec.* 62 *num.* 16 *par.* 18. *tom.* 1.

Quæ interpretatio cadit etiam super aliis verbis „ la pron- = tezza è quella, che mi preme „ e solo vi prego della sollecitu-
20 = dine „ quia verbum *celeriter* secundum subiectam materiam quomodo debeat intelligi communiter relinquitur arbitrio Iudicis, ita
21 tamen ut nec præcipiti festinatione, nec moratoria cunctatione intelligatur, *Ulpell. de præposit. & adverb. signific. sub dict. beneplacitum pag.* 14. *Barbos. de dict. dict.* 55. ac etiam interpretatur usque ad plures menses arbitrio Iudicis, quando subiecta materia

hoc

hoc patitur, *Cap. potuit* verbo *celeri de locat.* & ibi glossa, & scribentes, *Redoan. de reb. Eccles. non alien. qu.* 75. *de purgation. moræ num.* 3 *& seqq. Gratian. discept. forens. cap.* 378 *num.* 18 *& seqq. Menoch. de arbitr. Iudic. lib.* 2 *cas.* 7 *n.* 5 *&* 6 *Mans. consult.* 12 *num.* 16 *&* 17.

Et præcipue in casu præsenti, in quo D. Laurentius non expressit solum desiderium celeritatis, sed adiunxit eius ordini alias conditiones maioris ponderis, videlicet perfectam qualitatem, & pretium iustum ibi „ io cerco esser dei primi, e robba perfetta „ = tutto per il loro prezzo, che vi raccomando più vantaggioso = sia possibile, nuovi, o vecchi non preme purchè li bilanci il 22
= prezzo „ quæ verba *purchè li bilanci il prezzo* sunt de eorum natura limitativa, & restrictiva dispositionis ad casum espressum perfectæ qualitatis, & pretii utilis, ex notatis per *Barbos. de dict. dict.* 95 *num.* 9. *& Mans. cons.* 84 *num.* 22 *tom.* 1. *& cons.* 390 *n.* 12 *in fin. & num.* 13 *&* 14 *tom.* 5.

Et important conditionem, prout de dictione *dummodo*, *L. Tais. §. Stichus ff. de fideicomm. libertat. Surd. dec.* 209 *n.* 4. *Put.* 23
dec. 420 *num.* 4 *lib.* 1. *in correctis Barbos. de dict. usufrequent. dict.* 95 *& dict.* 96. *Mans. cons.* 101 *num.* 31 *tom.* 2. *Torr. de primog. ital. qu.* 13 *num.* 1 *in fin. par.* 2. & ego quoque in *resol.* 26 *num.* 3 *tom.* 1 *par.* 1. *Rot. cor. Cavaler. dec.* 181 *n.* 1. & sic important conditionem pendentem a futuro eventu bonæ qualitatis, & iuxti prætii.

Quoties vero dispositio est conditionalis nihil operatur non
purificata conditione, *Redenasc. cons.* 7 *num.* 10. *Mans. cons.* 390 24
num. 14 *&* 15. *Castill. quotid. contr. lib.* 4 *cap.* 55 *num.* 8. *Torr. de primog. ital. qu.* 13 *num.* 2 *par.* 2. *Frances. var. resol cap.* 45 *num.* 9. *& seqq. Rot. cor. Cavaler. dec.* 181 *n.* 1. *& in rec. par.* 3. *dec.* 107 *num.* 4 *in fin. & dec.* 1 *num.* 2 *par.* 8. *& dec.* 213 *num.* 7. *& dec.* 352 *num.* 13 *par.* 19 *tom.* 1.

Et quoties tempus adiicitur conditioni, quæ dependet a fu-
turo eventu, non incipit currere, nisi prius purificata conditio- 25
ne, vel in esse deducto ipso effectu, & nisi prius existente causa expressa, *Leg.* 3 *§. si quis hæred. ff. de stat. lib. gloss. in Leg. illa stipulatione si calendis ff. de verbor. oblig. Tiraquel. de retract. lignager. §.* 1 *gloss.* 10 *num.* 47 *vers. nam & cum tempus, & num.* 49 *& seqq. Giovagnon. respons.* 71 *n.* 35 *lib.* 1. *Cyriac. contr. for.* 290 *num.* 11. 12. *Sabell. in summa §. Tempus num.* 7 *vers. quod tempus, Mans. cons.* 69 *num.* 43. *& cons.* 75 *n.* 32. *Beniell. cons.* 32 *num.* 22. 23. *&* 24. *Antonell. de tempor. legal. lib.* 1 *cap.* 22 *num.* 1. 2. 3. *& seqq. Larrea alleg. fiscal.* 80 *sub num.* 4 *& seqq. R. P. D. Ansald. de commerc. & mercatur. disc.* 7 *n.* 7. *Rot. apud*

Spad. conf. 315 *num.* 11 *lib.* 2. *&* *cor. Coccin. dec.* 1280 *n.* 11. *&* *cor. Duran. dec.* 365 *num.* 19 *&* *seqq.* *&* *in rec. dec.* 105 *n.* 42 *par.* 15. *&* *dec.* 49 *num.* 22 *par.* 19 *tom.* 1. iuxta regulam, quod in actibus conditionalibus tempus non currit, nisi post im-
26 pletam conditionem, *Leg.* 1 §. *annus autem ff. quando act. de pecul. annual.* *&* *Leg. penult.* §. *procedit autem ff. de excus. tutor.* *&* *temp. earum*, *Leg. Bovem* 43 §. *si sub conditione ff. de ædilit. edict. Gomm. var. resol. de contr. cap.* 11 *n.* 29 *vers. quantus effectus*, *Covarr. lib.* 3 *resol. cap.* 11 *num.* 1. *Beniel. d. conf.* 32 *num.* 22. *Rot. cor. Duran. d. dec.* 365 *num.* 20. *&* *in rec. d. decis.* 49 *num.* 22 *par.* 19 *tom.* 1.

Ideoque cum in primis Tractis, & concessionibus non potuerit satisfieri desiderio, & intentioni D. Laurentii propter non perfectam qualitatem frumenti, & ob pretii rigorem, quæ fuerunt in causa retrahendi DD. Gismundos, iuxta eorum prudentiam, ad maiorem utilitatem D. Laurentii, ab integra provisione eis demandata, visum fuit, quod ob non purificationem omnium, & singularum conditionum præscriptarum a D. Laurentio, tempus nondum venisset, & proinde commissio non diceretur exequibilis, iuxta certam, & claram iuris propositionem,
27 quod quando una dispositio plures qualitates copulative requirit, ut effectum sortiatur, non sufficit unius verificatio, sed omnes sunt verificandæ, *Osasch. dec.* 165 *num.* 6. *Mans conf.* 422 *num.* 4. *Altograd. conf.* 97 *num.* 28 *lib.* 1. *Card. De Luc. de fideicommiss. disc.* 88 *num.* 4 *Rot. coram Pamphil. dec.* 543 *n.* 9. Sicque ad futurum tempus purificandæ conditionis executio protrahenda esset, & ad sequentes extractiones, ne dispositio remaneret inutilis, & frustratoria.

Iuncta potissimum animadversione, quod inter conditiones præscriptas a Mandante celeritatis temporis, perfectæ qualitatis, & utilitatis pretii, conditio maioris ponderis, & substantiæ fuerit illa bonæ qualitatis, & pretii utilioris, ac etiam principaliter, & uti causa finalis, seu uti conditio, sine qua non, volita a Dom. Laurentio, uti apposita sub illis verbis „ purchè li bilanci il prezzo „ ac sub aliis verbis similibus literarum diei 15 Iunii „ purchè sia dal prezzo distinta la qualità a ragione „ quoties enim aliqua qualitas est obiectum principale disponentis, actus non substinetur, & Mandatarius non obligatur ad executionem, si illa præcisa qualitas deficiat, & conditio prindipaliter volita non fuerit purificata, *Bero. conf.* 81 *num.* 14 *lib.* 3. *Mans. conf.* 110 *n.*
28 24 *&* 25 *lib.* 2. *&* *in conf.* 228 *num.* 30 *tom.* 3. *&* *conf.* 390 *num.* 14 *&* 15 *tom.* 5. *Rot. in recent. decis.* 389 *num.* 4 *par.* 19 *tom.* 1.

Ad

Ad restringendam autem dispositionem ad tempus certum, & limitatum, requiruntur verba clara, & indubitata veluti per taxativam *tantum*, vel *dumtaxat*, quæ de sui natura est restrictiva, & limitativa, *Barbos. de dict. usufrequent. dict.* 402 *num.* 2 *& seqq. Capon. contr.* 7 *num.* 17. *Mans. cons.* 592 *num.* 5 *tom.* 6. *Rot. post Statill. Pacific. de Salvian. dec.* 58 *n.* 4. *& cor. Coccin. decis.* 348 *n.* 2. *& cor. Eminentiss. Cerro dec.* 286 *num.* 3. 29

Vel per dictionem *tunc*, & alias similes æquipollentes, & restrictivas ad tempus certum, alias dispositio indeterminate est accipienda, bene *Galganett. de condit. & demonstrat. par.* 2 *cap.* 1. *qu.* 36 *ante num.* 8 *vers. secundo casu*, *Peregr. de fideicomm. art.* 29 *num.* 15. *idem Peregrin. cons.* 161 *sub n.* 20 *lib.* 5. *& Mans. cons.* 70 *num.* 3 *tom.* 1. 30

Et est notissima iuris conclusio, quod quando vis est in tempore illud præcise sit probandum, *Gratian. discept. forens. cap.* 391 *num.* 21. *Thomat. dec.* 50 *n.* 81. *Post. resol.* 91 *n.* 4. *Bonden. collect. legal.* 5. *num.* 62 *& collect.* 9 *n.* 67 *&* 69 *tom.* 1 *& collect.* 5 *num.* 22. *& collect.* 7 *num.* 13. *& collect.* 24 *n.* 54 *tom.* 2. *Rot. cor. san. mem. Alexan. VIII. dec.* 206 *num.* 7. *et cor. Roxas dec.* 159 *sub num.* 15 *vers. quia fuit responsum*, *et num.* 16 *vers. et cantent in genere*, *et dec.* 208 *num.* 4. *et in recent. dec.* 371 *n.* 3 *par.* 4 *tom.* 2. *& dec.* 76 *num.* 2 *par.* 10. 31

Verum ex abundanti dicebamus, ex tenore literarum eiusdem D. Laurentii constare ipsum voluisse, & intellexisse eius ordinem posse executioni demandari per plures actus, & per successivas Tractas, & expeditiones, patet enim hoc ex litera eiusdem sub die 29. Iunii, ubi cum crederet, fuisse in parte consumptum eius ordinem in emptione salmarum 500. frumenti, cuius specialem extractionem fuisse permissam ei aliunde nuncius pervenerat confirmavit commissionem comparandi reliquum in aliis sequentibus extractionibus in illis verbis „ tenendovi fermo l' ordine = per il supplemento sino alle salme 1000. di quei grani, che = anderanno godendo dell' estrazioni „ ex quibus clare colligitur quod etiamsi antea eius mandatum fuisset in parte executum in primis extractionibus particularibus, adhuc volebat, ad ulteriores actus procedendum esse usque ad integralem quantitatem salmarum 1000. & sic quod eius intentio non erat restricta ad unicum actum, quinimo neque ad primum, neque ad secundum actum, immo ad plures alios, prout sonant illa verba „ sino alle sal. 1000. di quei grani, che anderanno godendo dell' estrazioni „ quæ verba in naturali eorum sensu involvunt tempus successivum, & non unius tantum concessionis, sed plurium actuum, & plurium concessionum comprehensivum usque ad tota-

lem Mandati consumationem, cum æquipolleant verbis „ di quei
32 grani „ quorum *deinceps*, *et gradatim* extractiones forent concedendæ, quæ significant unum actum sequi post alium per ordinem, prout in *Leg. pronunciatio* § 1 *vers. iure enim ff. de verb. signific Rebuff. in Leg. appellatione paratis vers. deinceps*, *Barbos. de diction. usufrequent. dict.* 89 *num.* 5.

Idemque comprobatur ex posterioribus epistolis DD. de Gismundis, & ipsiusmet D Laurentii scriptis post primam provisionem salmarum 400. ex primis extractionibus, nam facta dicta provisione salmarum 400. ab eis monitus, & certioratus fuit dictus D. Laurentius cum literis diei 20. Iunii de dicta provisione facta dimidiata, addita ratione, eos iudicasse optimum consilium se abstinere a provisione integræ summæ salmarum 1000. quia repertum fuit frumentum non esse perfectæ qualitatis, & pretii gravis atque etiam certior redditus fuit de eorum deliberatione ulteriorem provisionem faciendi non ex primis concessionibus, & Tractis iam consumptis, sed ex aliis concessionibus, quæ fieri debebant de frumentis novis, & de illis anni antecedentis octavæ indictionis in illis verbis „ ed avremo luogo di farvene avere „ qualche altro carico de nuovi, se non ce ne direte in contrario, „ e ci terrete fermi li vostri ordini „ & inferius „ li grani dell' anno „ passato ottava indizione si reggon presentemente a tari 55. e 56. „ le salma di primo costo dalli Caricatori di fuori Giorgienti, „ Sciacca, ed Alicata, e di questi per essere in poca quantità, „ e di miglior qualità non saranno concesse le Tratte fino al „ mese entrante, quando si dovrà vedere la riuscita del raccol- „ to &c. che però non mancheremo a suo tempo provvedervene „ qualche altro carico di essi, che l' avviso vi serva „ De qua inquam provisione certior redditus D. Laurentius approbavit in literis diei 6. Iulii dictam provisionem dimidiatam uti prudenter factam ob non perfectam qualitatem frumenti, & inæqualitatem pretii, atque intellecta eorum voluntate, & consilio perficiendi eius ordinationem, & exequendi eius mandatum in frumentis non primæ concessionis iam consumptæ, sed in aliis sequentium extractionum executionem eius ordinis in dictis aliis frumentis pro residuo salmarum 600. suspendit, ut in illis verbis „ ma ora serve a poco, poichè in ogni parte si è fatto alto „ alle compre per veder prima la riuscita dell' imminente rac- „ colto, e perciò per quello sia in tempo piacciavi sospendere „ per mio conto nuovi acquisti.

Quæ ordinis suspensio fuit etiam ab eodem confirmata sequentibus literis de diebus 13. 20. & 27. Iulii de quo tempore non poterat amplius cogitari, nec sperari provisio ex primis extractionibus.

Unde

Unde indubitata resultat mens, & intentio D. Laurentii, quod eius mandatum adhuc duraret, ac extenderetur ad secundas concessiones purificandas solum in futura messe, dum certioratus, ut supra non fuit loquutus in literis responsivis de expiratione mandati, sed de eius suspensione, prout illud de facto suspendit, ex quo arguitur iuxta mentem D. Laurentii duratio eiusdem mandati, cum revocatio, & suspensio supponat ordinem, & subiectum, ac illius durationem, seu continuationem, sicuti privatio supponit habitum, *L. decem ff. de verb. oblig. Ciriac. contr.* 663 *n.* 18 *tom.* 4. *Bonden. colluct. legal.* 23 *n.* 40 *lib.* 1. *et colluct.* 50 *n.* 33 *lib.* 2. *Barbos. axiom.* 189 *n.* 1. *Rot. cor. Gregor. dec.* 402 *n.* 4. *et cor. Merlin. dec.* 755 *n.* 1 *tom.* 2. *et cor. san. mem. Alexan. VIII. dec.* 258 *n.* 6. *et post Contr. discept. Ferrar. dec.* 97 *num.* 2. *et dec.* 162 *n.* 13 *tom.* 1. 33

Præsertim cum devenerit ad suspensionem cum verbis restrictis ad tempus, quo eius epistola perveniret ad Dominos Gismundos „ ibi „ e perciò per quello sia in tempo piacciavi sospendere per mio conto nuovi acquisti „ quæ suspensio uti limitata ad dictum tempus expressum adventus eius epistolæ non potest retrotrahi, neque extendi ad tempus antecedens, & antea decursum, 34 *Tiraquell de retract. convent.* §. 1 *gloss.* 2 *a n.* 46. cum aliis apud *Bonden. colluct. legal.* 5 *n.* 90. 91. *et seqq. tom.* 2. iuxta receptissimum principium, quod temporis unius inclusio est alterius exclusio, *Gratian. discept. for.* 699 *n.* 6. *Cyriac. contr.* 473. *num.* 3 *tom.* 3. *Bonden. colluct. legal.* 8 *n.* 68 *vol.* 1. *et colluct.* 5 *num.* 92. *colluct.* 26 *num.* 83. *colluct.* 27 *n.* 54. *et colluct.* 45 *n.* 92 *tom.* 2. 35

Eo magis cum certioratus ut supra per DD. Gismundos de eorum animo prosequendi provisionem in novis frumentis aliarum sequentium concessionum non contradixerit, neque reclamaverit D. Laurentius, reprobando absolute eorum consilium, & protestando de carentia, excessu, & expiratione mandati, sed solum ordinaverit suspensionem integræ provisionis, quatenus de tempore adventus eius epistolæ non fuerit consumata executio, quia ex tenore huiusmodi ordinis suspensivi sine reclamatione, & reprobatione gerendorum per DD. Gismundos, deducitur sufficiens ratificatio ulterioris provisionis faciendæ, sicuti in terminis mandatarii habentis scientiam de gestis, vel gerendis a Procuratore, non contradicentis, & non reclamantis, in puncto firmarunt *Rocc. in not. de mandat.* 13. *et in notab. de literis camb.* 40 *num.* 100. *Rot. Genuen. dec.* 18. *num* 5 *vers. sed dato millies et dec.* 162 *num.* 2. *et dec.* 120 *num.* 1. *et dec.* 133 *num.* 2. *R. P. D. Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 25 *num.* 17. *et disc.* 30 *num.* 23. *et disc.* 62 *num.* 7. *D. noster Casareg. eod. tract. de com-* 36

merc. disc. 30 *num.* 61. 62. *et* 63. *Rot. cor. Priol. dec.* 35 *n.* 13. & pulchre in *recent. dec.* 202 *n.* 24 *par.* 12.

Denique hoc idem probatur ex iisdem epistolis, quia D. Laurentius in sua commissione non adhibuit verba absoluta, & modi imperativi, videlicet „ comprate, e provvedete con pron- „ tezza alla concessione delle Tratte „ sed usus fuit verbis deprecativis, exhortativis, & valde honorificis præseferentibus opinionem summæ probitatis, & ingenuitatis DD. de Gismundis, impertiendo illis in hac re agenda absolutum arbitrium, & liberam facultatem ratione fiduciæ ab eodem repositæ in eorum diligentia, & vigilantia, prout ex tenore epistolæ 11. Maii 1716. „ solo vi prego „ di tutta la sollecitudine „ dandovi tal libera commissione per „ non incontrare le difficoltà dell' anno scorso „ & ex tenore sequentis epistolæ 18. Maii „ Concedendosi le Tratte compiacetevi „ subito „ volendo in questo principio darvi tutta libertà , affi- „ ne che non aviate che asserire in caso di ritardo, e perchè ho „ ancora tutta la fiducia nella vostra sincera attenzione „ & ex tenore epistolæ de die 15. Iunii „ e solo vi prego di tutta la sol- „ lecitudine „

Ex quo modo loquendi deprecatorio, honorifico, & maximæ fiduciæ in diligentia, sinceritate, & integritate DD. de Gismundis cum libera facultate eis impartita, manifeste colligitur voluntas, sive tacita, sive expressa D. Laurentii consequendi provisionem frumenti non tam in primis, quam in secundis, & ulterioribus concessionibus, iuxta arbitrium, & prudentiam eorum, quia dicta verba non inducunt formam, & obligationem præcisam, sed
37 important liberam mandatarii voluntatem, & arbitrium ex traditis per *Alex. in Leg. si sit de Leg.* 1. *Oinotom. lib.* 3 *de mandat. tit.* 27 *num.* 6 *in fin. Bened. Egid. in repetit. Leg. ex hoc iure ff. de iust. et iur. par.* 1 *cap.* 8 *num.* 60. ubi quod verbum *placere*
38 de boni viri arbitrio intelligitur, & *Barbos. tract. var. dict.* 259. *Surd. dec.* 262 *num.* 13 *et seqq. Afflict. dec.* 91 *num.* 5. *Rota Genuen. dec.* 180 *num.* 3 *et* 4. ubi quod similia verba important liberam voluntatem, & arbitrium, *Rocc. post respons. t.* 1. *tit. de mandat. num.* 115 ubi quod huiusmodi verba non obligant mandatarium, *Gob. cons. dec.* 126 *num.* 30 *et* 31. *Saminiat. controv.* 33. *n.* 109. ubi quod dici non potest de excessu, *Rot. cor. Priol. dec.* 142 *num.* 16 *et* 18. *et in rec. dec.* 226 *n.* 9 *par.* 4 *tom.* 2. ubi quod ex verbis „ tutto quello sarà sarà ben fatto „ deducitur ratificatio omnium gestorum, & gerendorum, & in *rec. dec.* 582.
39 *num.* 12 *par.* 19 *tom.* 2.

Quem intellectum, & quam interpretationem dederunt quoque DD. de Gismundis, dum in dictis literis 20. Iunii post expedi-

peditionem frumenti primæ provisionis, se se prontos, & paratos exhibuerunt complere provisionem ex frumentis novæ messis, vel anni antecedentis, prout ex literis superius relatis de die 20. Iunii 1716. in illis verbis „ ed averemo luogo di farvene avere qualche altro carico de novi se non ce ne direte in contrario, e ci terrete fermi li vostri ordini „ ex tenore cuius epistolæ bene comprehenditur, quod DD. Gismundi non reputaverunt ordinem esse limitatum ad primas Tractas, quia illa verba „ se non ce ne direte in contrario, e ci terrete fermi li vostri ordini „ præsupponunt mandatum, & eius durationem, ac facultatem procedendi ad ulteriorem executionem, prout etiam percipitur ab ipsa executione ordinis in secundis extractionibus, cum procurator præsumatur intellexisse mandatum eo modo, quo illud fuit executum, *Post. dec. Bononien.* 77 *num.* 111. 40

Non urgente replicatione, quod ex iisdem literis 20. Iunii, in quibus DD. Gismundi exposuerunt D. Laurentio primam provisionem, sibi potius abstulerint facultatem procedendi ad secundam, & ad ulteriorem executionem mandati in illis verbis „ se ci terrete fermi li vostri ordini, e non ce ne direte in contrario „ quæ dicebantur importare suspensionem executionis usque ad novum ordinem D. Laurentii.

Quia obiectum tollitur in facto ex sequentibus verbis eiusdem epistolæ, alibi supra relatis, ubi legitur sibi ipsis reservata facultas illimitata procedendi ad ulteriorem provisionem in futuris tractis concedendis de frumentis octavæ indictionis, seu anni antecedentis ibi „ che però non mancheremo a suo tempo provvedervene qualche altro carico di essi, che l' avviso vi serva „ cum ex his posterioribus verbis sufficienter declarentur, & interpretationem recipiant antecedentia, ad notata per *Andreol. contr.* 334 *n.* 7. *Boscol. respons.* 3 *n.* 203. *et respons.* 2. *num.* 46. *apud Torr. de primog. ital. par.* 2. *Rot. nostr. Florentin. dec.* 1 *n.* 12. *et dec.* 23 *n.* 14. *post Torr. de primog. ital. par.* 3. 41

Ultra quod nec dicta verba in obiecto relata apta erant secundum eorum propriam significationem inferre suspensionem mandati, nisi superveniente mandantis suspensione, vel revocatione, quia cum mandatum esset revocabile ad nutum mandantis in quocumque tempore re integra, & ante illius consumationem, illa verba „ se ci terrete fermi li vostri ordini, e non ce ne direte in contrario „ intelligenda erant ad limites iuris, quatenus ante executionem, & consumationem mandati non supervenisset revocatio in libero arbitrio, & voluntate mandantis reposita, ex *Testu in instit. tit. de mandat.* §. *inquam recte.*, *Leg. si vero non remunerandi* 12 §. *penult. ff. de mandat.* & ibi *Bart.* late *Onnat. de contractib.* 42
tom.

tom. 2 *tract.* 13 *de mandato disput.* 44 *sect.* 6 *n.* 105. 106. 107. 108 *et seqq. Mantic. de tacit. et ambig. lib.* 7 *tit.* 21 *per tot. Albit. de incostant. in iudiciis qu.* 12 *n.* 1. *Rot. cor. Dunoz. iun. dec.* 881 *num.* 8.

Ergo cum expedita dicta epistola de die 20. Iunii, in qua sibi reservarunt DD. Gismundi facultatem procedendi ad ulteriorem executionem mandati, non supervenisset revocatio ante novam provisionem salmarum 600. sed potius advenisset paulo post geminata ratificatio, & confirmatio mandati verbis claris, & efficacibus expressa in literis de diebus 15. & 29. Iunii, recte, va-
43 lide, & prudenter potuerunt, imo tenebantur DD. Gismundi procedere ad ulteriorem executionem, prout de obligatione mandatarii habetur ex *Leg. si diligenter L. si mandavero* 22 *ff. mandat. Leg. cum mandati* 12 *Cod. mand. et in instit. eod. tit. Onnat. de contract. tom.* 2 *tract.* 13 *de mand. disp.* 44 *sect.* 3 *n.* 59 *et seqq.*

Sublato obiecto limitati ordinis ad primas Tractas, & a primas extractiones non minoris efficaciæ visa fuit pro resolutione causæ consideratio, quod D. Laurentius Morganti non ignoravit de tempore comissionis, permittendas non esse statim, & incontinenti extractiones, sive primas, sive secundas, sed dumtaxat post futuram messem in mensibus Iulii, & Augusti prout de hoc certioratus fuit pluribus literis a DD. Gismundis nedum ante commissionem, verum etiam post commissionem, & commissione pendente, ex quo certe infertur, quod D. Laurentius conqueri non potuerit de retardata executione eius ordinis in die 11. Iulii, & sic post dies 21. solummodo a prima expeditione decursos, nec valuerit reclamare de aliquo damno, & præiudicio ex culpa DD. de Gismundis.

Monitus enim fuit D. Laurentius a DD. de Gismundis de non concessione extractionum ante futuram messem in epistola eidem scripta die 11. Aprilis 1716. in illis verbis „ senza speranza di potersi avere le Tratte prima del nuovo raccolto „ *Proc. Gismondi pag.* 20. *tergo*.

Pariter in sequentibus literis de die 25. eiusdem mensis Aprilis eadem pagina, & processu tenoris consimilis „ ibi „ Però in „ quanto alla concessione generale di dette Tratte non se ne du„ bita possa essere, se non solo al nuovo raccolto „

Idem in alia successiva epistola diei 16. Maii in eodem processu pagina 21. a tergo sequentis tenoris „ si sta con qualche „ timore della sua riuscita (cioè del raccolto prossimo) per il „ che si anderanno maggiormente dilatando l' estrazioni che cer„ tamente non saranno concesse se non cascherà buona „

Itidem

Itidem pendente commissione fuit denuo certioratus, permittendas non esse extractiones, nisi in futura messe, & viso illius exitu, ut in literis de die 6. Iunii impressis in Summario pagina 2. in quibus leguntur infrascripta verba „ che sebbene la = passata vi dissimo, che la Corte per li quindici, o venti del = corrente averebbe concesso Tratte tre in quattro mila per es- = trarsene formenti vecchi, nulladimeno ora si discorre, che non = risolverà a farlo sino al mese entrante, quando si vedrà meglio = stabilito il raccolto „

Rursus de hoc fuit etiam edoctus a D. Capponin altero eius corresponsali in Civitate Panormi cum literis ad eum expeditis sub eod. die 6. Iunii eodem processu p. 34. in qua certior efficitur his præcisis verbis „ Sopra di che devo dirvi sin' ora per detti forti non = vi è stata innovazione alcuna d' estrazioni libere, bensì si spe- = ra possa seguire in breve per doversi però estrarre li grani for- = ti di due, o tre anni addietro più inferiori di quelli dell' an- = no passato, mentre non vogliono muovere per fino non si ri- = conosca ben stabilito il prossimo nuovo raccolto.

Præterea ex eiusdem D. Laurentii literis redditur plusquam certum, ipsum arbitratum fuisse nisi post futuram messem concessiones extractionum esse faciendas.

In literis enim ab eo directis DD. Gismundis in die 11. Maii & 15. Iunii impressis in Summario, ex quibus habetur mandatum emendi frumentum, impartita legitur facultas DD. de Gismundis providendi frumentum tam de veteri, quam de novo „ ibi „ siano nuovi o vecchi poco preme „ & ubi loquitur de novo, & recenti intelligendum est de frumento futuræ messis maturandæ in mense Iulii, prout etiam intellexerunt DD. de Gismundis in eorum literis conscriptis die 30. Maii *in Processf. Gismondi pag.* 24. *tergo* „ ibi „ e su una tale apparenza buona si = va ora più quì vociferando che per li 15. o al più per li 20 = dell' entrante saranno concesse tre in quattro mila di esse Trat- = te per i grani vecchi sesta, e settima indizione, servendovi. = che quelli dell' anno passato ottava indizione delli Caricatori = di fuori si trattengono presentemente a tari 54. in 55 la sal- = ma, e per li nuovi vi diremo in appresso quello sarà per farsi = per vostra regola &c. „ & die 6. Iunii „ ibi „ però averessimo = a caro di sentire se prima di concedersi le dette Tratte vi = possa star bene la compra di essi grani, sì di quelli dell' anno = passato, o pure de nuovi in comparirne in vendita &c. „ & die 20. Iunii „ ibi „ al vedersi la totale riuscita del nuovo raccol- = to &c. averemo luogo di farvene avere qualche altro carico de = nuovi, se non ce ne direte in contrario, e ci terrete fermi li

vostri

= vostri ordini „ & die 4. Iulii in illis verbis „ delli grani nuo-
= vi non se ne discorre, che sino al mese entrante di Agosto „ undè cum meditatum fuerit a D. Laurentio Morganti de provisione frumenti tam veteris, quam novi, & novum comparari non potuerit, nisi post futuram messem, quæ solum perficitur in mensibus Iulii, & Augusti, prout colligitur ex epistola diei 17. Iulii DD. de Gismundis in qua dicitur, quod novum frumentum non collocatur in oneratoriis Regiis nisi per totum mensem Augusti, exinde sequitur pernecesse, quod eius voluntas, & commissio non esset restricta ad aliquod certum tempus, sed extenderetur ad totum illud tempus, intra quod Tractæ primæ, vel secundæ, & tertiæ potuerunt concedi.

Idemque eius animi sensus confirmatur ab epistola ab eo exarata die 29. Iunii, in qua confirmatur eadem commissio providendi frumentum „ ibi „ tenendovi fermo l' ordine per il supple-
= mento fino alle salme 1000. di quei grani, che anderanno go-
= dendo dell' estrazioni „ dum enim hæc epistola continuativa primi ordinis adhuc per DD. Gismundos exequibilis post eius receptionem non erat ad eos perventura nisi de mense Iulii, & post plures dies decurrendos ab eius expeditione, hinc deducitur necessaria consequentia, quod prima Dom. Laurentii commissio successive per alias quinque literas renovata extenderetur ad mensem Iulii, & ad ulterius tempus.

Certius quia ex tenore expresso eiusdem epistolæ colligitur satisfactum eius animo, & voluntati, quoties extractiones permitterentur infra menses Iulii, & Augusti, requisitus enim a DD. de Gismundis, an approbaret, quod ante concessionem extractionum frumentum compararent, ut in dicta epistola de die 6. Iunii *Summ. n.* 3. „ ibi „ avereffimo caro di sentire se prima di con-
= cedersi le Tratte vi possa star bene la compra di essi grani, sì di quelli dell' anno passato, oppure dei nuovi &c. „ ipse respondit quod ægro animo, exemplo anni præteriti assentiebatur emptioni frumenti ante concessionem extractionum, nisi ipsi tuti forent, quod ea posset sequi saltem infra duos menses, prout exprimitur in illis verbis „ non ostante se credeste, o poteste aver
= sicura notizia, che fra uno, o due mesi si potessero estrarre
= non difficulterei a entrarvi, e ciò potrete facilmente conoscer-
= lo dalla riuscita del raccolto „ Ideoque ex verbis, etiam ex-
44 pressis D. Laurentii, certa, & indubitata elicitur eius scientia extractiones frumentorum non secuturas, nisi post futuram messem, eiusque commissionem non esse habituram effectum, nisi post plures menses ab ea, & proinde in claris versamur, ad regulam *Textus in L. ille, aut ille ff. de legat.* 3. & in claris non est

est opus coniecturis, *Leg. continuus ff. de verb. oblig. Bald. in L. voluntatis num.* 10 *ad fin. Cod. de fideic. Card. Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib.* 3 *tit.* 4 *n.* 4. 5. 6. *et seqq. Cyriac. contr.* 142 *n.* 13 *usque ad* 17 *et contr.* 281 *n.* 34 *et* 35. *Rot. post Bonden. collect. legal. dec.* 52 *n.* 5. *et dec.* 66 *n.* 1 *tom.* 1.

Idem denique clare etiam resultat ex eius literis scriptis postquam fuit certioratus de prima provisione salmarum 400. sub diebus 13. 20. & 27 Iulii, in quibus ordinavit suspensionem ulterioris provisionis, dum enim mandavit in dicto mense Iulii supersederi in ulteriori consumatione mandati, necessario sequitur, quod eius mandatum fuisset usque a principio exequibile in mensibus Iulii, & Augusti, quodque ab eo fuisset expeditum ab initio cum animo, & intentione, ut consumari, & ad executionem deduci potuerit de tali tempore, alias si non fuisset exequibile, superflua, & necessaria, non fuisset suspensio.

Istaque omnia tandem comprobantur ex prudentia D. Laurentii Mercatoris in his materiis versatissimi, & qui in facto optime sciens, opus fuisse limitare tempus mandatario, ne aliquam excusationem allegare posset in casu commissi excessus, acriter redarguit D. Iosephum Bentium eius sororium, ut patet ex eius epistola de die 3 augusti 1716. *Proc. Gismondi pag.* 90. quia non adhibuerit hanc cautelam cum D. Cappono altero eius correspondali in Civitate Panormi, cui eius nomine fuerat duplicate datum simile mandatum providendi salmas mille statim post concessionem Tractatum. Quoties enim idem D. Laurentius Mercator summæ provvidentiæ eius fuit opinionis, quod, ut dici posset mandatum restrictum ad tempus certum, opus esset expresse hanc legem ipsi mandato imponere, prout impositam esse volebat per dictum D. eius Sororium, non obstante quod uterque petiisset, transmitti frumentum statim post concessionem Tractarum, necessario sequitur quod, cum dictam legem ipse non præscripserit Dominis Gismundis, ita voluerit in eis durare facultatem emendi frumentum quousque non fuisset facta revocatio mandati, 45
argumento *Leg. unic.* §. *sit autem Cod. de caducis. tollend.* late *Castill. quotid. contr. lib.* 4 *cap.* 14 *num.* 3. *Ioseph. de Ros. cons.* 17 *n.* 51. *Tor. de primog. ital. par.* 1 *cap.* 41 §. 3 *n.* 10. 11 *par.* 2 *qu.* 1. *n.* 20 *& qu.* 13. *n.* 33 *& qu.* 19 *n.* 21 *& qu.* 58 *n.* 51.

His ita in facto prænotatis, ex quibus obstenditur clara mens, intentio, & voluntas D. Laurentii consequendi frumentum absque restrictione ad primas, sive ad secundas, & ulteriores Tractas, & concessione, ac etiam ex futura messe maturanda, & perficienda de mensibus Iulii, & Augusti, parum relevare visa fuerunt iura, & argumenta superius allata pro D. Laurentio.

Reas-

46 Reassumpto enim obiecto desumpto ex *L. Boves* §. *hoc sermone ff. de verb. signific.* cum quo pertranseunt Dom. superius citat. §. *pro D. Laurentio* asserentes, quod regulariter verba simpliciter prolata primo, atque uno actu consumantur, perficiantur, & finiantur, dicebatur dispositionem dictæ Legis procedere in dubio, & cum simpliciter fuerit dispositum, secus si, prout in præsenti aliter fuerit actùm, & expressum, quia semper primo loco inspiciendum, quod inter Partes actum est, & quid Partes facere intellexerint, prout in nostris terminis *Gabriel. commun. conclus. lib. 6 de leg. & constit. concl. 2 n.* 48. *Tiraquell. in ead. L. Boves limit.* 11 *n.* 1 *&* 2. *Tusc. lit. D. concl.* 499 *n.* 36. *Card. De Luc. de Legatis disc.* 36 *n.* 3. 4. quod generaliter traditur de quacum-
47 que Legis dispositione iusta regulam *Textus in Leg. semper in stipulationibus ff. de regul. iur. per. DD. in dicta L. semper, et per Mart. Medic. dec. Sen.* 58 *n.* 31. *et examinat.* 60 *num.* 37. *Card. De Luc. de fideic. disc.* 141 *num.* 11. *et Rot. cor. Merlin. dec.* 692 *num.* 46.

De voluntate vero expressa D. Laurentii conferendi facultatem DD. Gismundis procedendi non ad unum tantum actum, sed ad plures, sufficienter constat ex eius literis supra relatis, & in specie ab illa 29. Iunii, in qua sub credulitate mandatum fuisse in parte executioni demandatum, confirmatur commissio pro supplemento salmarum 1000. in aliis successivis extractionibus.

Denuo regula desumpta ex *d. L. Boves* § *hoc sermone* limitatur, ut nedum locum non habeat in casu, quo aliter expresse
48 actum est, verum etiam quando aliter apparet ex intentione partium etiam tacita, & coniecturata, bene *Tiraquell. in eadem Leg. Boves limit.* 12 *n.* 1. 2. *et seqq.* ubi plura afferuntur, *Barbos. de appell. verb. appell.* 7 *n.* 2. *Decian. respons.* 41 *n.* 60 *lib.* 1. *Franc. Molin. de rit. nupt. lib* 3 *qu.* 23 *n.* 84 *Gabriell. commun. concl. de legib. et constit. lib.* 6 *d. concl.* 2 *n.* 48. *Card. De Luc. de legat. dict. disc.* 36 *num.* 3 *et* 4.

Et de verisimili, & coniecturata mente D. Laurentii sufficienter constat ex eo, quod ille contentus esset provisione frumenti in nova messe, prout patet ab eius ordine transmisso ad DD. Gismundos, postquam pluries ab eis fuerat certioratus, quod Tractæ non erant concedendæ a pro Rege, nisi ad futuram messem maturandam in mense Iulii, ac etiam liquet ex eadem epistola scripta die 29. Iunii, in qua confirmatur eadem ordinatio, quæ expleri non poterat, nisi in eodem mense Iulii.

Quoties vero intentioni mandantis fuit satisfactum tempore ab eo meditato, & volito, cessat regula dictæ *L. Boves*, ut dispositio intelligatur de primo actu.

Quia

Quia dispositio facta ad certum tempus non intelligitur pro prima vice, sed toties quoties, durante tempore præstituto, iuxta *Textum in L. sicut in annos in princ. ff. quibus mod. usufruct. amitt. Tiraquell. in d. Leg. Boves §. hoc sermone limit.* 4 *n.* 1. 2. *& seqq. & limit.* 8 *n.* 2 *& antea* in declaratione eiusdem §. *hoc sermone n.* 9. *& in tract. de retract. lignag.* § 8 *in gloss.* 7 *n.* 9. 49

Et quia dispositio facta pro certa causa, durante causa durat, *Tiraquell. in d. Leg. Boves §. hoc sermone limit.* 5 *n.* 1 *ff. de verb. signific. Gabriell. de leg. & constit. lib.* 6 *conclus.* 2 *num.* 39. ubi alios congerit. 50

Rursus limitatur, ut dispositio dictæ *Leg. Boves §. hoc sermone* non procedat quando per primum actum consequi non potuit effectus a Disponente volitus, & non est satisfactum, seu satisfieri non potuit menti, & voluntati disponentis, quia tunc dispositio protrahitur ad secundum, & ulteriores actus, donec effectus fuerit sequutus, *Tiraquell. dict. L. Boves limit.* 6 *n.* 1. 6. 10. *et per tot. Mans. cons.* 55 *n.* 24. *et cons.* 698 *num* 11. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4 *gloss.* 26 *num.* 23 *et seqq. et claus.* 5 *gloss.* 1 *par.* 2 *n.* 68 *Gratian. discept.* 370 *num.* 7. *Rot. dec.* 379 *num.* 1 *par.* 2 *rec.* & donec menti disponentis fuerit satisfactum, ut docet idem *Tiraquell. in d. L. boves limit.* 6 *per tot.* & præcise *n.* 9. ubi ampliat etiam ad casum, quod dispositio loquatur per verba denotantia certum numerum, nam si intentioni disponentis non esset satisfactum in eo numero, tenet, ut possit, procedi ad numerum ulteriorem, idque probat authoritate *Textus in Leg. si quis ex Argentariis §. ult. et Leg. veluti § hæc vox. ff. de edend.* & authoritate *Roman. et Bald.* ac aliorum, hancque limitationem probant, & sequuntur *Costa cons.* 46 *num.* 15. *Gabriell. lib.* 6 *tit. de leg. et constit. concl.* 2 *num.* 28. *Riminald. iun. cons.* 23 *n.* 198 *volum.* 1. *Mans. cons.* 55 *n.* 24. *tom.* 1. *et cons.* 698. *n.* 11 *tom.* 8. *Gratian. discept. forens. cap.* 58 *n.* 5. 6 *et* 7. *et cap.* 370 *num.* 7. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 26 *n.* 23. *et seqq. et claus.* 5 *gloss.* 1 *par.* 2 *n.* 68. 51 52

Cui Limitationi cohæret conclusio, quod mandatum datum Procuratori, seu debitori, ut possit accipere pecunias sub cambiis ne Creditor patiatur interesse, de pecuniis sibi debitis, non restringitur ad primam vicem, sed generaliter intelligitur, donec satisfactum fuerit Creditori, & intentioni constituentis, ut in puncto dicit *Dec. cons.* 562 *n.* 1. 2 *et* 3. latissime *Tiraquell. in d. L. boves §. hoc sermone limitat.* 6 *per tot. et de retract. lignag.* §. 8 *gloss.* 7 *num.* 5. *Stracc. de mercat. tit. mandat. n.* 20. *Grammatic. dec.* 102 *num.* 85. bene *Spada cons.* 267 *num.* 20 *lib.* 2. *R. P. D. Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 30 *num.* 19. *Mans. cons* 55 53

num. 24. *Rota in una Romana Cambiorum cor. Bubalo* 20. *Novembris* 1585. *et cor Dunoz. sen. dec.* 57 *n.* 1 *et per tot. et in rec. dec.* 229. *per tot. par.* 18.

Quod applicatur ad casum nostrum, in quo ordinata fuit provisio salmarum 1000. frumenti perfectæ qualitatis, & cum utilitate pretii, quæ, cum impleri integre, & perfecte non potuerit in primis Tractis, & concessionibus ob non perfectam qualitatem, & propter inæqualitatem pretii, adhucque implenda remaneret, ideo compleri potuit, imo complenda erat in aliis ulterioribus Tractis, ad hoc, ut mens, & ordinatio D. Laurentii consequi posset plenarium effectum.

Non attenta distinctione inter dispositionem Legis, & hominis, cum ex iuribus supracitatis satis superque deducatur, limitationes adductas communiter fuisse receptas in utraque dispositione.

Ex quibus resoluto obiecto deducto ex *d. Leg. boves* corruit illico principale fundamentum expirationis mandati ratione temporis, super quo, licet ulterius immorari opus non esset, nihilomius ex abundanti putavimus observandum in subiecta materia mandati.

Primo, quod mandatum non censetur limitatum, nisi de li-
54 mitatione concludenter appareat, *Rota Genuen. dec.* 76 *num.* 4 *ad fin. vers. nec dicatur Rot. post Mell. observ. dec.* 137 *n.* 5.

Et quod numquam præsumitur excessus in mandatario, utpore quia sit species delicti, nisi plene, & concludentibus pro-
55 bationibus demonstretur, *Urceol de transact. qu.* 14 *num.* 4. *Rot. Ianuen. dec.* 8 *n.* 5. *Saminiat. contr.* 32 *n.* 32. *Rot. coram Seraph.* 1124 *n.* 13. *et dec.* 1189 *n.* 1. *et cor. Dunoz. iun. dec.* 543 *n.* 7. *et cor. Merlin. dec.* 17 *n.* 1 *et seqq. et in rec. dec.* 428 *n.* 1 *et* 2 *par.* 5 *tom.* 2. *&* *dec.* 106 *num.* 12 *par.* 7 *et dec.* 202 *sub n.* 21 *par.* 12.

Secundo, quod mandatum extenditur ad ea omnia, sine qui-
56 bus commissio effectum sortiri non valet, etiamsi non sit expressa, *Laderch. cons.* 91 *n.* 1. *Grat. contr. discept. Ferrar. caus.* 81 *n.* 23. *Constant. ad Statut. Urb. annot.* 19. *num.* 57. *Pacion. de locat. et conduct. cap.* 7 *num.* 19. *Rot. cor. Emerix iun. dec.* 1332 *num.* 1. *et post Albit. de incostant. in iudic. dec.* 54 *n.* 1.

Tertio quod mandatum extenditur ad omne antecedens, & consequens necessarium pro consecutione rei demandatæ, *L. non cogendum* 45 *§. si Procurator ff. de Procurat. Mans. cons.* 187 *n.* 42. *Pacion. de locat. cap.* 7 *n.* 8 *et* 20. *Mantic. de tacit. et ambig. convent. lib.* 7 *tit.* 22 *num.* 32. *Onnat. de contract. tom.* 2 *tract.* 13 *disput.* 44 *sect.* 4 *n.* 90. 91. *Rot. post Mell. observ. dec.*

dec. 137 *n.* 12. *et in rec. dec.* 234 *num.* 5 *et* 6. *par.* 8. & extenditur ultra tempus præstitutum propter necessariam consequentiam, *Mantic. de tacit. et ambig. convent. lib.* 7. *tit.* 22. *n.* 32. *Onnat. de contract. tom.* 2. *tractat.* 13. *disput.* 44 *sect.* 7 *num.* 123 *in fin.* 58

Quarto, quod Procurator censetur habere in mandato ea omnia, quæ sunt necessaria ad perficiendam rem sibi demandatam, *Leg. ad rem mobilem* 56. & ibi *gloss. in verbo recte aget et Leg. ad legatum* 62 *ff. de Procurat. Rot. cor. Coccin. dec.* 1535. *n.* 4. *et coram Dunoz. iun. dec.* 21 *num.* 3. *et coram Emerix dec.* 1332 *num.* 1. *et in Mantiss. ad Card. De Luc. tit. de servit. dec.* 11. *num.* 8 *tom.* 4. & quod semper præsumitur contraxisse iuxta voluntatem sui Principalis, donec contrarium concludentissime probetur, *Saminiat contr.* 32 *n.* 91. *et contr.* 33 *n.* 74 *et* 75 *tom.* 1. *Gait. de credit. cap.* 2 *tit.* 8 *n.* 3064 *et seqq. Rot. coram Seraph. dec.* 1124 *in fin. et cor. Emerix iun. dec.* 534 *n.* 8. *et in rec. dec.* 56 *n.* 18. *et dec.* 228 *n.* 8 *par.* 4. *tom.* 2. *et dec.* 202 *n.* 22. *par.* 12. *et dec.* 58 *n.* 14 *par.* 16. *et decis.* 399. *num.* 2. *par.* 17. 59 60

Quinto quod, quamvis mandatum sit stricti iuris, nihilominus, quando eius verba apta sunt aliquid comprehendere late interpretatur *Rot. Romana divers. dec.* 8 *n.* 9. *et* 10. *par.* 2. *Rot. dec.* 315 *n.* 10. *coram Peutinger. et coram Cerro dec.* 171 *num.* 3. 61

Sexto quod mandatum non debet intelligi secundum literam, sed secundum veram mentem mandantis, quæ præferenda est verbis, ex *Textu L. creditor* 60 §. *si inter maritum ff. mandat. Mantic. de tacit. lib.* 7 *tit.* 14. *num.* 10. *et tit.* 15 *n.* 25. *Cyriac. contr.* 278 *num.* 38. *Franc. Palm. cons.* 62 *n.* 107. *Gob. cons.* 90 *n.* 15. *Iovius de solemnit. gloss.* 16 §. 10 *num.* 49. *Fontanell. dec.* 251 *num.* 11. *Rot. cor. Merlin. dec.* 392 *n.* 14. *et in rec. dec.* 100 *n.* 8. *et dec.* 194 *n.* 11 *par.* 6. 62

Septimo, quod Procurator potest a modo, & forma recedere, quando habeatur effectus a mandante desideratus. *Spada cons.* 191 *num.* 23 *lib.* 2. *Rot. Genuæ dec.* 8. *a n.* 5. *et seqq. Mantic. de tacit. lib.* 7 *tit.* 15 *num.* 37 *et seqq. Vela dissert.* 21. *n.* 40 *et seqq. Iovius de solemnit. in contract. min. gloss.* 16 §. 10 *n.* 49. *vers. potest tamen Molin. de contract. disp.* 552. *num* 3. *Venturin. cons.* 10 *n.* 104. 105. *et seqq. lib.* 1. *Post. resol.* 67 *n.* 13 *et* 14. *Rot. cor. Dunoz. iun. dec.* 199 *n.* 1. *et in rec. decis.* 194 *n.* 11 *par.* 6 *et dec.* 367 *n.* 19 *par.* 12. 63

Octavo, quod non dicitur excedere fines mandati Procurator, qui fecit ea, quæ ex verisimili mente mandantis videban- 64

tur inesse mandato, ut dixit *Gloss in Leg. tale pactum ff. de pact. Mart. Medic. dec.* 58 *num.* 26. ubi quod licet mandatario interpetrari mentem mandantis, *Rot. Ianuen. dec.* 8 *num.* 5. *dec.* 56 *num.* 2. *et dec.* 174 *n.* 5. *Mantic. de tacit. et ambig. lib.* 7 *tit.* 15 *n.* 25. *Mans. cons.* 187 *n.* 25 *Capic. Latr. cons.* 108 *n.* 20. *R. P. D. Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 61 *num.* 16 *et* 17. *D. Casareg. de commerc. disc.* 36 *num.* 15 *et* 16.

Nono, quod quando non constat, Procuratorem non potuisse mandatum exequi, aliter quam fuit executum, excusatur, &
65 sufficit implevisse eo modo, quo commode potuit, *Scacc. de commerc.* §. 2 *gloss.* 5 *num.* 370. *fol.* 388. *Rocc. de mandat. notab.* 14 *n.* 26. *Card. Mantic. de tacit. lib.* 7 *tit.* 15. *n.* 40.

Decimo denique, quod, quando Procurator, prout in præsenti habet a principali liberam potestatem operandi circa rem man-
66 datam potest facere ea omnia, quæ constituens ipse facere potuisset, *R. P. D. Ansald. de commerc. disc.* 77 *num.* 11. *Mantic. de tacit. lib.* 7. *tit.* 16 *n.* 43. *Gob. cons.* 60 *num.* 33. *et* 34. *et cons.* 126 *n.* 30 *et* 31. optime *Rot. in addit. ad Card. De Luc. tit. de usur. dec.* 33 *num.* 1 *tom.* 5. ubi de Procuratore constituto cum libera facultate.

Et excusatur ab excessu mandati, *Gob. cons. dec.* 60 *n.* 33
67 34 *et* 35. *et cons.* 126 *n.* 30. *Saminiat. contr.* 32. *num.* 88. *Rot. dec.* 428 *n.* 17 *par.* 5. *et dec.* 194. *n.* 6 *par.* 6.

Quæ omnia præter deducta in facto ex contextu literarum exuberant non tam ad ostendendam subsistentiam, ac durationem mandati, sive de voluntate expressa, sive tacita D. Laurentii, quam ad ostendendum, rite, & recte potuisse DD. Gismundos procedere ex mente eiusdem ad eius executionem eo modo, & forma, quo fuit executum.

Ultra quod ex abundanti dicebamus, quod omissis tot demonstrationibus in facto claris, & evidentissimis ostendentibus existentiam mandati, & illius durationem, pro indubitato tenendum esset, quod mandati præfinitio, & expiratio, ad summum ex proxime notatis, ac etiam ex tenore ipso literarum, non esset clara, sed valde dubia, in quo casu mandatum admittit interpretationem contra mandantem, qui potuit Legem sibi apertius
68 dicere, clariori sermone declarando suam voluntatem, ad *Textum in L. veteribus ff. de pact. Afflict. dec.* 91 *n.* 9. *Pacion. de locat. et conduct. cap.* 7. *num.* 14. *Post. resol.* 67 *n.* 11. *Gob. cons. dec.* 90 *n.* 4. *Rot. cor. Seraph. dec.* 1124 *n.* 13 *et* 14. *et cor. Dunoz. dec.* 543 *n.* 34 *et seqq. repetit in rec. dec.* 154 *num.* 43 *vers. et in omnem eventum cum seqq. usque ad fin. par.* 8.

Et

Et præsupposito mandato, sive supposita illius dubietate, quæ idem operatur, ac si mandatum existat, & duret nullo modo possunt DD. Gismundi reprehendi de mala intelligentia neque de excessu, neque de dolo, & culpa exuberante in hoc casu bona fide, quæ sufficit ad hoc, ut Procurator ad aliquid non 69
teneatur erga Dominum, *Leg. idemque in princ. ff. mandat.* „ ibi „ „ nihil enim amplius, quam bonam fidem præstare eum oportet „ *Parif. conf.* 90 *n.* 39 *lib.* 1. *Rot. Genuæ dec.* 76 *num.* 5. *Post. dec. Bononien.* 77. *num.* 113. *Scacc. de commerc.* §. 2. *gloss.* 5 *n.* 405 *fol.* 391. *Gob. consult.* 90 *n.* 10. *R. P. D. Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 61 *n.* 24. *Rot. coram Carill decis.* 156 *num.* 2. *et* 3.

Et ad hoc, ne aliquod damnum sentiat, vel patiatur, *Leg.* 70
ex mandat. ff. mandat. Rot. Genuæ d. dec. 76 *num.* 5.

Ad effectum enim condemnandi mandatarium requiritur, do- 71
lus, & lata culpa, neque sufficit levis, & multo minus levissima, ad *Textum in L. in contractib* 20 *et in L. contract.* 24 *ff. de reg. iur.* & melius in *L si Procuratorem* §. *dolo autem ff mandati, et gloss. in L. in re mandata* 21. *verbo exacto Cod. mand.* bene *Molin. de contract disp.* 549 *num.* 5. ubi asserit id esse rationi, & iuris regulis consentaneum, pulchre quoque *Onnat. de contract. tom* 2 *tractat.* 13 *disp.* 44. *de mandato sect.* 5 *num.* 98 *et seqq. Hunnius in Encycloped. iur. par.* 3 *tit.* 20 *num.* 14. *De Luc. de tutor. disc.* 16 *n.* 8. ubi quod alia opinio est nimis rigorosa, *Rot Iannen. dec.* 8 *n.* 8. *Palm. alleg.* 18 *n* 21 *et n.* 39.

Et ad summum tenetur Mandatarius de lata, & levi culpa 72
tantum procedendo cum opinione magis rigorosa, *Bartol. in Leg. quod Nerva num.* 31 *vers. aut in mandat. ff. de posit. Oinot. in* §. *mandatum n.* 4 *instit. tit. de mandat. Rot. Iannen. dec.* 76. *n.* 8 *et* 9. *Onnat. de contract. d. disp.* 44 *sect.* 5. *num.* 99.

Dolus autem non præsumitur nisi concludentissime probetur, 73
Leg. quoties §. *qui dolo ff. de probat.* '*ego ipse resol.* 37 *n.* 18 *et* 19. *resol.* 50 *num.* 29 *tom.* 1 *par.* 1. *Rot. Genuæ dec.* 76 *n.* 6 *et* 7. ubi de mandatario *Mans. conf.* 579 *n.* 5 *tom.* 6.

Neque præsumitur culpa; quæ pariter probanda est plene, 74
& concludenter, & non solum in genere, sed etiam in specie, ut notat *Gloss. Bart. et DD.* communiter in *Leg.* 1. *quis ex argentariis* § *An vero hæredi ff de eden. Gratian. discept.* 125. *n.* 4. *et Rot. Genuæ in d. dec.* 76. *num.* 7. *et seqq. Gob. conf.* 15 *num.* 9 *et* 10 *et seqq. et num* 35 *et seqq. Staiban. resol.* 89 *n.* 14 *et* 15 *tom.* 1. *Rot. post Torr. var. iur. qu. tit.* 12. *dec.* 4. *num.* 13. *in Miscell. par.* 2 *tom.* 3.

cupatis *Maiorche*, sed esset de utroque mixtum, cognita tamen insubsistentia obiecti propter ea, quæ ex processu resultant, & probata habentur in facto, cum neque coram D. Auditore Liburni fuisset ex hoc capite dubitatum de transgressione mandati, nulla idcirco super hoc proposita fuit formalis discussio, imo omnino derelicta hæc consideratio, teste quoque D. nostro Relatore Causæ.

Unde cum nulla adesset occasio dubitandi de diligentia, & integritate DD. de Gismundis, neque aliquid fuerit deductum, ex quo dignosci posset, ipsos fuisse in aliqua culpa, ex qua deprehenderetur, quod culpose, vel dolose se gesserint in hac administratione, censuimus, quod cessante dolo, & culpa, ac constito in contrarium de eorum bona fide, prudentia, & diligentia, qua maiorem in re sua adhibere non poterant, illi condemnandi non essent, sed potius de iure indemnes servandi, prout 76
servari mandavimus, ad *Textum in Leg. inter causas* §. *cum servus ff. mandat. Rot. Ianuen. dec.* 110 *num.* 1 *&* 2. *R. P. D. Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 61. *num.* 24.

Mandatum enim trahit originem ex officio, & amicitia secundum, *Bald. super rubr. ff. mandat. per Text. in L. ff. eod. tit.* 77
& est contractus bonæ fidei, ut observat *R. P. D. Ansald. de commerc. disc.* 61 *num* 24. valdeque interest Reipublicæ ad commercium humanum, contractum hunc firmum, fixum & inconcussum 78
fide debita ab utraque Parte conservari, ut monet idem *Onnat. de contract. tom.* 2 *tractat.* 13. *de mandat. disput.* 34 *sect.* 2 *de causis mandati num.* 31. unde sicuti competit actio directa mandati contra mandatarium, ut bene, & fideliter tempore, & modo præstituto mandatum exequatur similis obligatio directa competit mandatario contra mandantem, ut ab omni obligatione, & 79
damno indemnis conservetur, *Leg. Lucius Titius* 38. *& Leg. si mandato meo* 45. *in princ. &* §. *item si dum*, & ibi *Gloss. Bartol. & DD. & Leg.* 4. *Cod. mandat. Onnat. de contract. tom.* 2. *tract.* 13 *disput.* 44. *de mandat. sect.* 3 *n.* 74 *et seqq. Rot. Genuæ decis.* 110 *in princ. R. P. D. Ansald. de commerc. et mercat. d. disc.* 61. *num.* 24. & passim apud omnes. 80

Neque ab hac deliberatione retrahere nos potuit Iudicium aliquorum Mercatorum huius Inclitæ Urbis, & Ianuæ, ac Neapolis, cui valde deferendum esse in materiis mercaturæ, præmonuerunt 81
Mans. consl. 104 *num.* 40. *Mell. alleg.* 79 *num.* 40. *Rot. cor. Gregor. dec.* 126 *num.* 1. *et cor. Merlin. dec.* 597. *num.* 4 *et* 36. *et in recent. dec.* 154 *num.* 13 *par.* 7.

Nam attentissime perpensis eorum responsis agnovimus, integre non fuisse illos certioratos de omnibus documentis exhibitis in processu causæ, eorumque responsa fuisse reddita extraiudicia-

liter,

liter, & ut morem gererent Requirenti, ac iuxta consuetum, ut plurimum, mercatorum morem suscribendi clausis oculis huiusmodi attestationes, prout iacent, a Partibus litigantibus exten-
82 sas, & expiscatas ut advertit, *R. P. D. Ansald. de commerc. in disc. generali num.* 45.

Præterea visa fuerunt flocci pendenda eorum responsa, cum resolutio præsentis causæ non pendeat ab inspectione consuetudinis, styli,, & usus specialis inter mercatores, seu alicuius Legis specialis in eorum Foro receptæ, seu a significatione alicuius verbi, quo casu mercatoribus, & eorum iudicio præceteris defertur, sed tota causæ decisio pendeat ab articulis iuris, & a cognitione obligationis mandantis, & mandatarii respective, quæ non valent a mercatoribus iudicari, utpote extra sferam eorum activitatis, & nisi per iuris regulas, & proinde eorum iudicium duximus non esse attendendum, sed potius reiiciendum, prout fuit reiectum, auctoritate *Mell. in observ.* 79 *num.* 39 *et* 40. *Saminiat. contr.* 27 *n.* 19 *tom.* 1. *D. Audit. Casareg. in tractat. de commerc. disc.* 48 *num.* 17. *et Rota post Salgad dec.* 7 *num.* 5 *in fin. et dec.* 111. *n.* 27. *et coram Dunoz. iun. dec.* 829 *n.* 8 *et in rec. dec.* 52 *num.* 11 *et* 12 *par.* 7. *et dec.* 290 *num.* 12 *par.* 11. *et dec.* 73 *n.* 37. *par.* 12.

Et ita utraque Parte acerrime informante &c.

Antonius Gabriel Calderonus Rot. Audit. et Compil.
Octavius Vasoli Piccinini Rotæ Auditor.
Ioseph Laurentius de Casaregis contrarium sentiens, ut videre est penes eumdem in tractatu de commercio disc. 119

DECISIO XII.

FLORENTINA PRÆTENSI FIDEICOMMISSI.

12. *Maii* 1719. *cor.* AUDIT. IACOBO DE COMITIBUS.

ARGUMENTUM.

Fideicommissum in solo casu contraventionis ex quibus dicatur inductum. donatio de sui natura est ad hæredes transitoria etiam si sit conditionalis, vel onerosa, & Donatarius ante implementum decesserit, ac etiam si facta sit ad vitam, vel cum taxativa *tantum*, quæ alium operatur effectum quam exclusionis transmissionis ad hæredes. Maxime stante clausula constituti, & alia

pro

pro se Hæredibus, & Successoribus etiam cœterata, sive prolata a Donante, sive a Donatario, & quæ sit differentia cum talis clausula profertur a Donante, vel a Donatario. Donatio præservativa fideicommissi facti, vel faciendi subiacet omnibus conditionibus fideicommissi, nec abdicat a Donante facultatem disponendi de Bonis donatis, & prout latius in decisione.

SUMMARIUM.

1 *Legatum suppositum fideicommisso in casu contraventionis, contraventione cum dolo non probata remanet liberum penes legatarium.*
2 *Fideicommissum in solo casu contraventionis inductum censetur, quando præcedit dispositio prohibitiva, & alia simplex subsequitur.*
3 *Maxime attentis dictionibus* tunc & eo casu *designantibus subiectionem fideicommisso non esse liberam, & absolutam.*
4 *Fortius si alias legatum esset inutile.*
5 *Grati homines agros fertiles imitari debent, qui valde plus reddunt, quam accipiant.*
6 *Interpretatio semper est capienda per quam Testatoris voluntas facilius effectum consequatur.*
7 *Donatio de sui natura importat perpetuam dominii abdicationem.*
8 *Donatio non censetur facta ad vitam Donantis, si adsint verba* pro se, & suis hærebibus &c.
9 *Præsertim si donans erat decrepitus, & donatio correspectiva ad aliquod onus.*
10 *Item si alias maius esset gravamen impositum Donatario onere collato.*
11 *Donatio remuneratoria, latissime est interpretanda.*
12 *Hæredes nemo habet in vita, & Legatarius Testatore vivente Legatum non consequitur.*
13 *Donatio præservativa fideicommissi facti, vel faciendi recipit onera, & conditiones in Testamento adiectas.*
14 *Nec perfectam parit Donatario actionem, nisi quatenus donans non adiiciat nova pacta, & conditiones.*
15 *Donatio de sui natura est transitoria ad Hæredes Donatarii, secluso pacto reversivo.*
16 *Amplia in Donatione facta contemplatione certi Matrimonii.*
17 *Ideo potest Donatarius de re donata disponere, & illam transmittere ad Hæredes extraneos etiam si Donanti præmoriatur.*
18 *Amplia etiam si Donatio sit conditionalis.*
19 *Vel cum expressione certæ qualitatis.*
20 *Item amplia etiam si Donatarius onera non adimpleverit, quia cum re donata transit ius adimplendi ad eius hæredes.*

21 *Item*

21 *Item amplia etiam si Donatio facta sit ad vitam Donatarii dummodo agatur de re sui natura ad hæredes transitoria.*

22 *Maxime attenta stipulatione pro se, hæredibus, & successoribus, quo casu designatio vitæ Donatarii ostendit gravamen dumtaxat restitutionis ad hæredes.*

23 *Item amplia etiam si adsit taxativa* tantum, *quæ excludit hæredes uti comprehensos in Donatione non uti Successores Donatarii.*

24 *Maxime attenta clausula* constituti, *& aliis similibus indicantibus dominii translationem in Donatarium, & hæredes.*

25 *Et stipulatione, & acceptatione Donatarii* pro se, hæredibus, & successoribus.

26 *Etiam si clausula* pro hæredibus, & successoribus *sit solum cæterata.*

27 *Et etiam si dicta clausula sit solum adiecta acceptationi Donatarii, non autem abdicationi Donantis.*

28 *Differentia an expressio hæredum facta sit a Donante, vel a Donatario sit solum ad effectum dignoscendi an hæredes veniant ex propria persona, vel uti hæredes Donatarii.*

29 *Quando Donatio facta est Patri, et Filiis, filii veniunt ex propria persona, secus si facta sit Patri acceptanti pro se, et filiis &c.*

30 *Donans de Bonis donatis disponere nequit, nec super eis fideicommissum ordinare.*

31 *Limita si in actu Donationis sibi hanc facultatem præservavit.*

32 *Stante hac facultate sibi reservata potest Donans qui Descendentes vocavit in Donatione se restringere ad Masculos cum exclusione fœminarum.*

33 *Et ordinem substitutionum intervertere.*

34 *Imo Donationem ad libitum corrigere, reformare, et revocare*

35 *Pactum reversivum uti contrarium naturæ Donationis, vel debet esse expressum, et literale, vel elici ex verbis quæ aliud importare nequeant.*

36 *Prædecedentia iuvenis seni, et alii tristi eventus non præsumuntur a Donante considerati.*

37 *Bona donata, quæ stare debent subiecta fideicommisso illius naturam assumunt.*

PRO

RO satisfactione crediti florenorum 740. quod Bartolomæus de Lorinis habebat cum Taddæo eius ex fratre Nepote, obtinuit usque de anno 1575. ab Arbitro concorditer electo sibi dari in solutum partem domus ac prædium dicti Taddæi, quæ bona Arbiter deinde declaravit subiecta esse debere Fideicommisso per eundem Bartholomæum inducto, sive inducendo cum his verbis „ I quali = Beni nel predetto lodo contenuti, e confinati, e al detto Bar= tolommeo aggiudicati sottoponiamo al Fidecommisso per detto = Bartolommeo nel suo Testamento fatto, o da farsi con le proi= bizioni, e patti per detto Bartolommeo in detto suo Testa= mento apposti, o che per l' avvenire apponesse, & in effetto = detti Beni sottoponiamo al Fidecommisso per detto Bartolom= meo fatto, o che per l' avvenire facesse, secondo saranno gli = altri Beni, che rimarranno nell' Eredità di d. Bartolommeo.

Prolato huiusmodi laudo illud fuit a Partibus acceptatum, & in actu emologationis Bartolomæus Bona adiudicata donavit eidem Taddæo, & Aloysio alteri Nepoti acceptantibus pro se, hæredibus, & successoribus cum clausula Constituti, cessione iurium, promissione non revocandi, sed habendi donationem gratam, & ratam, postquæ verba incontinenti addidit „ Et prædicta Bona su= biecit, & supponit Fideicommisso per dictum Bartolomæum in = eius Testamento facto, seu in alio eius Testamento faciendo = cum prohibitionibus, & pactis in dicto Testamento per eum = facto, seu de novo fiendo.

Successive cum idem Bartolomæus de anno 1582. esset Creditor dicti Taddæi de summa Florenorum 400. per aliud laudum obtinuit sibi adiudicari aliam tertiam partem eiusdem Domus, & condemnari dictum Taddæum „ A non molestare detto Bartolom= meo, o suoi Eredi per causa alcuna dependente dall' Arte = della Lana di che sopra, ed ancora per conto dei conti seguiti = infra detto Bartolommeo, e detto già Lorini dependenti da = qualsivoglia causa, ed ancora a non contravenire al Testamento = così fatto, come da farsi per detto Bartolommeo; & in caso, = che volesse contravenire, dichiariamo il detto Taddeo dover = prima restituire al detto Bartolommeo, o suoi Eredi detti Fio= rini 400. insieme con altri Fiorini 740. lire 7. 5. per altro lo= do rogato Ser Domenico Farsi sotto il suo dì, e fatta detta re= stituzione dichiariamo detti Beni al detto Bartolommeo aggiu= dicati così per il presente Lodo, come per altro lodo rogato = da Ser Domenico Farsi, ritornare liberamente in detto Taddeo, = e suoi Figli, e Descendenti.

Eadem-

Eademque die Bartholomæus præfatam portionem domus donat dicto Taddæo eius Nepoti acceptanti pro se, & eius hæredibus, atque post promissionem non revocandi donationem adiicitur eadem conditio subiacendi Fideicommisso inducto, sive inducendo per dict. Bartholomæum „ ibi „ Cum conditione apponendi, & subiacendi Fideicommisso, tam per dictum Bartholomæum facto, quam faciendo in eius Testamento modis, & formis, prout dict. Bartholomæo libere videbitur, & placebit.

His peractis cupiens, & enixe desiderans idem Bartholomæus post ipsius mortem omnia Bona sua transire debere in Ludovicum eius filium legitimatum, ipsiusque filios masculos per lineam masculinam in infinitum pacifice, & absque aliorum contradictione, & impugnatione Testamentum condidit, in quo eumdem hæredem universalem instituit, sive esset eius filius sufficienter legitimatus, vel alumnus, sive non, declarans eumdem etiam post mortem Testatoris, quocumque tempore posse legitimari, & dispensari, quatenus opus foret; & casu, quo dictus Ludovicus, qualibet ex causa non esset hæres, aut non posset esse, aut esset, post ipsius tamen mortem, suos hæredes universales instituit eiusdem Ludovici filios masculos, & Descendentes per Lineam Masculinam in infinitum per hæc verba „ ibi „ Sibi hæredem universalem instituit Ludovicum de Lorinis eius unicum filium legitimatum, seu Alumnum, & etiam, quod non fuisset Alumnus, nec filius, nec legitimatus saltem sufficienter, & quem Ludovicum, etiam post mortem dicti Testatoris & etiam post apprehensionem, & aditionem hæreditatis, & omni tempore, absque eo quod vocentur, aut citentur proximiores, & successores ab intestato posse legitimari, & dispensari, & esse eius hæredem universalem, & debere consequi cum effectu eius hæreditatem voluit, ordinavit, & disposuit omni meliori modo &c. & in dictum casum, & eventum, quod dict. Ludovicus qualibet ex causa non esset hæres, aut non posset esse, aut esset, & consequeretur dictam hæreditatem, post mortem tamen dicti Ludovici voluit, & instituit suos hæredes universales filios masculos legitimos, & naturales natos, seu nascituros ex dicto Ludovico, & eius uxore legitima, & eius descendentes per lineam masculinam in infinitum masculos, & legitimos, & naturales.

Verum, quia non obstante hac provida, & accurata dispositione adhuc dubitabat Testator de molestiis, ut magis, magisque ab illis Ludovicum præservaret, tutumque redderet, eo sine filiis, & descendentibus masculis in infinitum decedente, voluit medietatem hæreditatis redire ad Taddæum eius Nepotem, eiusque descendentes masculos in infinitum, & in alia medietate succedere

cedere

cedere Bonaiutum de Lorinis cum hac tamen conditione, quod respectu Taddæi intelligeretur facta substitutio casu, quo non molestaverit hæredem, & non aliter, nec alio modo.

Illisque non contentus, agendo de bonis, seu creditis comprehensis in supradictis laudis prohibitionem de non molestando hæredem repetiit remittendo se ad infra disposita „ ibi ,, Item = voluit, disposuit, & declaravit, quod attento, quod per unum = laudum latum de anno 1575. de die 4. mensis Iulii rogatum = per Ser Dominicum de Farsis, & per alterum latum de an. 1582. = de die 4. mensis Iulii rogatum per Ser Franciscum de Farsis = filium dicti Ser Dominici disponitur, quod Floreni mille centum quadraginta, solidi septem, & denarii septem auri monetæ intelligantur suppositi Fideicommisso infra faciendo, & inducendo cum prohibitione de non molestando infrascriptum eius = hæredem, prout latius apparere dicitur in dictis laudis, ad quæ = habeatur relatio, quod in omnibus, & per omnia exequantur, = & observentur dicta lauda, & ibidem disposita, & quod in suo = sint, & remaneant robore, & firmitate, sub prohibitionibus, & = privationibus maxime in casu molestiæ, de quibus in dictis lau- = dis, ut infra latius disponit ipse Testator.

Immediate autem subdit idem Testator legatum Florenorum 300. mediante persona eius Filiæ factum Taddæo, aliud legatum Florenorum 1000. & aliud Florenorum 1140. 7. -- 7. intelligi facta, & relicta pro omni, & toto eo, quod quoquomodo prætendere posset, iterumque prægnantioribus verbis enixe vetuit molestias, inquietationes, & turbationes de Iure, vel de facto agendo, & excipiendo etiamsi extraiudiciales, & iniuxtæ essent, ex quacumque ratione, iure, vel causa, quamvis illæ inferri contingerent a Conventu, vel Religiosis Sancti Marci ex persona Fratrum dicti Taddæi ibi professorum, & in casu contrario dictum Taddæum omnibus dictis quantitatibus privavit, illasque dicto casu fideicommisso supposuit „ ibi ,, Item voluit, & disposuit, = iussit, & mandavit, quod Floreni 300. relicti Filiæ dicti Tad- = dæi de Lorinis contemplatione tamen dicti Taddæi, & Flore- = ni 1000. legati dicto Taddæo pro restitutione dotis dictæ Do- = minæ Piccinæ, nec non Floreni 1140. 7. -- 7. de quibus supra = & de quibus in dictis Laudis sint, & esse intelligantur di- = cti relicti & legati dicto Taddæo pro omni & toto eo, quod = quovis modo quomodocumque, vel qualitercumque petere, = consequi, vel habere posset de suis bonis paternis, vel patri- = monialibus dicti Testatoris, cum hoc tamen onere, & condi- = tione a Lege iniunctis dicto Taddæo, quod aliquo pacto, via = directa, vel indirecta, aut sub quolibet quæsito colore ipse

„ Taddæus non posset quomodocumque, & qualitercumque ali„ quo tempore in futurum molestare, inquietare, vel aliquo mo„ do turbare de iure, vel de facto, iuste, vel iniuste, in iudicio, „ vel extra, agendo, vel excipiendo infrascriptum eius hæredem „ in persona, vel in bonis hæreditariis, seu propriis, & maxime in „ Bonis, & causa, & occasione dictorum Bonorum paternorum di„ cti Testatoris; & casu, quo qualibet ex causa, ratione, vel iure, „ quomodocumque, vel qualitercumque molestaverit, inquietave„ rit, vel quoquomodo turbaverit, ut supra, vel præbuerit cau„ sam molestationi, inquietationi, vel turbationi aliquo pacto ut „ supra, vel fratres germani dicti Taddæi, qui sunt Fratres in „ Conventu Sancti Marci, vel ipse Conventus de per se, vel eo„ rum nomine, & tam coniunctim, quam divisim molestarent „ aliquo modo dictum hæredem ut supra, quod ipso iure dictus „ Taddæus intelligatur privatus dictis quantitatibus, videlicet di„ ctis Florenis 300. Florenis 1000. & Florenis 1140. 7. -- 7. & „ ipso iure teneatur, & obligatus sit, prout eum gravavit, ad „ solvendum, & restituendum quantitates prædictas infrascripto „ eius hæredi, quæ dicto casu intelligantur esse, & sint supposi„ tæ infrascriptæ responsioni, & Fideicommisso.

Defecta linea Ludovici hæredis aperta fuit successio favore Taddæi, a quo devenit in Michaelem Angelum, qui cum esset ultimus de sua Familia supplices preces obtulit Serenissimo Principi, ut loco Pueri de Hospitali Innocentium post eius mortem eligendi dignaretur eligere Commendam Sancti Stephani, cuius patronatus primo loco ad Supplicantem spectaret, & deinde ad Dominum Lælium Bonsi, eiusque filios, & descendentes masculos in infinitum; votique compos effectus post mortem ipsius sine filiis in eadem Commenda successit Dominus Eques Bonsi, a quo institutum fuit iudicium contra hæredes præfati Michaelis Angeli pro exigendo dicto credito Florenorum 1140. & favorabilem Sententiam reportavit; adversus quam petita in integrum restitutione a Reis conventis se læsos existimantibus eorum instantiæ adhærendum esse credidi, aliis Dominis meis Colleghis Sententiam primi Iudicis reformantibus.

Etenim Bartholomæus Testator inter cœtera legavit Taddæo Florenos 1140. cum conditione non molestandi suum hæredem, neque in persona, neque in bonis, eundem privando, in casum contraventionis legatis, quæ tunc voluit esse subiecta Fideicommisso in casum mortis ordinato „ ibi „ Et casu, quo qualibet ex „ causa ratione, vel iure, quomodocumque, & qualitercumque „ molestaverit, inquietaverit, & quoquomodo turbaverit &c. „ ipso iure dictus Taddæus intelligatur privatus dictis quantitati„ bus &c.

= bus &c. Et ipso iure teneatur, & obligatus sit, prout eum
= gravavit ad solvendum, & restituendum quantitates prædictas
= infrascripto eius hæredi, quæ dicto casu intelligantur esse, &
= sint suppositæ infrascriptæ responsioni, & Fideicommisso „ Unde cum Taddæus nullomodo hæredi molestias intulerit, libere adeptus fuit Legatum, quod tamquam suppositum Fideicommisso in solo casu contraventionis volito, contraventione plene non probata, & quidem cum dolo, relictum apud Legatarium liberum remanere debet, *Cyriac controv.* 289 *num.* 16. *Mans. consultat.* 58 *num.* 16. *consultat.* 61 *num.* 38 *tom.* 9. *Rota Lucen. apud eum consultat.* 109 *num.* 15 *tom.* 10. *Rota cor. Roias dec.* 382. *num.* 7. *in rec. dec.* 158 *num.* 1 *par.* 13 *&* *apud Torr. variar. tom.* 2. *Miscellan. par.* 1 *dec.* 10 *num.* 1 *&* *seqq. &* *dec.* 11 *n.* 3 *fol.* 627. 1

Nec dubitari potest voluisse Bartholomæum subiicere Fideicommisso Bona controversa in solo casu contraventionis. Cum enim ipse molestias hæredi prohibuerit, eum in casu contraventionis privando; & successive ordinaverit Fideicommissum, illud volitum censetur solum in casu, quo contraventio sequeretur: Ea ratione, quia quoties præcedit dispositio prohibitiva, & alia simplex subsequitur, sequens dispositio, seu Fideicommissum, volitum, & ordinatum censetur sub conditione, si & quatenus prohibitioni contraventum fuerit, ut probat *Textus in Leg. pater* 39 §. *si filiam ff. de legat.* 3. ubi Theoricam hanc tradit *Bartolus* eamque sequuntur *Soccin. sen. cons.* 227 *num.* 3 *vers. nec enim lib.* 2. *Dec. cons.* 357 *num.* 1. *& cons.* 377 *n.* 4. *Ruin. cons.* 111. *num.* 17. *& cons.* 140 *n.* 10 *lib.* 1. *Peregrin. de fideicommiss. art.* 14 *num.* 6 *&* 18. *Palm. Nep. alleg.* 291 *n.* 92. 2

Maxime attenta dictione restrictiva *dicto casu*, quæ ad evidentiam designat subiectionem Fideicommisso non esse absolutam, & liberam, sed coarctatam ad unicum tantum casum dictæ contraventionis, reliquis exclusis, ut late probant *Torr. de maiorat. cap.* 38 *n.* 529 *par.* 1. *Rodulphin. alleg.* 150 *n* 11. *Actolin. resolut.* 36 *num.* 7. *Mans. consult.* 87 *n.* 6. *Palm. Nep. allegat.* 19. *num.* 46. *alleg* 47 *num.* 51. *alleg.* 83 *num.* 36 *& seqq. allegat.* 223 *n.* 17. *Rota nostra dec.* 4 *num.* 13 *coram me, Rota Romana dec.* 267 *num.* 2 *par.* 2. *dec.* 320 *num.* 6 *par.* 3. *& dec.* 81. *n.* 26 *par.* 16 *recent. & cor. Priol. dec.* 138 *n.* 8. 3

Et clarius animadvertendo, quod si super dicto Credito, vel bonis diceretur ordinatum Fideicommissum in casum mortis, legatum prædictum fuisset omnino inutile, neque Taddæo aliquid commodi afferre potuisset, quod volitum fuisse præsumendum non est, *Catan. cons.* 24 *num.* 24 *&* 25. *Mans. consult.* 17 *num.* 28 *tom.* 1. *Torr. variar. tom.* 1 *tit.* 4 *qu.* 1 *n.* 32. *fol.* 653. 4

de pact. futur. success. in Mantissa cap. 1. *num.* 40. *Rot. post eum dec.* 51. *num.* 9. §. *altera dec.* 144. *num.* 12. *dec.* 162 *num.* 13. *& dec.* 222 *num.* 1. *apud Palm. Nep. inter dec. Lucen. diversor. dec.* 354 *num.* 1. *& cor. Ansald. dec.* 29 *n.* 23 *&* 24.

Præcipue quia ut apparet ex contextu utriusque laudi, ac Testamenti, unica sollicitudo Testatoris fuit providendi, ut eius filius naturalis, seu Spurius ab eo in universa hæreditate institutus nullam pateretur controversiam a propriis Nepotibus, sive ex causa detractionis bonorum ad ipsos Nepotes forsan spectantium ex Fdeicommissis, aliisque dispositionibus maiorum, sive sub prætextu nullitatis dispositionis tamquam factæ de persona indigna, atque ad hunc solum finem adiecta leguntur præcepta parendi, & servandi eius voluntatem, & non contraveniendi Testamento ab ipso facto, sive faciendo, adeout voluerit dictum Thaddæum teneri etiam si molestia proveniret ab eius Fratribus iam professis in Conventu Divi Marci. Ac proinde absurdum est dicere, quod voluerit Thaddæo legatum inutile facere, eumque omnimode gravare, sive pareret conditionibus adiectis, sive non; & pro beneficio, quod ab eodem Thaddæo anxie sperabat, eum potius onerare, quam recompensare, contra naturam legati, & donationis præsertim remuneratoriæ ob servitia accepta, vel recipienda, in qua adeo large favore Donatarii proceditur, ut quando non versamur in Personis prohibitis, intra cancellos tantum meriti, & ad limites præcisi servitii a Donatario præstiti iudicanda non sit, sed cum ampliori quodam fœnore, & largiore, cumulatioreque mensura favore eius, qui beneficium in Donantem, præsertim nobilem, contulit; convenit enim ei qui beneficium enixe exoptatum consecutus est ex lege gratitu-
5 dinis multo maiorem gratiam referre, quam habuerit, ita imitando Agros fertiles, qui valde plus reddere solent, quam acceperint, ut tradunt *Purpurat. in Leg. si quid num.* 131 *ff. si certum petatur. Venturin conf.* 32 *num.* 64 *&* 65 *lib.* 1. *Mans. consult.* 480 *num.* 13. *& pluribus adductis, Tiraquell. in Leg. si umquam verb. donatione largitus num.* 84. *& seqq. C. de revoc. donat.*

Finis enim a Testatore adeo enixe volitus tanto facilius obtineri poterat, quanto maiora erant legata, & emolumenta Thaddæo relicta in præmium renunciationis iurium competentium eidem Thaddæo legatario, eiusque fratribus, tam pro bonis propriis retentis a Testatore, quam pro iuribus, ac creditis eidem Legatario competentibus contra Testatorem, de quibus fit mentio in secundo Laudo; quo magis enim præsumimus adiecta fuisse gravamina legatis relictis eidem Thaddæo, eo maius esse poterat periculum, ne ipse reiectis legatis tot vinculis subiectis,

de

de quibus nullo modo disponere potuisset, ac etiam spe remotissimæ substitutionis in universa hæreditate mallet potius vindicare res proprias a Testatore retentas ac etiam credita, & super Testamenti validitate litem introducere; & consequenter ea capienda venit interpretatio, per quam voluntas Testatoris facilius volitum consequitur effectum, non alia, per quam Testator 6 nimium onerando Legatarium voluerit eidem aditum prebere ad impugnandam suam dispositionem. *Leg.* 3 *ff. de militar. testament. L. Titia cum Testam.* 35 §. 1. *& L. Mevius* 68. *in princ. ff. de legat.* 2. *& L. ex verbis* 5 *C. quando dies legati cedat. Mans. consultat.* 524 *n.* 5. *Torr. in Mantiss. ad tractat. de pact. futur. success. cap.* 22 *num.* 15 *&* 16. *Rota Lucen. post eumdem de primog. dec.* 15 *num.* 52. *& variar. iur. quæst. tit.* 1 *dec.* 8 *num.* 63 *fol.* 123 *tom.* 1.

Nec ad evitandam hanc legati inutilitatem suffragare potest responsio, quod huiusmodi bona, vel quantitas Florenorum 1140. intelligantur in Laudis donata Thaddæo, vel ad vitam Donantis, vel Donatarii, vel primi hæredis gravati, & legatum intelligi debeat ad formam præcedentis donationis.

Non enim intelligi potest ad vitam Donantis, quia hæc interprætatio ex verbis donationis non probatur, prout opus esset, 7 & iuris regula desumpta ex natura donationis est in contrarium; donatio enim importat perpetuam abdicationem dominii, *Leg.* 1 §. *igitur cum dicimus ff. de donat. causa mortis*, *Leg. Senatus* §. *sed mortis causa ff. eodem*, *Torr. de pact. futur. success. lib.* 2. *cap.* 10 *num.* 13. *Rot. post eumd. dec.* 222. *num.* 1. *& in Mantissa ad eumdem dec.* 3 *num.* 2. *coram Emerix iun. dec.* 1325 *num.* 2 *&* 3. *coram Ansald. dec.* 42 *n.* 39. *in recent. dec.* 239 *n.* 11 *par.* 17. *& dec.* 155 *num.* 9 *par.* 18. *post De Luca in Mantiss. de dote decis.* 11 *num.* 19. *& de donat. dec.* 1 *num.* 2.

Quinimmo verba, & mens Donantis suadet totum oppositum: Tum quia Bartolomæus *dedit*, *& donavit pro se*, *& suis hæredibus omni meliori modo &c.* Sicque si non solum nomine proprio, sed etiam hæredum donare voluit: Signum evidens, quod hæredes etiam ad observantiam Donationis obligare intellexit, quibus nullum ius deferri poterat, nisi post mortem Do- 8 nantis; & per consequens etiam sequuta ipsius morte erga Thaddæum, eiusque hæredes, & successores liberalitatem conferre voluisse dicendum est, *Rota post De Luc. de donat dec.* 5 *num.* 7. *& decis.* 9. *num.* 14.

Tum etiam quia imperceptibile est Patruum decrepitum voluisse allicere Nepotem ad servandam suam voluntatem cum le- 9 vissima spe fruendi bonis donatis durante vita Donantis, qui de

tempore Donationis in decrepita ætate, pluribusque morbis afflictus, & de tempore Testamenti fere in mortis articulo erat constitutus, & propterea dari potuisset casus, quod Thaddæus, nec obulum ab usufructu percepisset; In quibus terminis omnis possibilis, & magis lata interpretatio favore legatarii capienda est, ut considerat *Rota coram Reverendiss. Domino meo Ansaldo dec. 93. num.* 28.

Potissime quia Bartholomæus donans in Testamento causam motivam huius liberalitatis expressit, impediendi nempe molestias hæredi, quibus difficilius subiectus esse poterat, si Floreni 1140. libere relicti fuissent Thaddæo, quam si usufructus eiusdem summæ sua vita durante donatus fuisset a Testatore: Et in his circumstantiis credendum non est Bartholomæum voluisse facere Thaddæo legatum adeo exiguum, & forsan etiam ob onera eidem

10 iniuncta præiudiciale, *Reverendiss. Ansald. in addit. ad decis.* 29. *num.* 23. nec imponere Donatario maius gravamen, quam potuerit contra firmata per *Rot. post De Luc. de donat. in Mantissa dec.* 10 *num.* 4. *in rec. dec.* 653 *n.* 7 *par.* 19.

Cum huiusmodi donationes remuneratoriæ, & factæ pro beneficio ab aliquo consequendo munificentiori, & liberaliori modo, quo possibile est interpretari debeant, *Rota coram Priol.*

11 *dec.* 164 *sub num.* 9. *post Balducc. ad Ramon. dec.* 10 *n.* 14 *tom.* 4. *post Torr. de pact. futur. success. in Mantiss. dec.* 3 *n.* 14 *recent. citat. dec.* 653 *n.* 14 *par.* 19.

Citra dubium, quia Testator adiicit conditionem non molestandi in Testamento sub pœna privationis. Cumque Testamentum non incipiat habere vires, nisi post mortem ipsius Bartholomæi; Signum evidens, quod Donator cogitavit, Thadeum etiam post ipsius mortem habiturum rem donatam, quia privatio præsupponit habitum, ac etiam, quia conditio non molestandi directa est ad legatarium favore hæredis Testatoris, ideoque supponit istius præ-

12 decessum, cum vivens non habeat hæredem, & legatarius vivente Testatore legatum consequi non possit, ut de prima est *Text in L. si hæreditas, & ibi Gloss. verb. qui vivit, ff. de hæred. vel act. vend. Mans. consult.* 20 *n.* 3. *Rota coram Buratt. dec.* 589. *num.* 12. *in fine, & dec.* 639 *num.* 11. *Cels. dec.* 308 *num.* 16 *in fin. Priol. decis.* 435 *num.* 5 *post Torr. de pact. futur. success. dec.* 4 *num.* 14 *& variar. iur. quæst. tom.* 2. *Miscell. par* 1 *tit.* 12 *dec.* 2. *num.* 9 *fol.* 584. Et de secunda propositione est *Text. in L.* 4 *in princ. ff. quando dies legati cedat, & Leg. si tibi homo* 86 §. *cum servus ff. de legat.* 1. *Mans. consult.* 24 *num.* 71 *tom.* 1. *Rot. Ianuen apud Balducc. dec. & res iudicat tit.* 3 *de legat. & fideicomm. dec.* 54 *num.* 4. *&* 30. *Rot. cor. Coccin. dec.* 2217 *n.* 16.

So-

Solumque recipi posset contraria intelligentia, quod legatum, seu donatio facta fuerit ad vitam Donantis, quando de hoc apparet, & non concurrerent supra relatæ circumstantiæ in contrarium; vel quando donatio fuisset facta Thaddæo irrevocabiliter, & clare costaret super eisdem bonis fuisse ordinatum Fideicommissum. Sed nullo modo procedit in casu nostro, in quo de tali voluntate non constat, imo apparet de contrario, & donatio bonorum in laudis contentorum fuit facta cum conditione eadem bona subiiciendi fideicommisso per Bartolomæum facto, vel faciendo, prout ipsi libere videbitur, & placebit, quo casu omnes conditiones, & onera in Testamento adiecta recipere debet, ut in puncto donationis præservativæ fidecommissi facti, 13 vel faciendi, *Menoch. cons.* 85 *n.* 20. *Casanat. cons.* 56 *n.* 31. *Decian. respons.* 7 *num.* 99 *lib.* 1. *Noguerol. alleg.* 14 *num.* 36. cœteris adductis *Cutell. de donat. tom.* 2 *disc.* 1 *Special.* 7 *num.* 27 *& seqq. De Luc. de fideicommiss. disc.* 138 *num.* 6 *&* 7 *vers. de ultimo, de Regalib. disc.* 199. *num.* 10. *Episc. Rocca disput.* 20 *num.* 27. *Molin. de ritu nuptiar. lib.* 3 *qu.* 24 *num* 295 *fol.* 220. *Rot. nostr. apud Balducc. dec. & res iudicat. tit.* 3 *de legat. & fideic. dec.* 3; *num.* 42 *& seqq. & num.* 45. *& seqq.* ubi quod nulla actio perfecte quæritur donatario, nisi quatenus donans non adiiciat nova pacta, & conditiones, *confirmat. die* 23. *Iulii* 1721. *co-* 14 *ram Dominis Auditoribus Casuregi*, *Paribeni*, *& Belluzzi*, *Rot. Romana cor. Coccin dec.* 2267. *num.* 11. *cor. Merlin. dec.* 802. *n.* 3. *post Torr. de pact. futur. success. dec.* 46. *ex n.* 1. *& dec.* 47 *n.* 13 *in rec. decis.* 103 *num* 8 *par.* 17. *decis* 377 *num.* 9 *& seqq. dec.* 616 *num.* 9 *& seqq. dec.* 711 *num.* 2 *& seqq. & dec.* 788 *num.* 2 *& seqq par.* 18. *post Costantin. ad Statut. Urb. dec.* 120 *num.* 18. *ubi Concordantes*, *& dec.* 203 *num.* 6 *& seqq.*

Simili modo intelligi non potest facta donatio ad vitam donatarii; Secluso enim pacto reversivo, donatio de sui natura est transitoria ad quoscumque hæredes Donatarii, *Leg.* 1 *ff. de do-* 15 *nat. Leg. Senatus* 35 *post principium ff. de donat. causa mortis*, *Thesaur. qu. forens. lib.* 2 *cap.* 60 *num.* 10 *& seqq. ubi num.* 15. *limitat in donatione annua*, *Bonden. collect.* 25 *num.* 7 *lib.* 1 *& num.* 10. *& seqq.* ubi præcise respondet obiecto, quod donatio sit personalis, & ad vitam, *& num.* 49. *Episcop. Rocca disput.* 106. 16 *num.* 3 *& seqq.* ubi etiam si donatio facta sit contemplatione certi Matrimonii, *& sub num.* 35 *versic. idque etiam*, *& disputat.* 107 *num.* 53. *& seqq. ubi idem repetit Mans. in alia causa huius dominii consultat.* 257 *num.* 11 *Cutell. de donat. disc.* 1. *Special.* 24 *num.* 14 *& seqq. Senat. Mantuan. apud Surd dec.* 322. *num.* 39. *Rota Roman cor. Merlin. dec.* 664. *num.* 31. *& seqq.* ubi huic obie-

objecto individualiter respondet *Emerix iun. dec.* 970 *num.* 1 *&* *per tot. decis.* 1037. *n.* 9. *& dec.* 1019 *num.* 1 *&* 2. *Benincasa dec.* 178 *num.* 2. *dec.* 348 *num.* 16. *in recent. dec.* 587 *n.* 2 *&* 3 *& dec.* 707 *in fin. par.* 1. *dec.* 290 *num.* 5 *par.* 9. *dec.* 98 *num.* 14 *par.* 12. *decis.* 434 *num.* 2 *&* 3 *par.* 13. *decis.* 529 *num.* 1 *par.* 14. *dec.* 155 *n.* 9 *par.* 18. *post De Luca de donat. dec.* 5 *n.* 17. *& in Mantissa dec.* 9 *num.* 6 *& de iurepatronat. dec.* 42 *n.* 9. *& in Cavallicen. Donationis* 1. *Februarii* 1706. §. *nec obstat*, *& in eadem super Manutentione iisdem die*, *& anno* §. *fin. cor. Eminentiss. Dom. Card. Scotto*, *& in Placentina Donationis* 14. *Maii* 1708. §. *nec Domum cor. Eodem.*

Adeout possit Donatarius de bonis, & iuribus donatis disponere, illaque in casu præmorientiæ Donatarii ante Donantem transmittere ad favorem hæredum etiam extraneorum, *L. illam*
17 *& Leg. si quis argentum* §. *finali C. de donat. Bart. in Leg. ita stipulatus* 117 *num.* 41 *in fine ff. de verbor. obligat. Paulut. differtat.* 15 *num.* 51. *& differt.* 14 *num.* 56. *& differt.* 87 *n* 87 *&* *seqq.* ubi etiamsi donatio sit conditionalis, idemque repetit *Mans.*
18 *in causa huius dominii consultat.* 262 *n.* 9. *& seqq. & consultat.* 479 *num.* 23 *&* 24. *Paulut. differt.* 5 *num.* 51. *Bonden. dict. collectat.* 25 *num.* 7 *&* 8 *lib.* 2. *Cutell. de donat. contemplat. Matrimon. tom.* 2 *tract.* 2 *disc.* 1 *Special.* 24 *n.* 14 *&* 15. *Rota nostra apud Accaris. dec.* 108 *num.* 2 *& seqq.* ubi etiam si donatio sit conditionalis, *& num.* 15 *& seqq.* ubi quod procedit etiamsi dispositio sit cum expressione certæ qualitatis, *Rota Roman. coram*
19 *Merlin. dict. dec.* 664 *num.* 7. *Ottobon. dec.* 10 *num.* 35 *Benincas. dec.* 178 *num.* 9. ubi etiamsi pendeat conditio *dict. dec.* 348 *n.* 16 *&* 18. *in recent. dec.* 559. *num.* 20. *& dec.* 564 *num.* 41 *&* 42 *&* 45 *par.* 19. *post De Luc. de donat. dec.* 5 *num.* 1. *decis.* 9 *num.* 1. 2. *& dec.* 10 *num.* 1. *& dec.* 11 *num.* 1. *de fideicommiss. dec.* 116 *num.* 1. 2. *& in Mantiss. de donat. dec.* 1 *num.* 22 *&* *seqq. & apud Paulut. differt.* 84 *dec.* 1 *num.* 1 *& seqq.* ubi ait hoc procedere etiam in donatione conditionali, *& num.* 17. *post Balducc. ad Ramon. dec.* 2 *n.* 38. *& dec.* 22. *num.* 38 *tom.* 2.

Quamvis Donatarius onera in donatione adiecta non adimpleverit, quia nihilominus onus adimplementi una cum emolu-
20 mento donationis ad hæredes Donatarii transmittitur, *Rota post De Luc. de donat. dec.* 5 *n.* 15. *& dec.* 9. *num.* 10. *ubi alios adducit Benincas. dict. dec.* 348 *num.* 12.

Et hoc locum habet etiam in donatione facta durante vita naturali Donatarii, quia quando res est de sui natura ad hæredes transitoria, quoties isti nominatim exclusi non fuerunt, semper
21 inclusi censentur; & dictio ad vitam apposita censetur ad demon-

monſtrandum, quod cum ius cuiuslibet ex donatariis ad vitam tantum, & non ultra eſſet duraturum, poſt ipſius mortem directe ad immediatum Succeſſorem tranſire deberet; quidquid dicendum eſſet in aliis materiis de ſui natura non perpetuis, nec ad hæredes tranſmiſſibilibus, *Card. De Luc. in celebri Cauſa Romana Primogenituræ de Aldobrandinis de fideicomm. diſc.* 205 *n.* 9 *&* 10. ſuper quo diſcurſu emanarunt Deciſiones Rotæ de anno 1696. coram Emerix; & de anno 1697. coram Urſino impreſſæ *poſt dict. diſc* 205 *fol. mihi* 422. *et fol.* 425. *impreſſionis Venetæ anni* 1698. *repetitæ poſt eumdem De Luc. de fideicomm. dec.* 115 *num.* 2. & egregie *dec.* 116 *num.* 8. quarum prima iterum fuit impreſſa *coram Emerix dec.* 1325. *num.* 4. & utraque poſt eumdem *De Luc. in Mantiſſa de donat. dec.* 1 *n.* 3 *et* 5. *et dec.* 2 *num.* 10. 11. *ſub num.* 14 *et ſeqq. et de iurepatronat. in Mantiſſa dec.* 43. *num* 15.

Maxime attenta ſtipulatione pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, quæ operatur ut donatio alias temporanea, & vitalitia evadat perpetua, & ad hæredes tranſitoria; quoties enim fuit datus ſubſtitutus, deſignatio vitæ Donatarii cenſetur adiecta ad oſten- 22
dendum gravamen reſtitutionis ad hæredes, & naturam donationis ad ipſos tranſitoriæ non immutat, in ſpecie *Rot. coram Emerix iun. dict. dec.* 1325 *num.* 8 *et ſeqq. coram Benincaſa dec.* 9 *num.* 5 *et dec.* 11. *num.* 12 *repetita poſt De Luca de iurepatronat. in Mantiſſa citat. dec.* 42 *ſub num.* 4 *verſ. quo vero, et dict. dec* 42 *num.* 12 *ubi Concordantes, et de donat. pariter in Mantiſſa dec.* 1 *n.* 5 *et ſeqq. et citat. dec.* 2 *n.* 17 *et ſeqq.*

Quinimo donatio eſſet ad hæredes tranſitoria etiam quando facta fuiſſet alicui cum dictione *tantum*; deficiente enim pacto reverſivo, & non conſtito aliunde de voluntate excludendi hæredes Donatarii, donatio per ipſius mortem non reſolvitur, ſed tranſmittitur ad hæredes non uti comprehenſos in donatione, ſed 23
tanquam Succeſſores Donatarii, *Gratian. diſcept.* 386 *n.* 14. *Rota coram Achille de Graſſis dec.* 1 *n.* 6. *de donat. Emerix iun. citat. dec.* 1325 *num.* 5 *et ſeqq. ubi plurimi Concordantes, Benincaſ. ſæpe allegat. dec.* 348 *num.* 22. *et apud Paulut. diſſert.* 84 *dec.* 1 *n.* 1 *et cæteris adductis poſt De Luca de donat. dec.* 11 *n.* 22. *de fideicomm. dec.* 115. *num.* 4. *et dec.* 116 *n.* 3 *et ſub num.* 7. *repetit. poſt eundem De Luca in Mantiſſ. de donat. dec.* 1 *num.* 4. *et dict. dec.* 2 *num.* 6 *et ſeqq. et in citat. Cavallicen. Donationis pr. Februar.* 1706. *§. non obſtat, cor. Em. D. meo Card. Scotto.*

Eoque validius prædicta procedere debent, quia probatur etiam voluntas Thaddæi non recipiendi donationem limitatam, ſed perpetuam, & tranſitoriam ad quoſcumque ſucceſſores

etiam

etiam cum libera facultate alienandi; nedum attenta clausula *ad*
24 *habendum*, *constituti*, aliisque similibus, quæ indicant Donantem abdicasse a se dominium, illudque transtulisse in Donatarium, & hæredes absque ulla spe reversionis, & resolutionis, *Rota coram Emerix iun. citat. dec.* 970 *num.* 2 *et* 3. *Benincas. dict. dec.* 340 *num.* 13 *et* 15. *post De Luca de donat. dec.* 9 *num.* 5 *et* 15. *dict. dec.* 10 *num.* 7. *dec.* 11 *n.* 10 16. 18. *et dec.* 13 *num.* 2. *et in Mantiss. de iurepatron. dec.* 42 *n.* 10. *et in citat. Cavallicen. Donationis* 1. *Februarii* 1706. §. *et fine*, *et in eadem super Manutentione iisdem die*, *et anno* § *quo enim coram Eminentiss. Dom. Card. Scotto*. Et promissione Bartholomæi habendi donationem ratam, & firmam, *Rota coram Emerix iun. dict. dec.* 970. *num.* 5. *et post De Luca de iurepatron. in Mantiss. allegat. dec.* 42 *n.* 10. *et in dict. Cavallicen. Donationis prim. Februarii* 1706. §. *et fine coram Card. Scotto*.

Et ulterius attenta stipulatione, & acceptatione ab ipso
25 Thaddæo facta pro se, & eius hæredibus, & successoribus, ut tradunt *Caren. resolut.* 94 *num.* 20 *et seqq. Mans. in alia Causa huius Dominii citat. consultat.* 262. *sub num.* 11 *et* 12. *optime Bonden. dict. collect.* 25 *n.* 12 *lib.* 1. *Rot. in rec. dec.* 401 *n.* 2. *ubi plures citat. par.* 9. *coram Merlin. citat. dec.* 664. *num.* 33. *et seqq.* ubi præcise hoc obiectum refellit. *post Torr. de pact. futur. success. dict. dec.* 46. *num.* 11. *post Balducc. ad Ramon. dec.* 21 *n.* 17. *et dec.* 22 *num.* 35 *et seqq. et n.* 38 *tom.* 2. *repetit. in recent. dec.* 559 *num.* 20. *et dec.* 564 *num.* 41 *et seqq. par.* 19. *post Costantin. ad Statut. Urb. dec.* 41 *num.* 3.

Sed etiam ex clausula *præsenti &c.* in donationibus adiecta,
26 quæ operatur; ut illæ transitoriæ sint ad hæredes, cum extendatur *pro se*, *hæredibus*, *et successoribus etiam extraneis*: *Episc. Rocca disp.* 23 *num.* 34. *et disp.* 24 *num.* 4. *Rot. coram Peuting. dec.* 174 *num.* 6. *Ottobon. dec.* 255 *n.* 5. *Cerr. dec.* 441 *n.* 17. *Emerix iun. dec.* 970 *num.* 6. *et dec.* 1019 *n.* 24. *Priol. dec.* 446 *sub n.* 16. *in rec. dec.* 458 *n.* 10 *par.* 13. *post Balducc. ad Ramon. dec.* 1 *n.* 33 *tom.* 2. *repetita apud Palm. Nep. alleg.* 295. *et apud Torr. de pact. futur. success. post Mantiss. dec.* 11. *post De Luc. de donat. dec.* 5 *num.* 6. *dec.* 9 *num.* 14. *et dec.* 11 *n.* 14.

Nec quidquam refert, quod personæ hæredum, & successorum non fuissent specificatæ a Donante, sed a Thaddæo Donatario, qui pro eis donationem acceptavit:

Quoniam ad effectum, de quo agitur, ut nempe donatio non sit restricta ad Personam Donatarii, sed sit transitoria
27 etiam ad hæredes nulla sit differentia an uno, vel altero modo donatio facta sit, & in casibus, in quibus personæ fuerunt com-

præ-

præhensæ in donatione, ob stipulationem pro eis factam a Donatario loquuntur Auctoritates citatæ supra in §. *et ulterius* signanter *Bonden. citata collect.* 25 *num.* 12 *lib.* 1. *Rot. post Torr. de pact. futur. success. dict. dec.* 46 *num.* 11. *cor. Merlin. cit. dec.* 654 *num.* 33 *et* 34. *post Balducc. ad Ramon. cit. dec.* 21 *n.* 17. *et allegat. dec.* 22 *ex num.* 35. *tom.* 2. & in fortioribus terminis probant omnes Auctoritates mox relatæ in §. *sed etiam*.

Solumque fit differentia inter unum modum, & alium, quando discutitur, an personæ in donatione comprænsæ veniant ex propria persona, vel uti Patris hæredes, & isto secundo modo venire, ubi personæ fuerunt inclusæ in donatione propter acceptationem, & stipulationem pro eis factam a Donatario, firmant 28 *Mans. dict. consult.* 262 *num.* 12. ubi plures citat; *et consult.* 771 *num.* 28. *Rot. in recent. dec.* 793 *n.* 8. *par.* 18. *dec.* 23 *n.* 1. *dec.* 311 *num.* 1. *et seqq. et dec.* 457 *num.* 2 *et seqq. par.* 19. & distinguendo inter donationem factam Patri, & filiis, quod in ea censeatur ius quæsitum filiis uti filiis a donatione facta Patri ac- 29 ceptanti pro se, & filiis, in qua filii veniunt solum uti Patris hæredes. *Episc. Rocc. disp.* 106 *num.* 19 *et seqq.* ubi innumeros congerit, *et disput.* 107 *n.* 1 *et seqq. Paulut. dissert.* 87 *num.* 30 *et seqq. Torr. de Primog. tom.* 1 *cap.* 34 *n.* 54 *et seqq. fol.* 257. *Reverendiss. Ansald. in Causa Florentina in addit. ad dec.* 75 *num.* 69 *Rota in recent. dec.* 229 *num* 21. *dec.* 230 *num.* 3 *et* 4. *par.* 12. *dec.* 212 *num.* 7 *par.* 13. *dec.* 529 *n.* 1 *et seqq. par.* 14. *dict. dec.* 457 *num.* 2. ubi plures concordantes, *et dict. dec.* 559 *num.* 21 *par.* 19. *apud Palm. Nep. dec.* 350 *n.* 9 *et seqq. et dec.* 351. *num.* 3 *et plurib. seqq. et post De Luc. in Mantissa de donat. dec.* 11 *n.* 2. *et in Conflict. leg. dec.* 10 *num.* 12. & plene *in Romana Fideicommissi* 11. *Decembris* 1702 §. *Nihilominus, et seqq. cor. bon. mem. Molines*.

Haud relevante, quod cum de bonis donatis non possit amplius donans disponere in præiudicium donatarii, nec super eis fideicommissum ordinare in specie, *Caren. resolut.* 147 *n.* 7. *Episc.* 30 *Rocca dict. disput* 20 *num.* 8. *disp.* 23 *num.* 33. *et disp* 24 *num.* 24. *De Luc. de fideicom. disc.* 137 *n.* 6. *et disc.* 139 *n.* 2. *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4 *gloss.* 5 *num.* 28 *et seqq. Rot. nostr. apud Balducc. dec. et res iudicat. tit.* 3 *de legat. et fideicom. sæpe citat. decis.* 35 *num.* 41. ubi plures concordantes *confirmata die* 23. *Iulii anni* 1721. *cor. Dom. Audit. Casaregi Paribeni, et Belluzzi, Rota Romana in recent. dec* 515 *n.* 5. *et ex n.* 11 *par.* 13. *coram Merlin. dict. dec.* 802 *num.* 2. *post Torr. de pact. futur. success. cit. dec.* 46 *n.* 22. *et rel. dec.* 47 *n.* 11. *post Constant. ad Statut. Urb. alleg. dec.* 203 *num.* 5. ad conciliandam contrarietatem,

tem, & incompatibilitatem utriusque actus, dicendum sit, donationem locum habere debere durante vita Thaddæi donatarii, & Fideicommissum incipere post ipsius mortem.

Cessat enim hæc contrarietas, & incompatibilitas, ponderando, quod cum donatio facta fuerit sub conditone subiiciendi bona donata fideicommisso modis, & formis, prout dicto Bartholomæo libere videbitur, & placebit. Stante hac donatione conditionata, & cum libera, & effrenata facultate sibi præservata potuit donans bona donata fideicommisso subiicere, *Peregrin. consil.* 34 *num.* 4 *et* 5 *lib.* 3. *Cutell. de donat. tom.* 2 *disc.* 1 *dict. Special.* 7 *n.* 27 *et seqq. Molin. de Rit. Nuptiar. lib.* 3 *dict. qu.* 24 *num.* 295. *Tondut. resol. civil.* 110 *n.* 12 *et* 13. *Episc. Rocc. citat. disp.* 20 *num.* 11 *et seqq. et ex num.* 27. *et disput* 23 *sub n.* 22 *vers. obiectum et seqq. De Luc de fideicomm. disc* 118 *n.* 5 *et n.* 6 *in fin. et disc.* 135 *sub n.* 15. *Rot. nostr. apud Balducc. dec. et rer. iudic. tit.* 3 *de legat. et fideicomm. dict. dec.* 35 *num.* 54 *et seqq. confirmat. longe post hæc scripta die nempe* 23. *Iulii anni* 1721. *coram Dom. Audit. Casaregi, Paribeni, et Belluzzi, Rota Roman. in rec. citata dec.* 515 *n.* 10 *et* 11 *par.* 13. *dict. dec.* 103 *n.* 11. *et* 12. *et dec.* 277 *n.* 6 *par.* 17. *dec.* 377 *n.* 10. 13 *et seqq. citat. decis.* 616 *num.* 9 *et seqq. et num.* 17. *decis.* 711 *num.* 2 *et seqq. par.* 18. *post Torr. de pact. futur. success. dec.* 46 *ex num* 1 *et n.* 23. *et dec.* 47 *num.* 13. quæ omnes decisiones Rotæ Romanæ emanarunt in celebri Causa Romana Donationis de Ceva post *Costant. ad Statut. Urb. dict. dec.* 120 *num.* 18. *ubi Concordantes, et citat. dec.* 203 *num.* 6 *et seqq.*

31

32 Et quod vigore similium reservationum possit Donator, qui in donatione descendentes vocavit, dispositionem restringere ad masculos cum exclusione fœminarum. *Decian. respons.* 7 *num.* 99 *lib.* 7. *Casanat. cons.* 53 *num* 85. *Capon. discept.* 25 *n.* 5. *de Rosa consult.* 69 *n.* 107 *et* 108. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4 *glos.* 5 *num.* 10 *et seqq. Senat. Cathalon. apud eumdem dec.* 172 *num.* 9. *Rota nostra apud Balducc. dec. et rer. iudicat. tit.* 3 *de legat. et fideicomm. dict. dec.* 35 *num.* 55 *confirmat. post hæc scripta a Dom. Auditorib. Casaregi, Paribeni, et Belluzzi die* 23. *Iulii* 1721. *Rot. cor. Bich. dec.* 207 *num.* 2 *et* 20. *in rec. dec.* 402 *n.* 30 *et* 31 *par.* 9. Et hic est casus formiter disputatus, & decisus in dicta Causa Romana Donationis de Ceva in qua scripsit *De Luca de fideicomm. disc.* 137. & *Episc. Rocca disput.* 20. & in qua emanarunt mox recensitæ Decisiones, signanter *dec.* 277 *par.* 17 *dec.* 6. 377. 711. *et* 788. *per totas par.* 18. *et post Torr. de pact futur. success. dec.* 46 *et* 47. pariter per totas.

Quod

Quodque eadem reservatio operetur, ut donans possit ordinem substitutionum, & vocatorum intervertere, *Decian. dict. res- 33
spons. 7 n. 99 lib. 1. Menoch. cons. 85 n. 20. Casanat. cons. 56 n. 31. Noguerol. alleg. 14 n. 36. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3 d. qu. 24 n. 295. Cutell. de donat. tom. 2 disc. 1 citat. Special. 7 n. 28 et 29.* bene *Rota in recent. allegat. dec. 6 num. 9. 10 et 11. dict. dec. 377 num. 16. et 17. et citat. dec. 711 num. 4 et 5. et relata dec. 788. num. 4 et 5 par. 18.*

Immo quod donanti permissum sit ad libitum donationem 34
factam corrigere reformare, & revocare *per Text. in Leg. 1 Cod. de donat.* quæ sub modo, *Decian. dict. respons. 7 num. 99 lib. 1. Cravett. cons. 234 num. 4. Cyriac. controv. 314 num. 11. Ioseph. de Rosa dict. consult. 69 num. 93. 98 et seqq. Cepparell. resolut. fiscal 148 num. 6 et 7.* ubi adducit Decisionem *Rotæ Florentinæ Vela dissert. 2 in fin et dissert. 24 n. 75. Mierez. de maiorat. par. 1 qu. 44 per tot. Mantic. de coniect. lib. 1 tit. 13 num. 20. Cutell. de donat. tom. 2. disc. 1 dict. Special. 7 n. 30 versic. immo seposita, De Luc. de regalib. disc. 25 n. 6 et 7. de dote disc. 103 n. 4. de donat. disc. 28 n. 23. de fideicom. disc. 135 sub n. 15. Senat. Cathalon. apud Fontanel. dict. dec. 172 ex n. 6 et n. 12. Rot. Lucen. apud Palm. Nep. dec. 252 n. 19. Rota Nost. apud eundem dec. 307 num. 12 et seqq. et num. 29 et per tot. et decis. 346 n. 21. et apud Balduec. dec et res iudicat. tit. 3 de legat. et fideic. dict. dec. 35. num. 54 confirmat. 23. Iulii de anno 1721. Rot. Roman. coram Seraphin. dec. 559 n. 6. Coccin. dec. 1944 n. 23 et seqq. Merlin. dec. 802 num. 2 et 3 in rec. dec. 402 num. 30 et seqq. et dec. 440 num. 16 par. 9. dec. 356 n. 16 par. 12. dec. 189 num. 13 et seqq. par. 13. dict. dec. 377 num. 10. citata dec. 616 ex num. 9 et. 17. et allegat. dec. 788. num. 2 par. 18. dec. 134 n. 4. et dec. 464 n. 7 par. 19. et post Torr. de pact. futur. succcess. dec. 8 num. 7.*

Et denique bona, seu creditum prædictum non possunt dici donata usque ad mortem primi hæredis gravati; quia hæc esset mera divinatio, & urget contra illam, quod si donatio est de sui natura perpetua, si tam de sui essentia, quam ex voluntate Donantis active, & passive est transitoria ad hæredes, & successores quoscumque, ut supra ostensum est §. *Non enim intelligi, et pluribus seqq.* non potest restringi ad vitam hæredis gravati, & sic de perpetua eam reddere temporalem, & reversivam ad hæredes Donantis, durantibus successoribus Donatarii, quando hanc
reversionem uti repugnantem naturæ actus, adeo clare constare 35
debet volitam fuisse, ut, vel nominatim pactum reversivum legi necesse sit, vel Donantem verba adeo clara adhibuisse, ut

aliud importare non possint. *Leg. si quis argentum* §. *fin. Cod. de donat. Rot. post De Luc. de donat. dec.* 10 *n.* 2. *dec.* 11 *n* 6 *et* 7. ubi alios citat, & plenissime eodem Titulo *in Mantissa sæpe cit. dec.* 1 *num.* 2 *& pluribus seqq.* ubi plures congerit, *& dict. dec.* 2 *num. pariter* 1 *& seqq.* repetitæ pluribus in locis superius indicatis §. *Et hoc locum habet.*

Absque eo quod proficere valuerit responsio, quod hæredes, & successores Donatarii decedere potuerint ante primum hæredem gravatum: hoc enim esset pariter repugnans; nedum quia hoc modo Donatio non duraret usque ad mortem primi hæredis gravati, ut supponitur, sed usque ad præmorientiam Donatarii eiusque hæredum, verum etiam quia hoc esset supponere Thaddæum floridæ ætatis, & optimæ valetudinis, eiusque hæredes, & successores prædecedere debere Ludovico filio Bartholomæi contra omnem
36 naturæ ordinem, qui tristes eventus, nec considerati nec in mente Donantis habiti præsumuntur, ut in proposito pluribus auctoritatibus relatis firmant, *Rot. post Balducc. ad Ramon. cit. dec* 21 *num.* 16. *et dec.* 22 *n.* 29. *& seqq. tom.* 2. *repetita in recent. alleg. dec.* 559 *n.* 14 *et seqq. et d. dec.* 564 *n.* 35 *et seqq. par.* 19.

Ulterius est etiam ponderatione dignum, quod bona, vel quantitas prædicta assumere debet naturam aliorum bonorum hæreditariorum Bartholomæi attentis verbis appositis in fine primi laudi mox referendi §. *Etenim.* Unde sicut alia bona Bartholomæi supposita fuerunt fideicommisso, in quo statim sequuta mor-
37 te Testatoris successit Ludovicus hæres institutus, ita idem dici debet de isto credito, ex natura æquiparatorum, de qua in nostris terminis *Rot. coram Mantic. decis.* 19 *n.* 5. & in Motivo præcedentis instantiæ 11. Augusti 1716. §. *Hinc dum dictus.*

Iacobus De Comitibus Suæ Celsitud. Regiæ Auditor.

DECISIO XIII.

EADEM FLOR PRÆTENSI FIDEICOMMISSI.

Eodem die, & anno.

ARGUMENTUM.

In hac Decisione respondetur obiectis adductis contra ea, quæ firmata sunt in Decisione præcedenti.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Creditum fuisse universali Fideicommisso in casum mortis ordinato suppositum veluti reliqua Bona, resultat ex quo Testator remissive quoad illud se habuit ad dispositionem factam super reliquis Bonis.*
2 *Dictio* maxime *stat ampliative, & augumentative.*
3 *Dispositio relativa ad Fideicommissum factum, vel faciendum perfectionem recipit a personis, modis, & conditionibus in Fideicommisso expressis.*
4 *Maxime si agatur de Laudo per quod nequit Arbiter liberam disponendi de rebus suis facultatem unicuique a Lege tributam auferre, vel limitare. Voluntas à Potestate regulari debet, ibid.*
5 *Fortius stante expressa relatione ad condictiones, & pacta in Testamento apponenda.*
6 *Ideo si in Testamento solum adsit Fideicommissum in casu contraventionis, ad hunc quoque casum dumtaxat restringitur Fideicommissum expressum in dispositione relata.*
7 *Relatio operatur ut relatum sit in referente de verbo ad verbum*
8 *Ad evitandum absurdum instantaneæ contrarietatis, vel correctionis capienda est interpretatio, qua mediante utraque dispositio suum sortiatur effectum.*
9 *Relatio, & approbatio non operatur respectu eorum, quæ non adsunt in referente.*
10 *Dispositio posterior specifica prævalere debet antecedenti generali*
11 *Item si esset primæ contraria.*
12 *Amplia sive utraque dispositio sit in eadem scriptura, sive in diversis, & quando secus.*
13 *Dictio* maxime *quandoque exprimit casum magis certum, & minus dubitabilem includendo alium minus exoptatum, & magis dubitabilem.*
14 *Dispositioni referenti claræ, et perfectæ standum est potius quod relatæ.*
15 *Una pars Testamenti aliam declarat.*
16 *Plura Legata unica oratione complexa diversimode iudicari non debent cessante diversitatis ratione, vel incompatibilitate, alias e contra num.* 17.
18 *Dispositum satis dicitur de credito ex emologatione Laudorum illud continentium, & eorum exequutione in Testamento demandata.*
19 *Verba* dispofuit, mandavit, legavit, & reliquit, *perfectam, et absolutam dispositionem inducunt.*
20 *Verba suppositiva prolata ab eo qui habet disponendi facultatem Fideicommissum, Legatum, vel dispositionem inducunt.*
21 *Fideicommissum solummodo in casu contraventionis, & illatæ mo-*

lestiæ inductum censetur, si in casu contrario fuit inductum in casu mortis.

22 *Datum sub una conditione sub contraria censetur ademptum.*

23 *Fideicommissum restrictive in uno casu ordinatum, in cæteris volitum non censetur.*

24 *Quod dicitur de quantitate dicendum est etiam de Bonis, quæ Testator synonime cum quantitate accepit.*

25 *Interpretatio magis congrua verbis, & menti Testatoris capienda est non alia quæ verbis, & voluntati repugnat.*

26 *Testator non præsumitur velle disponere de re quæ non existit in suo Patrimonio.*

27 *Verba inter se synonima nullam important diversitatem.*

28 *In dubio capienda est interpretatio restrictiva Fideicommissi ad unicum tantum casum contraventionis.*



Uibus ita plene firmatis minime obstare valent ponderata in motivo præcedentis instantiæ diei 11. Augusti 1716. §. *Primum namque & seqq.*

Etenim non negatur, quod dictum Creditum Florenorum 1140. subiectum fuerit fideicommisso restitutorio universali, cui subiecta fuerant reliqua bona Bartholomæi, sed difficultas est an subiectio fuerit absoluta, itaut Thaddæus statim post mortem Testatoris cogi potuerit ad solvendum creditum hæredi scripto, vel solum in unico casu contraventionis, seu molestiarum; istoque themate ex supra deductis retento nihil obstat, quod cum in primo Laudo expresse, & in secundo ob relationem ad primum dictum fuerit Creditum, de quo agitur subiectum esse debere Fideicommisso universali „ ibi „ E „ secondo saranno gli altri beni, che rimarranno nell' Eredità „ di detto Bartolommeo „ qui super omnibus suis rebus univer-
1 sale fideicommissum in casum mortis ordinavit, ipseque Bartholomæus in Testamento præceperit in omnibus, & per omnia exequi, & observari debere lauda, quæ voluit in suo remanere robore, & firmitate, ut in Testamento §. *Item voluit, disposuit, & declaravit*, ex hoc infertur Creditum prædictum fuisse suppositum universali fideicommisso independenter a casu contraventionis.

Potissime quia in eodem §. Testamenti immediate subditur: *sub prohibitionibus, & privationibus maxime in casu molestiæ*,
2 quæ dictio *maxime* stat ampliative, & augumentative, & indicat voluntatem inducendi aliam prohibitionem, vel privationem extra casum molestiæ. Quo

Quo enim attinet ad primum laudum, ad quod se refert secundum in eo Arbiter nullam determinatam dispositionem fecit, dum nec personas, nec conditiones, nec alias circumstantias in eo specificavit, sed simpliciter bona, seu creditum de quo agitur supponit Fideicommisso a Bartholomæo facto, vel faciendo cum prohibitionibus, & pactis ab ipso appositis, vel apponendis, & eo modo, quo erant alia bona, quæ in ipsius hæreditate remanebunt, ut ex verbis eiusdem laudi superius relatis in principio, ex quibus verbis aperte dignoscitur, Arbitrum nihil aliud facere voluisse, quam ordinare, ut super bonis, aut credito contento in laudis observarentur omnia ea, quæ in eius Testamento Bartholo- 3
mæus demandasset. Verba enim, quibus ipse usus est, & supra relata dispositio nihil specifice concludunt, sed perfectionem expectant a personis, conditionibus, modis, aliisque in fideicommisso facto, vel faciendo specificandis, ut in terminis alterius dispositionis relativæ ad fideicommissum factum, vel faciendum, firmant *Molin. de ritu nuptiar. lib.* 3 *qu.* 24 *num.* 295 *& seqq. Cutell. de donat. tom.* 2 *disc.* 1 *Special* 7 *num.* 30. *De Luca de fideicomm. disc.* 118 *num.* 2 *&* 4. *disc.* 135 *sub n.* 15. *disc.* 137 *num.* 6 *&* 7 *versic. atque hinc*, *& versic. de ultimo*, *& disc.* 140 *num.* 7. bene *Episc. Rocca disput.* 20 *n.* 27. *Rota nostr. apud Balducc. dec. & res iudicat. tit.* 3 *de legat. & fideic. dec.* 35 *n.* 45. 53 *&* 60. *confirmat. die* 23. *Iulii* 1721. *coram Dominis Auditoribus Casaregi*, *Paribeni*, *& Belluzzi*, *Rota Romana in recent. dec.* 535 *num.* 20. *par.* 5. *dec.* 515 *num.* 10 *par.* 13 *dec.* 464 *num.* 2. *& seqq. & num.* 6 *& seqq. par.* 14. *ubi concordantes*, *dec.* 277 *num.* 3. 12 *&* 13. *par.* 17. *dec.* 378 *n.* 14. *dec.* 616 *num.* 9 *& seqq.* ubi explicat contrarios, *dec.* 711 *num.* 3. *& dec.* 788 *ex n.* 3 *par.* 18. *& post Torr. de pact. futur. success. dec.* 46 *num.* 1 *et seqq. & dec.* 47 *n.* 13. *dec.* 61 *num.* 1 *& seqq.* ubi plures citat, *& ex num.* 4. *post Costantin. ad Statut. Urbis dec.* 120 *num.* 23 *& dec.* 203. *num.* 7.

Nec diversimode Arbiter disponere, & ordinare poterat in rebus ad Bartholomæum spectantibus, super quibus liberam facultatem disponendi ei a lege tributam auferre, & limitare non po- 4
terat, a qua potestate voluntas regulari debet, ut in his terminis prosequitur *Rot. nostr. apud Balducc. dec. & res iudicat. tit.* 3. *de legat. & fideic. allegat. dec.* 35 *num.* 46. *confirmat. longe post hæc scripta die* 23. *Iulii* 1721. *cor. Dom. Auditorib. Casaregi*, *Paribeni*, *& Belluzzi*, *Rot. Romana in rec. citat. dec.* 6. *n.* 13. *dict. dec.* 616 *num.* 16 *par.* 18.

Præsertim quia cum se ad Testamentum retulerit, & ad pacta, & conditiones in eo apponendas ab istis lauda regulari debent,

bent, ut in puncto de relatione ad dispositionem factam, vel faciendam, quod ab ista referens perfectionem recipiat, & nor-
5 mam ac regulam desumere debeat, *Episc. Rocc. dict. disputat.* 20 *num.* 11. 15 *&* 27. *Franc. Molin. de rit. nuptiar. lib.* 3 *citat. qu.* 24 *n.* 299. 300 *&* 303 *fol. mihi* 221. *Rota nostr. apud Balducc. dec. & res iudicat. tit.* 3 *de legat. & fideic. dict. dec.* 35 *n.* 39 *& seqq. & num.* 48 *&* 53 *confirmat. die* 23 *Iulii de anno* 1721. *cor. Dom. Audit. Casaregi*, *Paribeni*, *& Belluzzi*, *Rota Romana in rec. dict. dec.* 788 *n.* 6 *par.* 18. *& post De Luca de donat. dec.* 5 *num.* 19.

Ac propterea cum in Testamento creditum, seu bona, de quibus agitur, sint relicta Thaddæo cum pacto, & prohibitione non contraveniendi, & supposita Fideicommisso restitutorio in ca-
QUamvis mutuum debeat esse gratuitum, & ex eo regulariter nullum debeatur interesse, nihilominus ratione lucri cessantis, & damni emergentis permissum esse ex eo percipere fructus, & interesse, communis est opinio Doctorum in Foro recepta, & potissimum quando ab initio in contractu conventum fuit inter mutuantem, & mutuatarium certum interesse verisimile, & prudentis Iudicis arbitrio rationabile attentis circumstantiis Loci, Regionis, & Personarum. Fortius quando interesse insimul cum sorte fuit a mutuatario sponte solutum cum longa acquiescentia; in quo casu nulla via aperta remanet mutuatario pro repetitione, sive imputatione, neque ab eo excipi potest defectus probationis occasionis proxime investiendi pecunias, & probationis requisitorum, *Paul. Castrens. in Leg.* 3. §. *fin. ff. de eo quod certo loco*.

SUMMARIUM.

1 *Mutuum fructus non parit, & debet esse gratuitum.*
2 *Et fructus exacti in sortem imputantur, vel repetuntur.*
3 *Pecunia uti sterilis nullum producit interesse.*
4 *Mutuum fructus parit ratione interesse lucri cessantis, & damni emergentis.*
5 *Conventio in mutuo super interesse inita substinetur tamquam transactio.*
6 *Et quando sufficienter probatur interesse lucri cessantis, sive emergen-*

gentis, & proxima 'occasio investiendi pecunias cum requisitis, Paul. Castrens. in Leg. 3. §. fin. de eo quod certo loco.

7 *Interesse non probatur ex sola Partium assertione.*

8 *Secus si assertio Partium sit aliunde corroborata, & sit verisimilis arbitrio Iudicantis attentis circumstantiis Locis, Rerum, & Personarum, & quando certum lucrum est ab initio a Partibus taxatum, & n. 9. & 10.*

11 *Negotiatio, & Mercatura in frumentis ab exteris Regionibus traducendis est lucrosa in Ætruria.*

12 *Taxatio, & conventio certi interesse in Ætruria ob frequentes occasiones investiendi pecunias substinetur etiamsi non probetur certa, & proxima occasio investiendi pecunias cum aliis requisitis Pauli Castrensis in Leg. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco, & num. 16.*

13 *Et substinetur ad rationem octo pro singulo certenario, & anno.*

14 *Et ad rationem duodecim.*

15 *Taxatio certi interesse absque requisitis Pauli Castrensis non substinetur secundum opinionem Rotæ, & Curiæ Romanæ.*

16 *Secus vero in aliis regionibus, in quibus occasiones investiendi pecunias sunt frequentes.*

17 *Et quando non agitur de interesse solvendo, sed soluto, et n. 18.*

19 *Et quando interesse fuit insimul cum sorte voluntarie solutum a debitore, & n. 20. & 21. ubi in specie cessante suspicione fraudis, & usuræ ob qualitatem contrahentium.*

Nanimi voto censuimus revocandam Sententiam Domini Gubernatoris Cosmopolitani, in qua interesse ab initio conventum favore Domini Iosephi de Philippis ad rationem octo petiarum pro singulo centenario, & anno, super summa petiarum 750. duabus vicibus ab ipso mutuatam Carolo Palombo reduxit ad solas petias quinque, condemnando eumdem Dominum de Philippis, ad restituendum præfato Carolo Palombo quidquid u tra prædictam taxam petiarum quinque receperat, facta insuper de anno in annum imputatione in computum sortis una cum condemnatione eiusdem Domini de Philippis in expensis ad ratam succumbentiæ.

Et ratio sic decidendi pro revocatione dictæ Sententiæ desumpta fuit ex eo quia cum inter prædictum Dominum de Philippis mutuantem, & Dominum Carolum Palombo, mutuatarium de anno 1691. mediante publico Instrumento conventum fuisset inre-

interesse ad rationem octo pro singulo centenario, his verbis = con condizione di dover pagare detto Sig. Palombo, al detto = Sig. Dott. Filippi, l' interesse di detta Somma a ragione di = otto per cento, e cio in riguardo, che il medesimo Sig. Dott. = Filippi era per negoziare il denaro in Grano, col quale ne = averebbe potuto ricevere maggiore utile di quello ne ricavava = da detto Palombo „ & successive per eumdem mutuatarium = interesse conventum fuisset persolutum, restituto ulterius præ- = dicto capitali, seu sorte petiarum 750. sub die 3. Septembris anni 1694 præcedente solidatione computorum; incongruum propterea visum fuit post viginti, & amplius annos condemnatum fuisse creditorem ad restituendam ratam seu partem interesse ad formam conventionis iam exacti, & bona fide consumpti.

Quamvis enim in mutuo regulariter prohibitum sit quidquam 1
ultra sortem exigere, prout ex Sacris Paginis, *Luc. cap.* 6. *mutuum date nihil inde sperantes;* ex Theologis *Less. de iust. et iur. lib.* 2. *cap.* 20. *dubit.* 4. *num.* 24. *Dian. tom.* 8. *tract.* 3. *resol.* 11. *Stephan. a S. Gregor. lib.* 2. *de contract. cap.* 29. *num.* 1. *& per tot. Layman. lib.* 3. *de just. tractat.* 4. *cap.* 16. *num.* 5. *vers.* 2. *Bonaccin. de contract. disput.* 3. *quest.* 3. *par.* 2 ex Juristis *Card. de Luc. de usur. disc.* 1. *num.* 2. *disc.* 12. *num.* 16. *vers. & in his terminis Ansald. disc.* 67. *num.* 11. *de commerc. Dominus meus Audit. Bonfin. in eius doctissimis notabilib. ad Banniment. General. Status Eccles. cap.* 14. *num.* 5. & ex Rota Romana *Merlin. dec.* 409. *num.* 33. *& seqq. & in recent. decis.* 401. *par.* 16. *& dec.* 323. *num.* 20. *par.* 17.

Et solutum ultra sortem debeat in eam imputari, vel repeti 2
& condici possit veluti indebitum, *Surd. decis.* 328. *num.* 14. *Cyriac. contr.* 540. *num.* 55. *Card. de Luc. de usur. disc.* 12. *num.* 16. *vers. Et in his terminis, Balducc. ad Ramon. observ.* 40. *num* 16. *D. meus Audit. Bonfin. ad Banniment. General. d. cap.* 14. *n* 6. *Rota. Lucen. decis.* 97. *num.* 5. *inter recollect. per D. Palm nepot. tom.* 1. *Rota cor. Bich. decis* 74. *num.* 1. *&* 2. *& cor. Cels. decis.* 277. *num.* 2. *& decis.* 291. *in fin. & in rec. dec.* 51. *num.* 2. *& seqq. & decis.* 385. *num.* 2. *par.* 17. *& decis.* 191. *n.* 4. *part.* 18.

Quia pecunia nullum producere potest interesse utpote de 3
sui natura sterilis, & infructifera, *Rota Lucen. decis.* 97. *num.* 3. *inter. recollect. per Dom. Palm. nepot. tom.* 1. *& in recent. decis.* 331. *num.* 2. *par. prim. & decis.* 232. *num.* 1. *& seqq. & per tot. part.* 8.

Attamen ratione lucri cessantis, & damni emergentis communiter admittitur, posse exigi interesse restaurativum, & refusi-

vum eiusdem damni, ac super eo conveniri posse de certa quantitate solvenda, & huiusmodi conventionem substineri, & esse va-
4 lidam in Sententia tam Civilium Interpretum, quam omnium Canonistarum, & Theologorum, *Gait. de cred. tit. 7. q. 2. num. 1679. & seq. Carleval. de iudic. tom. 2. disp. 8. in princ. & sect. 1. 2. e 6. Leotard. de usur. qu. 71. e 72. Rota Lucen. dec. 97. n. 4. 8. e 9. recoll. per D. Palm. nepot. tom. 1. Ansald. de commerc. & mercat. disc. 67. num. 3. 4. 9. & seq. Card. De Luca de usur. disc. 12 n. 24. e 25. in fin. D. meus Aud. Bonfin. ad bannim. gener. d cap. 14. n. 15 tom. 1. Leotard. de usur. qu. 71. n. 1. & seqq Episc. Rocc. disp. iur. select. cap. 159. n. 5. tom. 2. Merlin. Pignattell. contr. 50. num. 21. 24. e 28. tom. 2. bene Spada cons. 226. num. 1. & per tot. lib. 2. ac etiam in Sententia Sacræ Rotæ Rom cor. R. P. D. Ansald. dec. 65. §. vindicato igitur, & coram Ubald. dec.* 118. quæ est in materia magistralis, *& in rec. decis. 337. n. 9. par. 18. & in Romana Fabricæ mercurii 4 Iulii 1696. cor. R. P. D. Ursino impressa penes Palm. nep. dec. 112. n. 3. & seqq. & in Romana Pecuniaria 12. Martii 1700. §. quoniam cor. R. P. D. dell' Olmo*

Atque illam substineri tamquam transactionem super fructibus inspecto futuro eventu, ut tollatur difficultas probationis,
5 *Grat. discept. for. 864. n. 19. tom. 5. Panimoll. decis. 3. adnot. 3. n. 47. t. 1. De Luc. de usur. disc. 18. n. 8. & disc. 28. n. 8. & seqq. Rota cor. Ubald. dec. 118. n. 8. & seqq. & cor. s. m. Alex. VIII. dec. 2. n. 8. & cor. Dunoz. sen. decis. 333. & in Bononien. Transactionis veneris 28. Iunii 1706. in fin. cor. R. P. D. Omanna, & in rec. dec. 74. par. 14. & dec. 280. per tot. par. 19.*

Non obstantibus deductis pro Carolo Palumbo, quod huius-
6 modi limitatio procedat, quando sufficienter a mutuante doceatur de lucro cessante, vel damno per ipsum passo, probatis requisitis *Pauli Castrens. in Leg. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco*, & probata individua, & proxima occasione investiendi pecunias, prout asseruerunt *Cyriac. contr. 62. n. 26. e 27. & contr. 450. n. 31. e 32. Mart. cons. 39. n. 24 Bonden. collect. legal. 14. n. 38. tom. 1. Post. resol. 115. n. 20. & seqq. Gob. cons. decis. 32. n. 46.* cum aliis ibi late relatis *Sabell. var. resol. cap. 100. n. 11 et seq.* ac originaliter tradidit *Mobedan. decis. 3. n. 1. e 2. de usur.* cum qua pertransiit *Rot. cor. Ubald. dec. 118. per tot. & cor. bo. mem. Alex. VIII. dec. 12. n. 11. & post Merlin. de pignor. dec. 29. n. 5. & cor. Cels. dec. 277. n. 6. & cor. Bich. dec. 16. num. 10. & seqq. & in rec. dec. 86. n. 18. & seqq. par. 11. & dec. 401. n. 40. par. 16. & in addit. ad Card. De Luca de usur. dec 6. e 7.*

Et quod in præsenti probatio interesse super mutuo solum de-

deducatur ex assertione mutuantis, & mutuatarii in instrumento emissa, quæ ad hunc effectum non sufficit, etiamsi esset iurata, cum non sit in potestate Partium per simulatas assertiones face- 7
re licitum, quod alias esset illicitum, *Sabell. var. resol. cap.* 51. *num.* 2. *& cap.* 100. *n.* 14. *& Rota Lucen. d. dec.* 97. *n.* 5. *e* 6. *recoll. per D Palm. nep. tom.* 1. *D. meus Aud. Bonfin. in d. cap.* 14. *n.* 11. *ad bannim. gener. stat. eccles.* ubi plures alios congerit, *& Rota Rom. cor. Mohedan. d. dec.* 3. *per tot. decis* 97. *n.* 5. *& cor. Bich. dec.* 130. *n.* 13. *& cor. Priolo dec.* 276. *n.* 9. *& seqq. & dec.* 369. *n.* 7. *& in rec. dec.* 191. *n.* 9. *par.* 18.

Quia cumulatis pluribus circumstantiis in præsenti concurrentibus visum fuit sufficienter iustificatum lucrum cessans in favorem dicti D. Iosephi de Philippis ad effectum ut pro valida habeatur conventio interesse ut supra taxati, & ad effectum ut lucrum, ut supra conventum ei refundi, & restaurari debeat, seu ut illud iam refusum, & restauratum tam per solutionem sortis, quam fructuum non sit retractandum, nullaque via aperta remaneat pro moderatione, & pro imputatione, & repetitione sive in totum, sive in parte.

Valde enim considerabilis (quidquid superius dictum fuerit) est assertio tam mutuantis, quam mutuatariii de hac occasione proxima implicandi pecunias in negotiatione Frumenti, 8
cum regulariter assertio, & confessio in scriptura, & in instrumento facta ipsis Partibus præiudicet, *Leg. optimam* 14. *Cod. de contrahen. & committen. stipulat. Genua de scriptur. privat. tit. de verb. enunciat. lib.* 2. *qu.* 17. *n.* 8. *e* 9. *Conciol. alleg.* 1 *n.* 51. *et alleg.* 2. *n.* 50 *vers. quæ omnia, Rota cor. Coccin. dec.* 427. *n.* 9. *& apud Cenc. de cens. dec.* 501. *n.* 3.

Etiamsi versemur in materia suspecta quando illa est verisimilis, & est adminiculata, quia etiam in hac materia multum Iudicis arbitrio tribuendum est, an assertioni Partium standum 9
sit attentis circumstantiis rerum, & personarum, argumento *Leg.* 3. § 1. *ff. de testib.* ut dicit *Leotard. de usur. q.* 74. *n.* 5 *& seq.* ubi quod admodum durum sit proprio testimonio resistere, *& Conciol. d. alleg.* 2. *n.* 51. 52. 53. *e,* 54.

Præsertim quando de interesse lucri cessantis disceptatur in civitate, vel loco mercantili, in quo paratæ sunt occasiones implicandi, & investiendi pecunias in licitis, & honestis lucris, & quando certum interesse ab initio est conventum inter Partes, quia tunc non ita rigorosa expostulatur iustificatio, sed satis est 10
quod iusta loci, & personarum qualitatem, & circumstantias taxatio interesse appareat iusta, & rationabilis pro religione, & arbitrio Iudicantis, *Conciol. d. allegat.* 2. *n.* 52. *Ansald. de commerc. & mer-*

& mercat. disc. 67. *n.* 3. *e* 5. *Rota Lucen. inter recoll. per Dom. Palm. nep. dec.* 97. *n.* 9. *tom.* 1. *& eadem Rota Lucen. in Lucan. Immissionis* 15. *Maii* 1678. §. *etenim prædicta cor. Dom. Bellutio.*, ubi quod sit res clara, & notoria, & in alia *Lucana impr. apud D. Palm. nep. alleg.* 219. *n.* 29. *D. meus Bonsin. d. cap.* 14 *num.* 15 *ad bannim. gener. Rota Rom. cor. Ansald. dec.* 65. §. *vindicato igitur, & in Romana Pecuniaria* 12. *Martii* 1700. §. *quoniam cor. R. P. D. dell' Olmo, & in d. Romana Fabricæ coram Ursino apud Palma d. dec.* 12. *n.* 4. *& seqq. tom.* 1.

In præsenti ab initio fuit interesse conventum inter Partes ex superius narratis, & disputatur de hoc in Ætruria, in qua exercetur generaliter, & publice mercatura, ut notissimum est, & in specie in negotiatione, emptione, & traductione Frumentorum ab exteris regionibus ad subveniendum Annonæ in hac Regione non valde affluenti, ex qua negotiatione quandoque considerabile lucrum a mercatoribus reportari solet, prout in specie de hac negotiatione actum fuit in *Liburnen. mandati Sabbati die*
11 15. *Aprilis* 1719. *cor. me*, ubi de negotiatione mercatoris Liburni in Frumentis extrahendis ab Urbe Panormitana.

Ideoque visum fuit, nos versari in casu limitationis receptissimæ, quod cum in hac Regione, & in hoc felicissimo Statu ob frequentiam contractuum, & negotiorum passim inveniantur paratæ occasiones investiendi pecunias, recte sustineatur conventio certi interesse inter contrahentes, & non sit necessarium probare
12 rigorose specificam, certam, & individuam lucrandi occasionem iuxta formam requisitam *a Castrens. in d. L.* 3. ut docent *Andreol. contr.* 83. §. *Et hinc.*, *Thomat. dec.* 132. *ex n.* 35. *Armenzan. dec.* 15. *n.* 21. *&* 22. *Leotard. de usur. quest.* 74. *n.* 21. *&* 22. *Conciol. alleg.* 56. *num.* 49. *Bonden. collect.* 14. *n.* 65. *& n.* 107. *tom.* 1. *& collect.* 20. *n.* 20. *tom.* 2. bene *Rota Lucen. inter recoll. per D. Palm. nep. decis* 97. *n.* 9. *&* 10. *Ansald. de commerc. & mercat. d. disc.* 67. *n.* 49. *& seqq. D. meus Audit. Bonsin. in notabil. ad Bannim. Stat. Eccles. d. cap.* 14. *n.* 15. *tom.* 1. *Card. de Luc. d. disc.* 12. *& disc.* 18. *n.* 10. §. *Aut agitur*, optime *Rot. nost. apud Palm. dec. Lucen. dec.* 328. *n.* 51. in qua opinione residet quoque *Rot. Rom. in d. Romana Fabricæ cor. Ursino d. dec.* 12. *apud Palm. nep. tom.* 1. & eadem *Rot. cor. Ansald decis.* 65. *& in Rom. Pecuniaria* 12. *Martii* 1700. §. *Quoniam etsi cor. R. P. D. dell' Olmo, & in rec. dec.* 157. *n.* 2. *&* 3. *par.* 13. *& dec.* 301. *n.* 4. *&* 5 *par.* 15.

Præsertim quando taxatio interesse appareat rationabilis pro
13 arbitrio Iudicantis, prout rationabilis, & iusta visa fuit ad rationem octo pro Centenario in negotiatione a longinquis Partibus, ut

ut tradidit in negotiatione mercium *Dec. conſ.* 3. *n.* 14. *& per tot.* ubi in terminis mercium, ac rerum de ſui natura ſterilium conſuluit licitum eſſe Mercatori negotianti ſolito paciſci de certo intereſſe etiam ad rationem 12. pro Centenario, & in terminis tam lucri ceſſantis, quam damni emergentis, ac redditus rei fructiferæ attentis Loci, Regionis, & Perſonarum qualitate, *Anton. de Marin. reſolut.* 20. *n.* 3. 4. 5. *& ſeqq lib.* 2. ubi quod 14
huiuſmodi conventio ſit ſervanda etiamſi excederet fructus rei venditæ, quando in Regione intereſſe commune non excedat, vel quando venditor ſi pretium conventum haberet, cum alio contraheret, annuumque Cenſum redimibilem acquireret ad rationem octo, novem, vel decem pro Centenario, bene *D. Palm. nep. alleg.* 205. *& allegat.* 206. *& allegat.* 207. ubi de taxatione ad rationem ſeptem ad menſuram Cenſuum paſſivorum, quibus venditor premebatur, *Marcian. conſ.* 50 *ſub n.* 5. ubi de conventione facta ad rationem octo, *Gob. reſol. dec.* 136. *n.* 23. ubi de conventione ad rationem ſex, ſeptem, & octo, *Card. de Luc. de uſur. diſc.* 21. *n.* 6. ubi de taxa conventionali ad rationem ſeptem, octo, & decem pro Centenario, cui ſtandum eſſe aſſerit non conſtito de contrario.

Non refragante authoritate Rotæ Romanæ in contrarium adducta *ex dec.* 118. *cor. Ubald. & dec.* 12. *cor. San. mem. Alex. VIII.* mordicus inſiſtentis in rigida probatione requiſitorum *Pauli Caſtrenſ.* quia quidquid ſit de iſta opinione in Sacr. Rota, & in 15
Tribunalibus Curiæ Romanæ unice recepta, utique illa non eſt attendenda in aliis Regionibus, in quibus occaſiones inveſtiendi pecunias ſunt frequentes, ac præcedit inſimul taxatio, & con- 16
ventio certi intereſſe inter contrahentes, ut egregie advertit *Card. de Luc. de uſur. diſc.* 12. *n.* 30. *Anſald. de com. & camb. diſc* 67. *Rot. Ian. apud Dom. Aud. Caſareg.* ſemper omni laude dignum, *de com. diſc.* 28. *n.* 62. *& Rot. Luc. in Luc. Pecun.* 26. *Septemb.* 1675. §. *Qua Patriæ cor. Auguſtin. & eadem Rot. Lucen. cor. Coſtantin. inter dec. recoll. per D. Palm. nep. dec.* 97. *n.* 12. *tom.* 1. *Saminiat. contr.* 32. *n.* 3. *&* 4. *tom.* 1. *& contr.* 152. *n.* 2. *&* 3. *tom.* 2. prout etiam admittit eadem *Rot. Rom. in d. Rom. Fabricæ Merc.* 4. *Iulii* 1696. *cor. R P. D. Urſino d. dec.* 112 *n.* 3. *&* 4. *apud Palm. nep. tom.* 1. *dec. Lucen.* ubi quod ad hunc effectum ſatis ſint præſumptiones & coniecturæ attentis circuſtantiis Loci, Regionis, & Perſonarum.

Eoque facilius in præſenti, quia non agitur de acceſſionibus, ſeu fructibus ratione dicti intereſſe aſſequendis, & non ſolutis, in quo caſu ex quadam arbitraria æquitate conſtito de minore inte- 17
reſſe, & minori lucro locus eſſe poſſet reductioni, & sbaſſationi fru-

fructuum in futurum decurrendorum, ut advertit *Card. de Luc. d. disc. 12. n. 33. §. Aut agitur de usur. Ansald. de comm. & mercat. disc. 99. n. 9.* ac ita practicatum fuit in *Rot. Lucen. in Lucana Immiss. 25. Maii 1698. §. Quod quidem interesse cor. D. Bellutio*, & in aliis quas refert, & sequitur eadem *Rot. Lucensis in d. dec. 97. n. 25. inter recoll. per D. Palm. nep. tom. 1.*

Verum agitur de interesse iam decurso, & integraliter soluto insimul cum sorte, iuncta observantia, & acquiescentia Partium per spatium plusquam Annorum 20. in quo casu adiuncta conventione subsecuta solutione verior est opinio in Foro amplexa, ut conventio sit servanda, & solutio non veniat retractanda, neque locus sit imputationi, & repetitioni nisi excessus concludentissime probetur, & possibilitas maioris redditus, & lucri seu
18 damni excludatur, *Card. de Luc. de Camb. in supplement par. 2. disc. 34. n. 7. & 8. usque ad fin. & de usur. & interess. disc. 12. n. 31. §. Aut vero D. Casareg. de comm. & merc. disc. 28. n. 62. Saminiat. contr. 32. n. 4. tom. 1. Palm. nep. allegat. 219. n. 30. tom. 2. Balducc. ad Ramon. observ. 40. n. 32. & 33. Ansald. de comm. & camb. disc. 67. n. 19. & 20. Rot. in rec. dec. 338. nu. 18. & 19. par. 15. & in rec. decis. 117. ex n. 12. & dec. 391. n. 8. & n. 47. & seqq. par. 17. & cor. R. P. D. Benincas. dec. 259. n. 6. & dec. 321. n. 2.*

Potissimum cum a Palumbo sponte fructus annuatim fuerint persoluti, ac etiam in actu restitutionis capitalis fuerit residuum fructuum voluntarie exbursatum, ex quo cessante qualibet usuræ
19 suspicione, & fructibus in statu bonæ fidei a creditore in quotidianos usus consumptis, locum non esse restitutioni, neque imputationi asseruerunt in terminis nostris *Ciarlin. contr. 29. n. 70. Card. de Luca de usur. d. disc. 12. n. 31. vers. aut vero*, & melius *n. 37. cum ibi citatis, & de censibus in supplem. disc. 36. a n. 14. usque ad fin. Ansald. d. disc. 67. n. 23. e 24. cum ibi deductis, Saminiat. contr. 32. n. 2. tom. 1. & contr. 152. n. 2 e 3. & seqq. tom. 2. Rota Genuen. apud Dom. Casareg. de commerc. & mercat. d. disc. 28. n. 62. & seqq. optime Rota decis. 117. n. 12. 13. e 14. par. 17.* ubi quod sola possibilitas iustitiæ solutionis ex-
20 cuset a restitutione, & imputatione.

Iuncta etiam ad hunc effectum bona qualitate, & fama dicti D. Iosephi creditoris, Philosofiæ, & Medicinæ Doctoris, quam pariter esse valde considerabilem ad excludendam usurariam sus-
21 picionem observant *Ciarlin. contr. 29. n. 73. & seqq. Spada cons. 226. n. 11. lib. 2. Caren. resol. 22. n. 18. Actolin. resol. 88 n. 44. Card. de Luca de usur. disc. 12. n. 36. & de regal. disc. 32 num.*

11.

11. *Ansald. de comm. & merc. disc. 62. n. 57. & disc. 67. n. 21 Samin. d. contr. 32. n. 3. e 4.*

Et ita utraque Parte informante &c.

Octavius Vasoli Piccinini Prætor.
Antonius Gabriel Calderonus Rotæ Aud. & Rel.
Manilius Urbani Rotæ Auditor.

DECISIO XVI.

FLORENTINA LOCATIONIS

5. *Maii* 1722. *cor.* AUD. PETRO FRANCISCO MORMORAI.

ARGUMENTUM.

EXaminatur Rubr. 110. Stat. Flor. & Reformatio ann. 1471. de consensu patris in obligatione filii, & an & quando fuerit pro integranda persona filii, vel pro eius lucro, vel damno.

SUMMARIUM.

1 *Filius fam. de iure communi valide potest obligari excepto mutuo, & voto, & ex dispositione Patrii Statuti potest obligari una cum patre, & cum illius præsentia, & consensu.* num. 2.
3 *Constito quod filius præsente patre simul cum ipso se obligaverit, constat pariter de assensu patris a Statuto volito.*
4 *Filius qui nondum ætatem 25. annorum attigerit non potest obligari in rem, & utilitatem patris consentientis ex censura Leg. anni* 1477.
5 *Qualitas a Lege requisita probanda est a reo convento excipiente de nullitate propriæ obligationis.*
6 *An & quando dicatur filium se obligasse in utilitatem patris, vel propriam.*
7 *Obligatio filii fam. quæ per actus univocos post completum 25. annum fuerit ratificata valet, licet a principio nulla fuerit.* & num. 8 *ubi de patre tacite, vel expresse ex post ratificante.*
9 *Ratio imbecillitatis procedit solum in minore, & muliere, in quibus propter ætatem, & sexum præsumitur infirmitas iudicii opportune integranda auctoritate saniorique consilio patris, & mariti.*
10 *Filius fam. ætate maior non minus est integri, & sani consilii, quam qui sui iuris.*

11 *Sta-*

11 *Statuentes de fatuitate, & imprudentia redargueret, quicumque diceret quod ipsi voluerint patrem posse integrare personam filii, & consulere eius imbecillitati ad proprium commodum.*

12 *Ubi in contractu filii, mulieris &c. requiritur consensus illius, ad cuius commodum, vel damnum principaliter tendit, tunc consensus requiri non potest pro integranda persona contrahentis, sed est necessarium pro interesse assentiri debentis.*

13 *Consensus integrando personam contrahentis, tunc solum venit quando contractum fieri, vel non fieri nihil interest consentienti.*

14 *Consensus patris in obligatione filii maioris 25. annorum requiritur ratione ipsius interesse, & præiudicii.*

15 *Ubi obligatio a minore 25. annorum facta fuit postea per actus univocos, & geminatos ratificata, exceptio nullitatis est serotina nimis, & calumniosa, nec meretur attendi, haud obsistente defectu scientiæ, quod obligatio suscepta ante 25. annum esset nulla.* & num. 16.

17 *Scientia iuris circa rem satis obviam, & a notissima Lege derivantem præsumitur in eo, qui vivens in Civitate conspicua poterat facillime informari.*



Xceptionem nullitatis, quam contra propriam obligationem proposuit Carolus Grillanti censui non subsistere, ideo prævia restitutione in integrum Petri de Tacchis creditoris adversus Sententiam contra eum latam retuli admodum Illustr. DD. CC. LL. condemnandum fore, & esse eundem Petrum ad solvendas pensiones apothecæ ab eo conductæ, usque sub die 3. Septembris 1716.

Quandoquidem Io. Carolus Grillanti, qui utcumque filius famil. de iure communi valide poterat obligari, excepto mutuo,
1 & voto, *ad Text. clar. in Leg. tam ex contractibus 57. ff. de iudic. Leg. cum filius fam. 38. ff. de act. & oblig.* aliosque plena manu relatos per *Constant. ad Stat. Urb. adnot. 45. artic. 1. n. 1. & seqq.* potuit non minus simul cum Dominico patre, & cum
2 illius præsentia, & consensu efficaciter obligari ex dispositione Patrii Statuti *lib. 2. rubr. 110. & reformat. ann. 1471.* exigentis dumtaxat, quod obligatio filiorum famil. eorum patrum consensu roboretur.

Consensus vero, & præsentia Dominici patris non est in dubium revocabilis, quia Petrus Tacchi locavit apothecam patri, & filio simul conducentibus, & pro patre cœco, & de eius ordi-

ordine, & mandato subscripsit alter filius Antonius Philippus, quem patre absente, & non approbante filium pro eo subscribere Locator non permisisset, quemque revera subscripsisse præsente, & mandante Dominico patre, perspicue probant tum successivæ solutiones pensionum ab eodem Dominico factæ, tum subsequens conductio domus eiusdem Petri de Tacchis existentis prope apothecam sub explicita mentione præcedentis conductionis, tum demum patientia, & acquiescientia Dominici, qui simul cum filio bis conventus in Iudicio, & coram DD. Protectoribus Salis, per quorum Decretum uterque fuit in expensis condemnatus, & coram DD. LL. CC. numquam ausit impugnare propriam obligationem; Constito autem quod filius præsente patre simul cum ipso se se obligaverit constat pariter de assensu 3
patris a Statuto volito, & requisito, ex relatis per eumdem *Constant. d. adnot.* 45. *art.* 1. *n.* 49.

Non refragante, quod Carolus de tempore susceptæ obligationis non adhuc per mensem attigerit ætatem annorum 25. adeoque non potuerit obligari in rem, & utilitatem patris con- 4
sentientis ex censura alterius Legis, seu provisionis successive promulgatæ de anno 1477.

Primo quia non fuit probatum, quod locatio, & respectiva conductio apothecæ cesserit, seu saltem ex animo, & voluntate contrahentium cedere deberet in commodum Dominici patris, ita ut obligatio a Carolo filio suscepta dici possit in rem, & utilitatem ipsius patris, quæ qualitas a Lege requisita probanda 5
est a Reo convento excipiente de nullitate propriæ obligationis, *Mascard. de probat. concl.* 1110. *n.* 1. *& seqq. Massin. de confiscat. qu.* 31. *n.* 9. *Rota dec.* 241. *n.* 24. *par.* 9. *dec.* 39. *n.* 2. ubi reo allegante nullitatem intrat regula *Text in Leg. actor Cod. de probat. qu.* 16. *& dec.* 203. *n.* 22. *post Palm. tom* 3.

Immo ex facto ipso constitit, quod conductio apothecæ fuit facta potius intuitu, & voluntate filiorum pro exercenda arte aromataria, quam profecto pater cœcus exercere non poterat, ut patris infirmitas per se satis ostendit, & plurimum confert confessio fratruum de Grillantis, qui in eorum comparitione de die 20. Martii 1720. fatentur apothecam conduxisse 6
pro erigendo negocio citra voluntatem patris, in cuius proinde rem, & utilitatem se se Carolum filium obligasse dici non potest, ut in fortioribus terminis ratiocinantur *Paul. de Castr. cons.* 419. *n.* 2. *lib.* 2. *Iovius de solemnit. minor. gloss.* 22. §. 3. *n.* 16. *Montan. contr.* 34. *n.* 51. *versic. advertendum*, *Merlin. Pignattell. cent.* 1. *cap.* 40. *n.* 38. 40. *Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 2 *rub.* 56 *n.* 37. *Torr. var. lib.* 3. *in Miscell. vol.* 2. *qu.* 51. *a num.* 22. *ad*

plu-

plures seqq. & n. 48. *Rota dec.* 168. *n.* 17. *dec.* 241. *n.* 25. *par.* 7. *dec.* 31. *n.* 10. *p.* 19. *rec.*

Secundo quia etiam admisso, quod obligatio Caroli filii dici posset in rem, & utilitatem Dominici patris, itaut inspecto tempore, quo fuit confecta Apoca Locationis, obligatio Caroli minoris annorum 25. non subsliterit ex censura præfatæ Legis, seu Provisionis anni 1477. attamen cum paucis exinde mensibus Carolus compleverit annum vigesimum quintum sufficit, quod ex post, tam Dominicus pater, quam Carolus filius iam in ætate habili ad se se obligandum favore patris consentientis locatio-
7 nem per plures actus univocos, & concludentes approbaverint, & ratificaverint, ut de filio familias postea sui iuris effecto est, *Text in Leg. Zenodorus Cod. ad maced. Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 18. *n.* 145. *p.* 1. *Crivell. dec.* 14. *n.* 21. *e* 61. *Anton. de Marin. lib.* 1. *cap.* 145. *n.* 24. *cum seqq. cap.* 53. *a n.* 6. *ad seqq. Constant. ad stat. urb. adnot.* 45. *art.* 2. *n.* 160. *& seqq. Rota dec.* 157. *n.* 16. *post eumd.* & de patre ex post tacite, vel
8 expresse approbante, & ratificante contractum filii familias, concordantibus relatis idem *Constant. d. adnot.* 45. *art.* 2. *a n.* 102. *ad seqq. & n.* 118. *& seqq.*

Assumptum, quod non sine difficultate procederet in casu, quo consensus patris requireretur ad integrandam personam filii, firmo iure subsistit in terminis provisionis æditæ de anno 1477. requirentis consensum patris in obligatione a filio familias suscepta in rem, & utilitatem patris, non ad integrandam personam filii, sed ratione solius interesse paterni, ut manifeste probatur. Tum ex eo quod Legislatores requirendo patris assensum in obligatione filii familias maioris annorum 25. non est credendum, quod voluerint consulere eius imbecillitati, cuius ratio procedit solum in minore, & muliere, in quibus propter æta-
9 tem, & sexum præsumitur infirmitas Iudicii opportune integranda auctoritate, saniorique consilio patris, & mariti, egregie *Montan. contr.* 39. *n.* 3. „ ivi „ cœterum si filius familias con-
= trahens esset maior, & perfectæ ætatis, consensus Patris a pra-
= gmatica requisitus non potest præsumi requisitus ad integran-
= dam personam illius; esset enim fatuum dicere filium familias
= maiorem, & perfectæ etatis non habere perfectum animi iu-
= dicium, sed a consensu patris tunc perfici „ *& sub n.* 5 *Merlin. Pignattell. cent.* 2. *cap.* 10. *n.* 6. *Palm. alleg.* 174. *n.* 6 *Torr. var. lib.* 3. *in miscell. p.* 2. *qu.* 51. *tit.* 12. *n.* 19. 21. *& melius n.* 45. *& seqq. Rota dec.* 34. *num.* 10. *post Zacch. de salar.* filius enim familias ætate maior non minus est integri, & sani iudi-
10 cii, quam qui sui iuris, *Honded. cons.* 32. *n.* 108. *lib.* 1. *Facbin. contr.*

contr. iur. lib. 5. *cap.* 24. *verſ. tertium*, *Merlin. Pignattell. centur.* 2. *cap.* 100. *n.* 2 *Marzimed. dec.* 24. *n.* 19. *Rota dec.* 241 *n.* 10 *poſt Zacch. de oblig. camer. & deciſ.* 38. *n.* 5. 6. *poſt de Luca de credit. in mantiſſ.*

Tum clarius ex eo, quod prædicta Lex, ſeu Proviſio an. 1477. requirit conſenſum Patris in obligatione filii maioris annorum 25. eo in caſu, & ſuppoſito, quod obligatio cedat in commodum, & utilitatem ipſius Patris quo ſane caſu, & ſuppoſito Statuentes redargueret de fatuitatate, & imprudentia quicumque diceret, quod ipſi voluerint Patrem poſſe integrare perſonam filii, & conſulere eius imbecillitati ad proprium commodum contra diſpoſitionem 11
Text. in Leg. 1. *ff. de author.* ex quia communiter *Iul. Clar.* §. *donatio qu.* 6. *n.* 7. *verſ. contrariam Sententiam Lambertengh. de contract. mulier. gloſſ.* 10. *n.* 30. *Ludovic. commun. opin. concl* 2. *Urſill. ad afflict. dec* 30. *n.* 32. *verſ. & quod filius prius ad ſtat. lib.* 1. *rubr.* 151. *gloſſ.* 15. *n.* 1. *verſ. quorum non interſit Pigant. ad Stat. Ferrar. lib.* 1. *rub* 90. *n.* 98. *verſ. immo nec Pater Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 56. *num.* 36. *Romaguer. ad eum rubr.* 57. *n.* 32. *lib.* 2. *Rocc. Epiſcop. cap.* 36. *n.* 42. *Torr. var. lib.* 3. *in miſcell. part.* 2. *qu.* 52. *tit.* 12. *n.* 20. 21. 43. *fol.* 83. 85. *Sanfelic. dec.* 191. *n.* 2. *Franch. dec.* 14. *n.* 2. *in rec. dec.* 492. *n.* 9. *par.* 1.

Eſt enim regulare vulgatum, & neceſſarium, quod ubi in contractu filii, mulieris, pupilli, vel minoris requiritur conſenſus illius, ad cuius commodum, vel damnum principaliter tendit ipſe contractus, tunc ille conſenſus venire, ſeu requiri non poteſt pro integranda perſona contrahentis, & ad effectum conſulendi illius imbecillitati, ſed eſt neceſſarium pro intereſſe dumtaxat aſſentiri debentis, ut de præiudicio, & damno *Merlin. Pignattell. cent.* 2. *cap.* 99. *n.* 48. *& cap.* 90. *n.* 12. & de commodo, & utilitate optime *Cancer. var. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 97. *idem* 12
Merlin. cent. 1. *cap.* 39. *n.* 37. & quod tunc ſolum veniat conſenſus integrando perſonam contrahentis, quando contractum 13
fieri, vel non fieri nihil intereſt conſentienti *Miſinger. ſingular. obſervat. cent.* 2. *obſervat.* 34. *n.* 2. *verſ. ſi conſenſus Fontanell. de pact. lib.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 7. *par.* 3. *n.* 43. *Conſtant. ad ſtat. urb. adnotat.* 45. *art.* 2. *num.* 92. *optime Rot. deciſ.* 34. *num.* 10. *poſt Zacch de ſalar.*

Ideoque cavendum, ne in recta intelligentia aliquorum motivorum inclytæ huius Rotæ decipiamur, ſi quando enim dictum fuit, quod conſenſus Patris requiratur ad integrandam perſonam filii, hoc recipi debet in caſu, quo Pater nullum habeat intereſſe in obligatione per eius filium ſuſcipienda ad terminos *Statuti rubric.*

bric. 110. *&* *Reformationis an.* 1471. non item in casu quo filius maior annorum 25. obligatur in rem, & utilitatem eius Patris, cuius accedente consensu talis obligatio substinetur ex dispositione alterius Legis, seu Provisionis anni 1477; in his quippe terminis salvare non possumus huiusmodi Legem a nota patentis
14 irrationabilitatis, nisi pro constanti habeamus, quod consensus Patris requiritur ratione dumtaxat ipsius interesse, & præiudicii, ut innuit etiam Practicus *Sabell. in prax.* §. *figliuoli n.* 7. *versic. e che essendo*, ubi facta mentione Legis anni 1477. se remittit ad distinctionem *Martimed. exam.* 57. *n.* 6. *&* *in summa* §. *filiatio num.* 60. *vers. quamvis*, *&* *Rota in celebri decis.* 37 *cor. Vrceol. n.* 40. firmat quidem, quod consensus ex patrio Statuto *rubric.* 110. & ex Reformatione anni 1471. requiratur pro reintegranda persona filii, sed cum declaratione, de qua *versic. &* *fideiussio*, quod nempe fideiussio per filium facta non sit pro patre, sed pro extraneo &c.

Nec in facto deficiunt actus geminati, univoci, & concludentes ex quibus posteaquam Carolus 25. annorum ætatem explevit simul cum Patre Dominico locationem approbavit; quandoquidem post conductam Apothecam ab eodem Petro de Tacchis iisdem pater, & filius conduxerunt, & Domum contiguam Apothecæ, ut ita illius usum haberent commodiorem, & in hac Domus conductione mentionem fecerunt de præcedenti conductione Apothecæ. Deinde morosi in solutione pensionum passi fuerunt iudiciale sequestrum coram DD. Protectorib. Montis Salis, & per Decretum in iudicatum transactum fuerunt in expensis condemnati. Successive Domum, & Apothecam retinuerunt, & pluribus vicibus solverunt libras bixcentum sexaginta in computum pensionum, ut ex receputis productis a filio, & patre, qui simul in hoc iudicio conventi, instando solum pro confectione calculi debitum agnoverunt, & hoc in tantum ut se se promptos exhibuerint ad solvendum totum id de quo iuxta calculum faciendum debitores apparerent de bono, & æquo sine lite, & absque ulla prorsus exceptione, ut ex eorum comparitione de die 23. Novemb. 1720. „ ibi „ *sono pronti a pagare liberamente tutto quello e quanto resteranno dovendo, e il tutto si offeriscono fare bonariamente senza lite, ed eccezione alcuna &c.* „

In his enim facti circumstantiis, & post iudicialem oblationem, & declarationem a patre, & filio factam serio, nedum serotina nimis, sed & cavillosa mihi visa fuit exceptio nullitatis quam mortuo patre, pendente lite, Carolus deinde opposuit, forte colludendo cum alio filio, & fratri, respective qui hæredita-
15 tem patris ante aditam postea repudiavit, & claves Apothecæ de-

deposuit, ut ex actibus minus concludentibus in his terminis arguunt *Christin. dec.* 35. *n.* 11. *vers. verior tamen vol.* 3. pluribus relatis *Constant. ad stat. urb. adnot.* 45. *art.* 2. *n.* 102 103. 104. *ad seqq.* & iterum *num.* 158. *& seqq. Rot. decis.* 1350. *n.* 3 4. *cor. Seraphin.* bene *dec.* 156. *n.* 1. 2. *post eumd. Constantin. dec.* 82. *n.* 6. 7. *post observ. Merlin.* ubi de declaratione extraiudicialis *decis.* 494. *n.* 8. *cor. Peutinger.* ubi præcise de locatione ratificata a filio per solutionem factam in tempore, quo erat habilis ad se se obligandum *decis.* 424. *n.* 17. 18. *dec.* 568. *num.* 27. *cor. Bich.* ubi quod similes declarationes factæ non per verba curialia, & per iocum prolata sufficiunt, *& dec.* 178. *n.* 3. *cor. Cerro.*

Haud obsistente defectu scientiæ, quod obligatio suscepta ante vigesimum quintum annum esset nulla non solum ex eo, quod Carolus posteaquam ad menses vigesimum tum annum expleverat, verbis, & factis locationem approbavit, adeoque casu versari visus fuit in terminis ratificationis expressæ, quæ scientiam 16
non requirit *Menoch cons.* 561. *n.* 19. *& seqq. & n.* 40. *& per tot. Surd. cons.* 523. *n.* 16. *cum seqq. Caball. cons.* 145. *num.* 152. *lib.* 1. *Gratian. cap.* 513. *n.* 27 *Hodiern. contr.* 34. *n.* 46. *Gallerat. de renunciat. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 5. *in fin. Vrceol. in append. ad cons.* 44. *n.* 22. *Baron. de effect. minor. ætat. effect.* 1. *n.* 795. *Castill. dec.* 18. *n.* 54. *lib.* 1. *& Rota nostr. in una Praten. Commendæ lib. mot.* 135. *a* 445. §. *non obstat.*

Verum etiam ex eo, quod satis constitit de scientia facti, & iuris, quæ in ratificatione utcumque tacita concurrere debet; Quo enim ad scientiam facti ea probatur, ex quo ipse Carolus tempore, quo paucos menses ei deficiebant pro complemento annorum 25. subscripsit Apocam locationis; scientia vero iuris circa rem satis obviam, & a notissima Lege derivantem præsumitur in eo, qui vivens in Civitate conspicua poterat facillime informari, & a Curialibus etiam inferioris ordinis edoceri, ut de utraque concordantibus plena manu relatis *De Comitib. dec. Florent.* 46. *num.* 68. *ad* 70.

Et ita &c.

Petrus Franciscus Mormorai Auditor.

DECISIO XVII.

POMARANCEN. DONATIONUM ET TESTAMENTI

Ianuarii 1723. *cor.* AUD. IACOBO DE COMITIBUS.

ARGUMENTUM.

NON comprehenditur in donatione quod non est in dominio donantis, quo casu dominium est concludenter probandum, nec attenditur depositio testium; Et possessio donantis ad titulum usufructus refertur; Nec descriptio estimi, quæ vel refertur ad usumfructum, vel non probat dominium in præiudicium tertii. Statutum Florentinum excludens filias dotatas a consecutione legitimæ ab hæreditate matris intelligitur existentibus filiis masculis, vel descendentibus ex eis. Statutum prohibens matri de dote disponere in præiudicium filiorum, intelligitur durante matrimonio. Disponens de dote verbis *senza pregiudizio della figlia*, intelligitur suppositive. Ut lapsus temporis solutionem inducat aliæ coniecturæ requiruntur. Defectu solemnitatum donatio liberis facta non infringitur, non obstante quod inter eos equalitas servata non fuerit, quæ materia facti, & iuris circumstantiis declaratur.

SUMMARIUM.

1 *Nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habeat.*
2 *Nemini conditionem alterius deteriorem facere licet nisi consensus accedat.*
3 *Dominium non per indicia, & coniecturas, sed concludenter probandum, quando principaliter deducitur, & quando agitur de rei vindicatione, maxime si possessor nonnunquam recognoverit in dominum auctorem actoris.* num. 4.
5 *Dominium non sub sensu corporis, sed sub iudicio intellectus consistit.*
6 *In materia dominii testes etiam non interrogati tenentur rationem reddere sui dicti.*
7 *Ubi de dominio principaliter differitur simplex possessio non sufficit.*
8 *Stante præambulo titulo, & causa ad istam possessio referri debet.*
9 *Quando a principio translatum apparet solum dominium utile, de solo utili subsequentes actus sunt intelligendi.*
10 *Descriptio estimi non probat dominium in præiudicium tertii descriptioni non consentientis.*

11 *Le-*

11 *Legitima ex bonis maternis debetur filiæ iure comm. & statut. Florent. quod procedit in qualibet muliere, quando non extarent filii masculi, vel descendentes ex eis.* num. 12.

13 *Ex Statut. Florent. lib. 2. rub. 29. probibetur matri in præiudicium filiorum de dote disponere, quod procedit tantum durante matrimonio.* num. 14.

15 *Verba* senza pregiudizio della figlia *loquntur suppositive, non dispositive.*

16 *Taciturnitas quomodo probari debeat ad præsumptam solutionem inducendam.*

17 *Paupertatis præsumptio quando cesset.*

18 *Solutio crediti ex Testamento resultantis non præsumitur sine scriptura.*

19 *Fragilitatis præsumptio cessat volitis successoribus iis, quos adprobant Leges, & natura designat.*

20 *Matri licet donare inter liberos absque actus nullitate ex defectu solemnitatum, & quare.*

21 *Statutum solemnitatum inductivum liberos non comprehendit privilegiatos in solemnitatum materia.*

22 *Collusio inter matrem, & filium arguitur ab omissa defensione causæ, ex qua oriatur Sententia favore alterius.*

23 *Maxime quando concurrit causa collusionis.*

24 *Donatio facta patri non suffragatur filiis, nisi uti hæredibus patris.*

25 *Sententia collusiva non nocet colludenti, & multo minus hæredibus.*

26 *Per præteritionem filii Testamentum rumpitur.*

27 *Præteritio matris, aviæ &c. iure Codicis loco exhæredationis est, secus ex nov. 115. ubi onus instituendi, vel exhæredandi impositum fuit.*

28 *Præteritio non sanat defectum solemnitatum, utpote pervertens universum ordinem succedendi.*

29 *Virtus clausulæ codicillaris est convertendi Testamentum nullum in Fideicommissum obligando intestatum successorem ad restituendum bona hæredi scripto.*

30 *Filio ignoranter præterito clausula codicillaris non operatur.*

31 *Fœmina a Statuto exclusa, & expoliata intestata successione reputatur tamquam si extraneus institutus esset.*

32 *Clausula codicillaris parum valet in Testamento fœminæ de eius viribus non certioratæ, non attento an clausula concepta fuerit per verba præsentis temporis, vel futuri.* num. 33.

34 *Verba præteriti imperfecti subiunctivi futurum tempus indicant.*

35 *Clausula per verba de futuro genericam cogitationem arguit po-*

stumorum, nec valet ad prorogandum Fideicommissum expressum in præiudicium descendentium, multo minus ad inducendum tacitum in præiudicium nepotum.

36 *Clausula codicillaris quomodocumque concepta nihil operatur, quando a patre nulla haberi potest ratio de filio posthumo, cum quæstio non sit super vitio præteritionis, sed super defectu voluntatis.*

37 *Professus in Religione incapaci, qui non institutus sit, si fiat Episcopus, vel alio modo capax evadat Testamentum præcedens conditum tempore professionis non rumpit.*

UM in voto, quod Ioannes de Biondis ex donatione Virginiæ proavæ nil aliud consequi possit, quam eius dotem, & creditum Diambræ illius matris, dempta prius legitima Catharinæ filiæ donatricis, & salva alterius condonatarii portione. Ex donatione vero Catharinæ aviæ, quod idem Ioannes de Biondis consequi debeat omne, & totum id, quod patri suo donatum fuerat, reservatis iuribus super portione alterius condonatarii in alio Iudicio discutiendis.

Quandoquidem inchoando a donatione Virginiæ, censentur donata solum bona propria, non aliena, quo posito donatio quo
1 ad aliena remansit inutilis, ex geminis vulgatis regulis, quod nemo plus iuris in alium transferre potest, quam quod ipse habeat, nemini conditionem alterius deteriorem facere liceat, nisi
2 consensus accedat, *Leg. non debet alteri ff. de reg. iur. Leg. nemo plus iuris ff. eod. Rota N.stra cor. Venturin. decis.* 30. *n.* 1. 2. *&* *in Collen. Transactionis* 12. *Sept.* 1713. §. *Fundamentum cor. Me.*

Dominium autem in casu nostro non per indicia, & coniecturas, sed concludenter erat probandum, tum quia illud principaliter deducebatur, cum ageretur de rei vindicatione, Actore petente declarari se dominum, & rem restitui, *Manz. in* § *omnium*
3 *pr. ad vers. veluti si rem instit. tit. de act Mascard. de prob. conclus.* 537. *n.* 1. *& seq. Borgnin. dec. Fivizanen.* 23. *n.* 31. *par.* 2. *Zuccar. dec. Lucen.* 14. *n.* 1.

Tum quia Benedictus de Bisognis modernus possessor, licet a Catharina filia donatricis bona receperit, nunquam tamen matrem donatricem agnoverat in dominam, sed a filia tamquam
4 patris hærede vocatus fuerat ad successionem, *Rota in recen. par.* 17. *dec.* 367. *n.* 2. *& par.* 18. *dec.* 628. *n.* 2. 3. 4. Posita autem necessitate concludentis probationis, talis profecto non est, quæ fieri prætendebatur per testes, & productionem æstimi.

Etenim ultraquamquod illa testium in his casibus reputata fuerit

fuerit inefficax, & incongrua, quia dominium sub sensu corporis non cadat, sed sub Iudicio intellectus, utpote in iure consi- 5
stens *Rota in rec. par.* 17. *dec.* 70. *n.* 7. Saltem ex hoc unanimiter voluere Doctores, quod testes, ut probent in hac materia etiam non interrogati tenerentur rationem reddere sui dicti, *Gra-* 6
tian. discept. 678. *n.* 6. *Farinacc. de test. qu.* 70. *n.* 6 *& seq. Rota Nostra apud Venturin. d. dec.* 30. *n.* 15.

In hypothesi autem sedulo perpensis depositionibus nulla alia apparet ratio, quam simplex possessio Virginiae donatricis, quae licet sit praecipuus effectus dominii, attamen eam probasse non 7
sufficit, ubi de dominio principaliter dissceratur, *Mascard. de probat. concl.* 540. *ex n.* 7. *& seq. Menoch. de praes. lib.* 6. *praes.* 63. *n.* 2. *& seq. Borguin. dec. Fivizanen.* 23. *n.* 52. *p.* 2. *Rot. in rec. p.* 4. *t.* 2. *dec.* 222. *n.* 8. *& tom.* 3. *dec.* 590. *n.* 6. 7.

Eoque clarius observando in facto, quod Virginia donatrix relicta fuerat a viro usufructuaria omnium suorum bonorum scripta haerede in proprietate Catharina filia; Stante enim hoc prae- 8
ambulo titulo, & causa ad illam semper possessio de iure referri debet, *Rota in rec. par.* 1. *dec.* 634. *n.* 7. *& par.* 3. *decis.* 159. *n.* 1. *in fin. & par.* 6. *dec.* 125. *n.* 7. *& par.* 9. *dec.* 309. *n.* 37.

Et ob id si a principio appareat translatum fuisse solum dominium utile, subsequentes actus per se plenum dominium im- 9
portantes, de solo utili sint intelligendi, quod lato modo dominium est, ut late exornat *Rota in rec. par.* 12. *decis.* 129. *ex num.* 16. *ad* 24.

Ex his corruit, quod ulterius dicebatur de aestimo; in eo enim prius leguntur descripta bona in faciem viri, deinde in faciem Virginiae uxoris, tanquam eius haeredis testamentariae, quae demonstratio vel aequivoca erat utpote intelligenda de solo usufructu, vel falsa, quia haeres fuerit Catharina filia, & dato etiam 10
quod dicta descriptio fuisset vera, adhuc iuxta veriorem opinionem non probaret dominium in praeiudicium tertii descriptioni non consentientis, ut probant relati per *Me decis. Florentin.* 17. *num.* 18. 19.

Agnoscentes Defensores Ioannis de Biondis impossibilitatem obtinendi bona petita, cumularunt ex persona praefatae Virginiae duplex creditum Diambrae eius matris, utrumque a dictae donatricis viro confessatum.

In quibus credidimus verificatam donationem, & obligationem Rei conventi eadem dimittendi, utpote qui successerat Catharinae filiae, & haeredi debitoris, dempta tamen ex dote ma- 11
terna legitima eiusdem Catharinae unicae filiae non tantum Iure Communi debita §. *hec autem disposuimus*, & §. *considerate*,

Au-

Authen. ut cum de appell. cognosc. Merlin. de legitim. lib. 1. *tit.* 2. *quæst.* 1. *n.* 3. *Rot. cor. Cavaler. dec.* 256. *per tot.* sed etiam Municipali, quia Statutum Florentinum oppositum, & apud *De Luc. de statutar. success. partic.* excludit quidem fœminas iam
12 dotatas a consecutione legitimæ super hæreditate matris, maxime sublata per Reformationem anni 1620. distinctione patrimoniorum, ut in puncto *Sabell. resolut.* 90. *per tot.* sed hoc intelligendum est, quando sint filii masculi, vel descendentes ex eis, secus contra, ut declarat idem Statutum *lib.* 2. *rubr.* 120. = ibi = & quod quælibet mulier &c. possit succedere matri si = non extarent &c. = *Rota lib. moi.* 88 *a* 326. *vers. primum caput.*

13 Non suffragantibus quo ad dotem aliis geminis oppositionibus deductis una ex eodem Statuto Florentino *lib.* 2. *rubric.* 29. ubi prohibetur matri in præiudicium filiorum de dote disponere, altera ex Apoca exarata occasione nuptiarum ipsius Catharinæ, in qua mater donatrix illi reservavit iura talia, qualia sibi succedendi.

Etenim corruit prima, ex quo donatio facta fuit a Virginia in statu viduitatis iam dissoluto matrimonio, Statutum autem intelligendum est eo durante, quemadmodum suadet tam illius rubrica, quæ de uxore præmortua mentionem facit, quam Nigro ubi filii accessorie vocantur, & continuative ad vocatio-
14 nem viri, & vir solum admittitur prædefuncta uxore, ut in præcisis terminis donationis similiter consultus respondit *Caball. lib.* 1. *consul.* 146. & omnibus resolutis obiectis *Rota Nostra in Florentina Immissionis* 20. *Xbris* 1715. *cor. Me nunc impr. dec.* 99.

Concidit etiam secunda difficultas, mater enim in prænarrata Apoca dicendo = *e questo non s' intenda pregiudicato a detta Caterina sposa nelle sue ragioni del Testamento di suo Padre, e dell' Eredità di essa sua Madre, morendo, vedovando, lassandogliele salve e libere* = loquta est suppositive, non dispositive, scilicet quatenus essent ei debitæ, ut patet ad sensum, ex quo ius suc-
15 cedendi iam supponeret radicatum in Filia ex propriis iuribus, non autem a sua declaratione in eam derivare, *De Luc. de legitim. disc.* 12. *ex n.* 6. *ad* 10. *& disc.* 28. *n.* 10.

Quo vero ad aliud creditum, intellectus non acquievit super illius præsumpta solutione, etenim longa taciturnitas creditorum, ultraquamquod non est considerabilis in Ioanne seniore, qui cum Matre debitrice colluserat, ut dicemus inferius,
16 nec in Ioanne iuniore, qui tanquam posthumus hæres patris illud verisimiliter ignoravit, *Rot. post De Luc. lib.* 6. *de dote dec.* 38. *n.* 10. *& cor. Emerix iun. dec.* 1227. *n.* 12. Certum est, quod ut lapsus temporis solutionem inducat, concurrere debeant aliæ co-

coniecturæ, ut seipsum declarando dixit *Dom. meus Audit. Casareg. in addit. ad disc. 50. de commerc. & mercat. num 55. Rot. nostra cor. Accaris. dec. 89. n. 3.*

Hæ autem deficere visæ sunt in casu nostro, imo potius concurrere in oppositum tum quia tam Diambra socius, quam Virginia uxor relictæ fuerant a defuncto debitore usufructuariæ omnium suorum bonorum, & ususfructus non erat adeo tenuis, ut eorum alimentis non sufficeret; quemadmodum resultat ex Testibus ab Actore productis = *era donna che stava bene, e raccoglieva pane e vino che glie n' avanzava* = unde cessat in creditrice paupertatis præsumptio, non probato discessu, & separatione matris a filia, *Constantin. ad stat. urb. adnotat. 48. artic. 4. num. 270.* 17

Tum quia bona a debitore relicta pluries in Processu enumerantur absque ulla diminutione, etiam in mobilibus domus usufructui suppositæ, ut concludunt specialiter Testes = ibi = *con tutti gli arnesi* = quæ integra omnium conservatio foret omnino improbabilis, si solutum fuisset Diambræ creditum, in humilis fortunæ personis non exiguæ summæ.

Tum denique, quia agitur de credito resultante ex Testamento, cuius solutio non præsumitur sine scriptura, ut totidem verbis dixit *Rota post De Luc lib. 6. decis. 39. n. 6.* sed eam in casu solutionis apud hæredem fuisse remansuram, *Posth. resolut. 50. num. 17.* 18

Examinata donatione Virginiæ, succedit altera donatio Catharinæ cuius nulla dicebatur habenda ratio tamquam rescissæ vigore sententiæ latæ de anno 1696. per Prætorem loci. Verum ad trutinam revocata sententia, constitit eam esse iniustam, & servandam donationem; præcipuum enim fundamentum iudicandi, fuit donationis nullitas ob defectum solemnitatum = ibi = *per non essere in quella stata osservata la disposizione degli Statuti e Leggi* = hic autem impotens erat ad infringendam donationem liberis factam, sicuti erat controversa, cessante hoc casu qualibet fragilitatis præsumptione, volitis successoribus iis, quos approbant leges, & natura designat *Altograd. lib. 2. cons. 21. num. 37. vers. septimo adhuc, Gratian. discept. 219. n. 19. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 33. n. 31. De Luc de donat. disc. 68. n. 6. & 9 & disc. 69. n. 2. & 3. & de testam. disc. 29. n. 12. Tartagl. de reservat. statutar. artic. 28. n. 36. & 75. Barz. decis. Bononien. 94. n. 16. 17. 18.* ubi de sororibus *Rota post Constantin. ad statut. dec. 159. n. 2. & in recent. par. 17. dec. 22. n. 3. 4. 5.* 19

Idque non obstante quod inter filios æqualitas servata non fuerit, sed donatum plus uni quam alteri.

Quo-

Quoniam satisfecit animadversio, vel quod hoc non temere
20 factum sit, sed ob peculiarem causam = ibi = *per cause, e motivi alla medesima noti* = vel quod matri hoc facere liceat absque actus nullitate, ut magis incendantur filii ad præstandum illi debitum ossequium, ut dixit *Rot. post Costantin. ad statut. dict dec.* 159. *n.* 4. *et seqq.* vel quod generale Statutum talium solemnita-
21 tum inductivum liberos non comprehendat specialiter privilegiatos in hac solemnitatum materia, sicut respondendo difficultati tradit *Tartagl de reservat. statutar. d. artic.* 28. *n.* 7.

Additur ulterius ad invalidandam præfatam sententiam manifesta collusio matris cum filio Ioanne uno ex condonatariis, resultans, ex quo nec segnis incepta fuerit causæ defensio, sed omnimode derelicta, renunciatis per Ioannem citationibus = ibi *Vista la renunzia fatta da Giovanni Biondi alle citazioni in piè della domanda principale* = altero ex Donatariis contumace = ibi *stante la contumacia di Michel Angelo per cause criminali* = &
22 inferius = *vista la contumacia continua di detti Biondi rei convenuti* = *Rota cor. Ansald. decis.* 89. *n.* 28. *& in Florentina Fideicommissi de Peruzzis* 13. *Septembris* 1720. §. *& demum quod magis urgere cor. Dom. Audit. Casareg.*

Potissime quia concurrit causa collusionis in eo posita, quod resoluta donatione, speraret Ioannes integram matris successionem, cuius voluntatis concludentissimum argumentum suppeditat ipsius
23 Ioannis approbatio, ubi mater vigore sententiæ possessionem bonorum donatorum recuperavit = ibi = *presente detto Giovanni Biondi, e consenziente, e non contradicente* = *Rot. Senen. dec.* 46. *n.* 2. *cor. Me. Rot. Rom. cor. Ansald. decis.* 89. *n.* 17. quæ causa collusionis, quatenus non probetur, sufficit quod sit opinata.

Nec obstat si dicatur, quod ille qui cum matre collusit fuit Pater actoris, donatio autem cum non fuerit facta patri, & filiis, adeo ut tot essent contractus, quot personæ, & posset quilibet ex
24 propriis iuribus venire, sed Ioanni, & Michaeli = *per loro e loro eredi recipienti, & accettanti* = quo casu non suffragatur filiis, nisi uti Patris hæredibus, iuxta Theoricam *Gloss. in Leg. tibi decem* 18. §. *si pactus in verbo proderit ff. de pactis Rocc. disp. iur. cap.* 107. *num.* 1. *Rota in Terracinen. seu Coran. Donationis* 4. *Maii* 1722. §. *& quamvis cor. Falconerio*, hinc Ioannes iunior actor, tamquam filius & hæres patris obligatus ad servandum eius factum, nec contra sententiam possit amplius audiri, nec ad donationem adspirare.

Obiectum enim procederet, & deficeret pro consecutione donatorum actio in hærede, si in pœnam patratæ fraudis non posset amplius defunctus impugnare sententiam, verum sententia collu-

siva

siva, quæ ipso iure nulla est, cum nec ipsi colludenti noceat, multo minus nocere potest hæredi, & quod colludenti non obsit, dixerunt *Molin. de primog. lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 7. *& seq. Adden. ad eumd. d. cap.* 8. *in notab. ad n.* 7. 8. 9. 10. *in fin. Castill. Sotom. lib.* 5. *controv. cap.* 157. *n.* 26. & inferius *vers. usque adeo*, *Altimar. de nullit. rubr.* 13. *qu.* 28. *n.* 36. *tom.* 2. *De Luc. de donat. disc.* 3. *n.* 9. 10. *vers. attamen fraus*, *& de iurisd. disc.* 74. *n.* 2. 24

Verum per malam hypothesim quatenus obiectum obstitisset, proponebatur aliud remedium ad obtinenda bona Catharinæ aviæ, dicendo nullum ex capite præteritionis eius Testamentum conditum de anno 1703, in quo scripta fuerat hæres Maria filia cum substitutione Rei conventi, omisso Ioanne Actore, qui nepos ex filio per patris præmorientiam de anno 1702. iam suus hæres evaserat, *Leg. posthumorum ff. de iniusto rupt. & irrit. facto Testam. Rota in recent. par.* 13. *dec.* 265. *n.* 2. 25

Et quidem, quidquid fuerit de iure Codicis, & Institutionum, quo spectato mater, avia, & cæteri per lineam maternam ascendentes, filios quos in potestate non habebant, neque instituere tenebantur, sed ipsa præteritio loco exhæredationis habebatur, §. *mater instit. de exhæred. lib. Leg. maximum vitium C. de liber. præter.* Novissime tamen etiam illis impositum fuit onus instituendi, vel exhæredandi liberos, testamento materno paternis tabulis exæquato, *Novell.* 115. *coll.* 8. *ut cum de appell. cognos.* §. *aliud quoque capitulum*, *Manz. de testamen. tit.* 8. *ex n.* 41. *ad* 61. *Harpret. ad Clar. recept. sentent. quæst.* 47. *n.* 1. *ad* 6. *Mans. cons.* 542. *ex n.* 4. *ad* 6. *Aguir. de tacit. oner. & condit. repetitio cap.* 2. §. 9. *sect.* 2. *num.* 1. 26 27

Posita autem præteritione, ut in casu, non relevat ad sustinendum testamentum, quod filia fuerit instituta; illud enim esse inter liberos sanat defectum solemnitatum, non autem præteritionis, quæ respicit substantiam testamenti, utpote pervertens universum ordinem succedendi a Lege præscriptum, *Clar. in prax.* §. *testamentum quæst.* 8. *n.* 6. *Manz. de testam. tit.* 8. *num.* 292. 293. *Gratian. discept.* 398. *n.* 2. *Mans. cons.* 542. *n.* 7. *Rota post Torre de maiorat. dec.* 46. *n.* 30. 28

Unicum refugium ad evitandam nullitatem esset clausula codicillaris, cuius notissima virtus est convertendi testamentum nullum in fideicommissum, obligando intestatum successorem ad restituenda bona hæredi scripto, latissime *Bonden. vol.* 2. *collect.* 39. *n.* 8. sed in casu nostro cum avia decesserit anno 1703. pendente adhuc disputatione super legitimitate nepotis, legitimi declarati de anno 1704. fit locus acriter controversæ conclusioni, an clausula codicillaris operetur filio ignoranter præterito, 29

in

in qua quæstione verior, & receptior opinio visa est negativa,
30 vel quia ignorantis nulla est voluntas, vel quia ita interpretanda, amplectendo celeberrimam pietatis coniecturam, de qua Imperatores *in Leg. si umquam Cod. de revoc. donat. Leg. cum acutissimi Cod de fideicommiss. Leg. generaliter Cod. de instit. & subst.* ut animadvertendo senserunt *Brunemann. in L. si quis agere ult. n. 9. Cod. de codicill. Fachin. controv. iur. lib. 4. cap. 12. per tot. Capic. consul. 86. n. 21. 22. Gob. cons. 43. n. 10. Menoch. de præsumpt. lib 4. præs. 32. n. 12. Lingl. dec. 24. quæst. 2. num. 8. 9. Altimar. de nullit. tom. 2. rubr. 2. 3. quæst. 1. sub num. 51. vers. sed si posthumus, De Luca de testam. disc. 58. sub n. 3. vers. dicebam, & de leg. disc. 64. n. 5. 6. Rot post eumd. lib. 9. dec. 17 n. 10. & cor. Peuting. dec. 194. n. 6.* maxime instituto extraneo
31 prout reputatur filia a Statuto exclusa, & spoliata intestata successione, ut in individuo præteritionis *Altograd. libr. 2. cons. 96. n. 2.* maxime quod fœmina non fuit certiorata de viribus clausulæ
32 codicillaris, ut dixit cum pluribus *Bonden. vol 2. collect. 10 n. 66.*

Absque necessitate insistendi super consueta distinctione an præfata clausula concepta fuerit per verba præsentis temporis,
33 vel futuri, de qua *Ridolphin allegat. 79. n. 3. 4. & seqq. Baitell. de ultim. volunt. dec. 13. n. 1. & per tot.* & quod nos versaremur in secundo casu ex quo facta fuit per verba *se non valesse*, quæ tanquam præteriti imperfecti subiunctivi modi fu-
34 turum indicare dixerunt *Bonden. d. collect. 39. n. 10. Urceol. cons. 6. n. 23. Rot. Senen. dec. 31. n. 67. cor. Me.*

Etenim huius distinctionis fundamentum in eo positum, quod clausula per verba de futuro genericam cogitationem arguat posthu-
35 morum, ultraquamquod in fraternizantibus terminis *Leg. cum avus ff. de condit. & demonstr.* non valet ad prorogandum fideicommissum expressum in præiudicium descendentium, iuxta plurium sententiam, de qua *Rota Florentin. dec. 57. n. 57. cor. Me*, & per consequens minus valebit ad inducendum tacitum in præiudicium nepotum.

Placuit intelligentia, quod præfata distinctio procedat, vel quando pater supervixerit, vel quando sciverit prægnantiam uxoris, vel in aliis casibus, in quibus adsit motivum concipiendi in patre huiusmodi cogitationem, secus quando nec habita, nec ha-
36 beri poterat ratio de filio, ut in casu nostro, in quo avia inhærendo filii dicto, existimabat nepotem illegitimum, tunc enim clausula codicillaris quomodocumque concepta nihil operatur, cum quæstio amplius non sit super vitio præteritionis, sed super defectu voluntatis, *De Luc. ad Gratian. discept. 48. n. 5. & seqq. De Alexio ad Capic. Latr. observ. 86. n. 13. & seqq. Mans. cons.*

542.

542. *n.* 20. 21. *& per tot. Aguir. de tacit. oner. & condit. repet. cap.* 2. § 9. *section.* 2 *n.* 23. 24. *& seq. Rot. in Roman. de Marescottis post Merlin. de legitim. dec.* 163. *n.* 11. confirmando quæ attulerat respondendo huic obiecto in præcedenti *decis. post. eumdem decis.* 160. *num.* 12.

Minime relevante quod tempore mortis aviæ, nepos adhuc non fuisset pronunciatus legitimus, & per consequens uti incapax succedendi non deberet ab ea institui, exemplo filii professi in Religione incapaci, qui non institutus, si fiat Episcopus, vel ad Monasterium capax transeat, testamentum præcedens conditum tempore professionis non rumpit, *Sanchez in præcept. decalog. lib.* 7. *cap.* 32. *n.* 33. faciunt deducta per *Rot. Florentin. dec.* 13. *num.* 33. *cor. Me.* 37

Pro responsione siquidem animadvertendum, quod allatum exemplum procedit, si habilitas vere superveniat, post mortem patris, secus si ea precessisset, veluti ex quo nulla fuerit professio, quemadmodum in casu nostro præcessit, ex quo nepos in se erat vere legitimus licet talis non declaratus, tunc enim subsequens sententia novum ius successionis non tribuit, sed solummodo declarat præsistens, & sic a vitio præteritionis Testamentum non eximitur, ut perbelle in puncto *Rota in Romana Hæreditatis cor. Bevilacq. post Urceol. de transact. dec.* 4. *num.* 18. 19. *repetit. post observ. Mell. dec.* 92.

Reservavi tandem iura talia qualia super alterius Condonatarii portione, quia licet diceretur donationi renunciasse, de hoc actu non constitit, bene tamen apparuit Michaelem habuisse filios quorum iura relinquenda erant intacta. Et ita &c.

Iacobus De Comitibus Suæ Regiæ Celsitud. Auditor.

DECISIO XVIII.

FLORENTINA SALARII.

3. *Sept.* 1723. *cor.* AUDIT. MANILIO URBANI.

ARGUMENTUM.

SAlarium Famulorum, vel Famularum an debeatur etiam non conventum iuxta loci consuetudinem. Creditum salarii eorumdem quanto tempore prescribatur, & quando præsumatur solutum. An pro eo competat tacita hypotheca super bonis debi-

toris cum privilegio prælationis adversus omnes alios illius creditores expressam habentes hypothecam anteriorem non solum pro ultimo anno, sed etiam pro aliis annis antecedentibus, & an super iisdem bonis detur Salvianum contra tertium possessorem.

SUMMARIUM.

1 *Immissio vigore Salviani concurrentibus necessariis requisitis est concedenda.*

2 *Servitium præstitum, & tempus illius in casu unde probetur.*

3 *Operarius dignus est mercede sua, omnisque labor optat premium.*

4 *Salarium ancillarum est magis favorabile, quam salarium famulorum.*

5 *Salarium quibus actionibus consequatur.*

6 *Salarium non conventum non debetur.*

7 *Famulus ad consequendum salarium probare debet copulative quod ipse sit solitus locare operas suas pro salario, & quod Dominus sit solitus conducere.*

8 *Famuli, vel Ancillæ sæpe numero pro solo victu, se expensis servire solent.*

9 *Salarium debetur Famulis etiam non conventum concurrente solito locandi, & respective conducendi.*

10 *Florentiæ adest notoria consuetudo solvendi huiusmodi salaria, absque conventione.*

11 *Famuli deficiente conventione expressa censentur se conformare consuetudini locali quoad solutionem salariorum.*

12 *Salarium non conventum non deberi nisi probatis dictis requisitis est propositio, quæ in Tribunali Gubernatoris Urbis irridetur.*

13 *Famulus, qui primo loco operas suas locat non potest probare solitum locandi, & ita defectus huius probationis non attenditur.*

14 *Solitum probatum ex parte solius conductoris est sufficiens.*

15 *Famuli ob eorum paupertatem non præsumuntur voluisse servire gratis.*

16 *Famuli qui non habent salarium non solum consequi debent alimenta, sed etiam ea omnia alimentorum appellatione venientia.*

17 *Famuli recipiunt victum, & habitationem in partem salarii sine præiudicio consequendi residuum in pecunia.*

18 *Salarium Famulorum etiam non conventum debetur quando servitium fuit diuturnum grave, & multi laboris.*

19 *Salarium fuisse conventum eruitur ex confessione domini dicentis se teneri, & obligatum esse ad recompensationem inservientis.*

20 *Recompensatio, seu remuneratio non liberalis nihil aliud est, quam salarium.*

21 Sa-

21 *Salarium famulorum ex decursu temporis præscribitur, vel saltem solutum præsumitur.*

22 *Salarium non præscribitur triennio, sed ordinaria præscriptione triginta annorum.*

23 *Salarium Famulorum in Tuscia non præscribitur nisi per lapsum quinquennii a die recessus a servitio, prout evenit in qualibet alia temporis præscriptione ad hunc effectum statuta.*

24 *Salarii solutio non præsumitur ob temporis lapsum, qui solum coniecturam præbet insufficientem.*

25 *Salarium tanto minus præsumitur solutum quando simplex victus Famuli non correspondet labori.*

26 *Domini, vice solvendi salaria Famulis pluries dant eis bona verba.*

27 *Famulus qui obtinuit ab exactione salarii inhærens verbis Domini fraudatus remanere non debet.*

28 *Confessio Domini in exonerationem conscientiæ emissa salario favorabilis tollit coniecturas militantes pro solutione illius.*

29 *Hipotheca tacita an detur pro salario Famulorum super bonis debitoris: referuntur Doctores negativam sententiam amplectentes.*

30 *Hipotheca tacita pro salario Famulorum super bonis debitoris admittitur secundum aliam Doctorum Sententiam, & præcipue Rotæ Florentinæ.*

31 *Hipotheca huiusmodi tacita datur cum privilegio prælationis adversus omnes creditores expressam etiam anteriorem hipothecam habentes.*

32 *Salaria Famulorum cum salariis officialium quoad effectum prælationis sunt.*

33 *Consuetudo ex pluribus Iudicatis inducta iudicandi pro competentia dictæ hipothecæ cum privilegio prælationis favore salarii Famulorum, & Ancillarum, attendi debet etiam si contraria opinio esset de iure verior.*

34 *Salvianum datur super bonis debitoris pro credito salarii.*

35 *Salvianum datur Famulis super bonis Domini sicuti datur Doctori, vel Medico a Comunitate conducto super bonis dictæ communitatis.*

36 *Salvianum datur etiam pro aliis salariis.*

37 *Salvianum ad effectum solutionis salarii non solum datur contra Domini Heredes, sed etiam contra tertios possessores bonorum illius, ex hipotheca tacita legali quam trahit secum officium Iudicis.*

38 *Hipotheca tacita competens Principi, vel Communitati pro collectis bonorum præteritis, et non solutis exercetur etiam contra tertium possessorem.*

39 *Hipotheca tacita competens pro expensis funeris, & ultimæ infirmitatis, sicut præfertur quibuscumque creditoribus ita præferibilis est in salviano.*

40 *Aromatario pro medicinalibus ultimæ infirmitatis datur Salvianum contra tertium possessorem.*

41 *Salvianum vigore tacitæ hipothecæ generaliter datur contra omnes tertios possessores.*

42 *Hipotheca tacita habet maiorem vim quam expressa, quia habet privilegium prælationis.*

43 *Hipotheca tacita cum privilegio prælationis datur etiam extra concursum creditorum, ratione qualitatis crediti mercedis gaudentis privilegio causæ piæ.*

44 *Salarium Famulorum gaudet hipotheca cum privilegio prælativo, eo modo quo gaudent expensæ funerum, et ultimæ infirmitatis.*

45 *Ius creditoris ex facto debitoris deterius fieri nequit.*

46 *Hipotheca prælativa pro credito dicti salarii exerceri potest contra tertium possessorem, saltem super fructibus, salva proprietate illius favore.*

47 *Hipotheca prælativa competit non solum pro dicto salario ultimi anni, sed etiam annorum præcedentium.*

48 *In salariis, et provisionibus ad tempus, respectu anterioritatis, vel posterioritatis, attenditur tempus contractæ obligationis, ad quod illud evenientis conditionis retrotrahitur.*

49 *Famulus inserviens decocto præsumitur velle servire pro solo victu, vel gratis.*

50 *Famulus quod voluerit servire gratis non est verisimile.*

51 *Servitium fuisse gratuitum probari debet ab allegante.*

52 *Decoctio alicuius quomodo excludatur remissive.*

53 *Scientia in præiudicialibus præsertim contra mulierem debet plene, ac expecifice probari.*

54 *Decoctus an dicatur qui est iam liberatus a sindacatu remissive.*

55 *Famulus videns Dominum plura bona actu possidere potuit iuxte credere salarium sibi fuisse integre solutum tempore mortis.*

56 *Salarium non datur illis qui recipiunt libertatem pro se vacando.*

57 *Neque illis, qui ultra victum habent facultatem, et tempus incumbendi studiis, et bonis artibus.*

58 *Salarii quantitas cessante expressa conventione determinatur arbitrio Iudicis.*

59 *Iudicis arbitrium in hac taxa salarii regulari debet ad formam consuetudinis localis.*

60 *Famula a cubiculo non potest pro sua mercede, vel salario minus recipere quam libras quatuor pro quolibet mense.*

61 *Decisio in Fæsulana Salviani 17. Sept. 1687. cor. b. m. Michalorio, in quibus terminis procedat.*

62 *Salarii favore Iudex semper, vel ut plurimum iudicare debet.*

Ho-

HOnesta Vidua Clara Martellini relicta a quondam Ioanne Antonio Tallocci operas suas prestitit, seu inservivit in qualitate agentis negocia Domus, & obsonium eventis Domino Guido Mariæ Strozzi ex vetustioribus, & nobilioribus Familiis huius inclitæ Civitatis, precipue illius infirmitatibus quibus afficiebatur spatio annorum circiter viginti duorum, ut ipse fatetur ad exonerationem propriæ conscientiæ in suis codicillis, ubi eidem scuta mille reliquit per infrascripta verba videlicet „ Item = ricordandosi il Sig. Codicillatore come egli espressamente si = dichiarò, e dichiara che Donna Chiara di Lorenzo Martellini = &c. habbia per il tempo di anni ventidue in circa assieme = con le di lei Figliole assistito al medesimo con ogni carità, = e vigilanza in tutte le sue urgenze, ed occorrenze, e spe- = cialmente nelle sue gravi, e continue indisposizioni, mediante = le quali confessa, e per sgravio di sua coscienza dichiara di = riconoscere questa sua sopravvivenza di vita dal tempo, che = sopra, prima dalla somma magnificenza del nostro Grande = Iddio, e nel secondo luogo dalla suddetta Donna Chiara, per- = lochè sappi benissimo di esser tenuto, ed obbligato di ri- = compensarla in parte di quello li si deve, che però *iu- = re recompensationis*, ed in ogni altro modo &c. lasciò, e lascia, = alla medesima la somma, e quantità di scudi mille di mone- = ta di lire sette l' una da darseli, e pagarsegli per una sola = volta &c. „

Obiit die decima Aprilis 1715. dictus quod. Domin. Guidus Maria, & post illius obitum, anno nempe 1716. dicta Clara Iudicium instituit coram Magistratu Dominorum Conservatorum Legum pro consecutione dicti legati, seu salarii, ad quem effectum totaliter non innitens dicti Legantis confessioni, suum præstitum servitium probavit per duos Testes Sacerdotali caractere insignitos, & sic omni exceptione maiores, nec non allegans, & deducens, omne ius sibi magis competens, ac utile petiit immitti in possessionem Domus dicti quond. Guidi toto fere tempore sui servitii ab eodem possessæ, & postea venditæ DD. de Riccis reis conventis, ut ex fructibus illius, vel ex pretio ab ea retrahendo debitam satisfactionem consequeretur. Verum commissa ab eodem Magistratu causa D. Assessori prolataque ad illius relationem sententia absolutoria dictorum Dominorum de Riccis, dicta Clara, prævia avocatione causæ facta a Clarissimo Magistratu Supremo obtinuit causæ commissionem nobis tribus

Iudicibus secundarum appellationum directam in gradu restitutionis in integrum instititque usque a mense Decembris 1721. revocari dictam Sententiam ac sibi concedi petitam immissionem si non vigore dicti legati, saltem vigore salarii sibi debiti pro servitio dicto Guido Mariæ præstito, & per dictos Testes Sacerdotes ab initio iudicii etiam probato, votique compos post exactam hinc inde deductam rationum discussionem evasit pro salario annorum 15. in summa scutorum 102. libr. 6. ad rationem librar. quatuor pro quolibet mense ex sequentibus.

Visa enim sunt concurrere requisita omnia in huiusmodi Iudiciis necessaria, nempe creditum cum hypotheca, possessio debitoris de tempore obligationis, & moderna reorum conventorum
1 quibus concurrentibus petita immissio denegari non poterat, ad *Text. in Leg. pr. & ibi Gloss. in fin. Cod. de precar. & Salvian. interdict. Rota post Zach. de Salar. dec. 78. num pr. cor. Emerix iun. dec. 446. num. pr. & in rec. dec. 110. num. 2. dec. 234. n. pr. par. 17. dec. 681. num. 1. & dec. 771. n. 2. par. 18.*

Ex præfatis requisitis, cæteris admissis, primum dumtaxat revocatum fuit in dubium a dictis Reis conventis, seu verius a D. Comite Francisco M. Strozzi illorum Defensore nempe creditum cum hypotheca sed in casum, quia probato servitio utrum-
2 que resultabat; servitium enim ultra confessionem emissam pro exoneratione conscientiæ ab ipso Legante, probatum remanet a dictis duobus Testibus Sacerdotibus inductis a dicta Clara, & formiter examinatis, nec non a Testibus Partis adversæ. Primus Testis est Sacerdos Thomas Zenobii de Rossis Doctor S. Theologiæ, ac Curatus Eccl. Metropolitanæ, qui iuxta pr. Inter. respondit = Io conosco la Sig. Chiara, ed è persona credo io civile, e non = plebea, e l' ho vista servire il Sig. Guido M. Strozzi e credo = facesse da agente in detta Casa. *Iuxta quartum* Io la tenevo = in concetto di amministratrice della Casa di detto Sig. Strozzi = e fedel serva della sua persona. *Iuxta* 7. Detta Sig. Chiara operava, ed ordinava come superiora rispetto ad una Serva inferiore a lei di grado, per essere una semplice Contadinetta al = servizio di detto Sig. Guido con dipendenza però del suddetto = Sig. Guido, che era Padrone, e non comandava come Padrona assoluta. *Iuxta* 10. La Verdiana faceva la cucina, ed altre = infime faccende di Casa, ed andava al mercato per portare a = casa la provisione, che quotidianamente era comprata da detta = Sig. Chiara che seco la conduceva. *Iuxta* 23. Detta Sig. = Chiara andava a casa di detto Sig. Guido continuamente senza intermissione di giorno, tanto quando detto Sig. Guido = aveva male, quanto quando non aveva male, e vi stava tutto = il

= il giorno ordinariamente di continuo; alle volte però andava, = e tornava, e ne maggiori bisogni del Sig Guido stante la sua = infermità vi stava a dormire.

Alter Testis Sacerdos est D. Thomas de Valoris qui ait = Io = conosco la Sig. Chiara, e l' ho stimata per una persona civi- = le, e da bene, e serviva il Sig. Guido = Io ho sempre tenuta = detta Signora in concetto di sola serva di detto Sig. Guido, = perchè più e più volte l' ho veduta spendere in mercato = = Disse aver sentito gridare detto Sig. Guido con detta Chiara, = quando troppo tardava a tornare a casa, e ciò averlo sentito = più volte = So bene che quando detta Chiara si sentiva male = mandava a servire, e ad assistere il detto Signore &c. qualcu- = na delle sue figliuole =

Idipsum confirmant omnes Testes villici exadverso formiter examinati, licet asserant, quod dicta Clara existimabatur, tamquam domina, & non famula, quod debet intelligi respectu famulæ rusticæ artem coquinariam exercentis, & non simpliciter tamquam domina; Primus enim Testis ait = assisteva ai suoi = negozi di casa come padrona, sempre ce l' ho vista = secundus Testis ait = quando andavo in casa detto Sig. Guido sempre = vi ho trovata la Sig. Chiara, che assisteva al medesimo nelle = sue continue indisposizioni = & tertius Testis = andava a spen- = dere, e continuamente assisteva al Sig. Guido nelle sue conti- = nue indisposizioni =

Tempus vero servitii præstiti, ut supra dictis Testibus Sacerdotibus notum, est quatuordecim annorum circiter = ibi = ci = ha praticato in detta Casa circa ad anni quindici, che detto = Sig. Guido ha abitato in Canonica = & rursus = ibi = Io pos- = so attestare, che la detta Chiara per lo spazio di 15. o 14. = anni in circa ha servito in casa del Sig. Guido Maria Strozzi, = ed assisteva a suoi bisogni, e particolarmente quando era in- = chiodato dalla gotta, che seguiva spessissimo &c. =

Probato itaque ut supra servitio præstito a dicta Vidua Clara dicto qu. Dom. Guido Mariæ saltem per annos quindecim, statim resultat clarum illius creditum salarii, quia ex ore Domini processit = Dignus est enim Operarius mercede sua = *Luc. cap.* 10. *& Matth. cap.* 20. = Voca operarios, & redde illis mercedem = *D. Paulus pr. ad Corynt. cap.* 3. = unusquisque propriam mercedem accipiet secundum laborem suum = omnisque labor optat premium, ut in nostris terminis *Zacch. de salar. in proem. num.* 2. *& quest. pr. num.* 10. *Rebuff. ad constit. reg. tit. de famulor. salar. gloss.* 9. = ibi = quo enim ancillarum ministerium = universalius se extendatur, & est magis utile, & necessarium, 3

= &

4 = & ob id salaria sunt favorabiliora, & eis magis debita forsan = quam servis = *Carocc. de locat. & cond. tit. de famul. & pedisseq. quæst.* 10. *n.* 1. & 2. *Muta super consuetud. Panormitan. cap.* 69. *n.* 2. & *sub n.* 5. *Manson. de caus. execut. ampliat.* 32. *n.* 5. *cum seqq. Mastrill. de Magistrat. libr. pr. cap.* 21. *n.* 6 *Thor. in supplement. compend. decis. Neapolit verb. salarium debitum famulæ post privc. Larrea allegat. fiscal.* 105. *de sport. per tot. Capyc. Latr. consult.* 117. *n.* 24. & 25. *Capon. discept.* 109. *n.* 49. *tom.* 2. *Pacion. allegat.* 61. *n. pr.* & 2. *par. pr. Rota Marchiæ cor. Thomato dec.* 14. *n.* 10. & *seqq.* & *Rot. Genuæ decis.* 115. *n.* 2. ubi etiam
5 de actionibus, quæ dantur pro salario.

Adversus huius crediti substantiam videtur primitus pugnare
6 exceptio illa, quæ transiit in adagium nempe salarium non conventum non deberi, *Leg. pr. ff. de var. & extraordinar. cognit. Leg. pr. & Leg. salarium Cod. mandati, Zacch. de salar. quæst.* 68 *n.* 26. & *latius quæst.* 102. *n. pr. cum seqq. Federic. de Sen. cons.* 218. *n.* 2. *Carocc. de locat. & conduct. tit. de famul & pedisseq. quæst.* 10. *n.* 3. *Barbet de divis. fruct. quæst.* 2. *cap.* 11. *ex n.* 5. *Ioseph. de Rosa consult. feudal.* 21. *n. pr. post resol* 39. *n.* 1. *Capon. d. discept.* 109. *n.* 28. *tom.* 2 *Mart. vot.* 99. *num. pr.* & 2. *Rot. Ianuen. d. dec.* 115. *n.* 1. nisi illa duo insimul concurrant, nempe, quod famulus sit solitus locare operas suas pro salario, & quod Dominus sit solitus cum eo conducere ita ut alterum
7 sine altero non sufficiat, ut late tradunt *Zacch. de salar. qu.* 68. *n.* 27. *cum seqq.* & *qu.* 102. *n.* 14. & 15. *Lagunez de fruct. qu. pr. cap.* 25. §. *unic. n.* 153. *cum duob seqq.* & *allegat.* 123. *n* 8. & *n. final. Barbat. de divis. fruct. par* 2 *cap* 11. *n.* 5. & 6. *et num.* 8. & *in fin. Carocc. de locat. tit. de famul. & pedisseq. qu.* 10. *n.* 4. *Solorzan. de Iur Indiar. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 51. *tom.* 2. *Ther. in supplement. compend. decis. Neapol. tom.* 2. *verb. salarium debitum famulæ in* 7. *columu. vers. non tamen omitto, Constant. ad statut. urb. annot.* 17. *artic. pr. n.* 42 & 43. ubi quod procedit etiam stante æquitate in contrarium *Flores de Men. var. quæst. lib. pr. quæst.* 8. §. 2. *n. pr. Mart. vot.* 99. *n.* 4. & 5. *post dict. resolut.* 39. *n.* 2. *Ioseph. de Rosa dict consult.* 21. *seu* 91. *num.* 2. *tom.* 2. *Pacion. de locat. & conduct cap.* 35. *n.* 65. *cum seqq.* & *allegat.* 123. *n.* 8. & *n. final. Gratian. discept. for. cap.* 257. *n.* 3. *Rot. dec.* 67. *post Zacch. de salar. num.* 2.

In præsenti autem ultra defectum conventionis, videntur etiam præfata duo extrema, quod nempe dictus Guidus Maria
8 fuerit solitus conducere famulos, & quod dicta Clara fuerit solita locare operas suas pro salario, adeoque istud dici potest indebitum ea ratione, quia sæpenumero huiusmodi famuli, seu ancillæ pro

pro solo victu, seu expensis servire solent. *Zacch. de salar. dict. quæst. 58. n. 26. vers. & ratio est, & dict. quæst. 102. n. 7. & 44. Posth d. resol. 39. n. 9. Gratian. d. cap. 257. n. 4. ibiq. Carol. Ant. De Luc. n. 6. Amostaz de caus. piis lib. 8. cap. 14. n. 39. de Marin. resolut. iur. lib. pr. cap. 311. n. 5. Capon. d. discept. 109. num. 30. vers. sed in famulis tom. 2. Barbos. vot. decisiv. libr. 2. vot. 74. n. 13. Ricc. collect. dec. 1885. vers. hæc tamen par. 5. Rot. cor. Seraph. dec. 74. n. 2. & dec. 849. n. 2. repet. par. 4 divers. dec. 126. num. pariter 2.*

At removetur obiectum ex pluribus æque solidis rationibus, & primo quia (ultra quod contrarium late tuetur *Lagunez de fruct. p. 1 cap. 25. §. unic. n. 157. cum pl. seq.* ubi concordantes rationes 9
exempla, & authoritates cumulat ad satietatem) conclusio non procedit quando in loco, prout hic, Florentiæ adest notoria consuetudo solvendi salarium etiam absque conventione: Non stante huiusmodi consuetudine, ac deficiente conventione expressa, re- 10
curritur ad tacitam, & præsumptam ac extimari debet opus, iuxta dicti loci consuetudinem cum qua censetur Partes se conformare voluisse, *Leg. excepto 18. ibique gloss. verb. consuetudinem Cod. lo-* 11
cat. Barbat. de divis. fruct. par. 2. dict. cap. 11. n. 7. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 115. n. 2. Zacch. de salar. d. qu. 68. n. 31. 40. & 45. & latius quæst. 102. n. 16. cum tribus seqq. & num. 38. ubi facilius, iuxta æquitatem *Carocc. de locat. & cond. tit. de famul. & pedisseq. qu. 10. n. 5. in fine, & num. 8. Constantin. ad stat. urb. annot. 15. artic. pr. n. 45. & 46.* ubi quod Romæ in in Tribunali Gubernatoris dicta conclusio, quod non debetur sa- 12
larium non conventum, nisi probatis dictis duobus requisitis irridetur, *Pacion. de locat. cap. 35. n. 69. cum seqq. & allegat. 123. n. 8. de Luc. ad Gratian. d. cap 257. n. 5.* ubi quod hodie ita ubique servatur in praxi *post dict resolut. 39. n. 5. & n. 6. Altimar. de nullit. contract. rub. pr. quæst. 8. sect. pr. n. 378. tom. 3. Mans. cons. 111. n. 5. & n. 8. tom. 10. bene Rot. Marcb. coram Thomat. dec. 14. n. 44. & dict. dec. 201. n. 25. Rot. Iannen. dict. dec. 354. n. 3. par. pr. & dec. 3. n. 3. & 5. par. 12.*

Præcipue quia dicta Clara tanquam persona honesta, & civilis, quæ primo loco, ob eius, ac familiæ inopiam suas operas locavit dict. Dom. Guido Mariæ, huiusmodi solitum locandi 13
operas nullo modo probare potest, adeoque talis defectus probationis non attenditur, *Zacch. de salar. d. qu. 68. Pacion. de locat. & conduct. d. cap. 35. n. 65. Constantin. ad stat. urb. dict. annot. 17. artic. pr. n. 52. de Luc. ad Gratian discept. forens. cap. 257. n. 4. Rot. in recent. dec. 88. par. 3. & penes Marchesan. de commiss. par. 1. fol. 1195.*

Et

Et viceversa probatur dictum Dominum Guidum etiam de tempore, quo dicta Clara eidem inserviebat fuisse solitum aliam famulam conducere pro salario, ut deponunt dicti Testes Sacerdotes = ibi = ha tenuto al suo servizio, stipendio, e spese una
14 serva &c. e detta Verdiana era salariata, e spesata dal medesimo Sig. Guido = adeoque sufficit probatio soliti ex parte solius conductoris, *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 35. *n.* 66. & 67. *de Luc. ad Gratian. d. discept.* 257. *n.* 4.

Secundo loco dicta conclusio de probanda conventione non procedit attenta paupertate inservientis, cuius respectu prorsus
15 inverisimile est, eam voluisse servire gratis, ut in puncto consuluit, *Bald. cons.* 155. *n.* 2. *lib.* 5. *Petr. de Ubald. de duobus fratribus par.* 2. *princ. paulo ante n.* 27. *Lagunez de fruct. par. pr. cap.* 25. §. *unic. n.* 156. *cum plur. seqq. & per tot. Carocc. de loc. & conduct. tit. de famul. & pedissеq. qu.* 10. *n.* 7. *Lancell. de privileg. pauper. privileg.* 360. *num.* 3. *cum duob. seqq. Hermosill. ad Lopez gloss. pr. lib.* 2. *tit.* 3. *par.* 5. *n.* 13. *vers. aliam limitationem fol.* 216. *Berlich. conclus.* 64. *n.* 68. *tom. pr. Catan. dec.* 34. *n.* 10. & 11. *Gaspar. Ziegler dec.* 15. *vers. hoc fine alia probatione post par.* 3. *dec. Berlich. Rot. Ianuen. d. dec.* 115. *n.* 4. *Rot. Bonon. dec.* 56. *a n.* 1. *ad* 7. ubi de salario non convento famulæ, quæ inservierat per viginti annos.

Eo magis quia etiam illi, qui in humilioribus, seu vilioribus servitiis sunt adhibiti, seclusa solutione salarii, non solum consequi debent alimenta, sed etiam omnia alia alimentorum appellatione venientia, & sic etiam vestitum, lectum, linteamina,
16 medelas, salarium medicorum, & alia, quæ assequutam fuisse dictam Claram nullibi fuit probatum, *Zacch. de salar. d. q.* 68. *n.* 32. *Carocc. de locat. & conduct. tit. de famul. & pedisseq. d. qu.* 10. *n.* 7. *in fin. & n.* 10. *Rota in rec. dec.* 815. *n.* 23. *cum trib. seq. par.* 18. quinimmo bene ponderat *Mans. d. cons.* 111. *n.* 14. *tom.* 10. ubi per infrascripta verba ait „ nec minus ex recepto = victu, & habitatione censetur de integro salario se satisfactum = habuisse, quia potius sit bene in puncto monet *Rot. Rom. dec.* = 129. *n.* 3. *p.* 4. *div.* censetur recepta, ut illud magis, ultra = pecuniariam portionem consequeretur „ quodque per receptio-
17 nem partis salarii, non intelligatur factum præiudicium, ut residuum, seu integrum salarium peti non possit sequendo eandem *dec.* 129. observat *Mauson. de caus. execut. ampliat.* 32. *n.* 41.

Tertio relata conclusio non procedit quando, prout hic ser-
18 vitium præstitum fecit diuturnum, grave, multique laboris, personæ inservienti, quæ iuxta testium depositiones, ac ipsius Domini confessionem continuam præsentiam, & operas præbuit egritudi-

tudinis, quibus assidue d. D. Guidus afficiebatur, ac plurima incommoda, & labores, tam diurnos, quam nocturnos subire ad 19 eundem effectum coacta fuit, ut egregie tradunt *Menoch. cons.* 228. *n.* 20. *tom.* 3. *&* *cons.* 570. *n.* 4. *tom.* 6. *Venturin. cons.* 32. *n.* 20. *Hermosill. ad Lopez d. gloss. pr.* *&* 2. *leg.* 2. *tract.* 3. *p.* 5 *n.* 11. *fol.* 216. *Flores de Mena lib.* 1. *qu.* 8. §. 3. *n.* 2. „ ivi „ si labor fuisset ita magnus, quod nullus etiam si amicus sine salario eum subiret „ *Posth. d. resol.* 39. *n.* 15.

Et quarto demum cessat obiectum in radice, quia attenta dicta confessione eiusdem D. Guidi, personæ adeo illustris, emissa paulo ante mortem in exonerationem propriæ conscientiæ „ ibi perlochè sappi benissimo d' esser tenuto, ed obbligato di ricompensarla in parte di quello le deve, che però iure recompensationis, ed in ogn' altro miglior modo &c. „ necessarie dicendum est, salarium dictæ Claræ fuisse, vel expresse, vel saltem tacite conventum, *Posth. dec. Bonon.* 51. *n.* 49. cum huiusmodi recompensatio, seu remuneratio non liberalis, sed debita ex 20 causa laboris, nihil aliud sit, quam salarium, *Zacch. de salar. q. prim. num.* 16. 12. *e* 22. *in fin. Pacion. de locat. & conduct. dict. cap.* 35. *n.* 33. *e* 34. *Rota cor. Mantic. dec.* 266. *n.* 1. *& in rec. dec.* 3. *n.* 25. *par.* 12. ubi quod donatio in hanc causam dicitur ex causa onerosa.

Pugnabat secundo loco contra d. creditum, etiam admissum, illius asserta præscriptio, seu saltem præsumpta solutio ex decursu 21 trium annorum, ex *Andreol contr.* 245. *n. pr. et* 5. *Pacion. de loc. cap.* 52. *n. pr. & n.* 11. *cum seq. Mauson. de caus. execut. d. ampliat.* 32. *n.* 47. *Posth d. resol.* 39. *num.* 7. *De Luca ad Gratian. dec.* 53. *n.* 7. *e* 9 *Ioseph de Rosa d. cons.* 21. *seu* 91. *n.* 6. 7. *& in fine tom.* 2.

Verum certior opinio est, quod salarium de iure non præscribatur triennio, sed solum tollatur actio ad illud petendum 22 ordinaria præscriptione triginta annorum, *Constant. ad statut. urb. annot.* 63. *art. p. n.* 124. ubi quod contrarium sentientes prolapsi sunt in hanc erroneam opinionem ex authoritate eorum qui loquuntur iuxta ordinationes, seu statuta diversorum locorum, *Zacch. de salar. d. qu.* 105. *n.* 6. *cum seq. Pacion. de locat. & conduct. d. cap.* 52. *a n.* 2. *cum seq. Guttierez de compensat. d. libr.* 2. *qu.* 8. *n.* 76. *cum duobus seq. Altimar. de nullit. contract. tom.* 7. *rub. pr. par.* 5. *qu.* 43. *n.* 325. *cum trib. seq.* & admittit *Andreol. d. contr.* 245. *n. fin. Mans. d. cons.* 111. *n.* 12. *tom.* 10. *Capon. dict. discep.* 109. *n.* 43. *tom.* 2. *de Marin. resol. iur. lib. pr. d. cap.* 311. *num.* 10. *&* 12. ubi de Sententia Magnæ Curiæ lata favore salarii Fa- 23 mulorum petiti post 15. annos, & carpit *Andreol. d. contr.* 245. quod-

quodque in Tuscia non præteribatur, nisi per lapsum quinquen-
24 nii a die recessus a servitio, *Sabell. in prax.* § *servitori n.* 22. idemque intelligendum in qualibet alia præscriptione temporis ad hunc effectum statuta nempe a die cessati servitii, *Zacch. de salar. d. qu.* 105. *sub n.* 55. §. *duodecima*, *Pigant. ad Statut. Ferrar. rubr.* 128. *n.* 61. *tom.* 2. *Constantin. ad Statut. Urb. d. annot.* 63. *art. pr. n.* 120. *Pacion. de locat. & conduct. d. cap.* 52 *n.* 48. *Altimar. de nullit. contract. loc. proxime cit. n.* 339 *Cresp. de Valdaur. observ.* 44. *n.* 3. *e* 4. *Mans. d. cons.* 111. *num.* 13. *tom.* 10. *Giurba dec.* 13. *n.* 13. Unde cum d. Clara paulo post obitum d. D. Guidi iudicialiter institerit pro salarii solutione, vanum est sermonem habere de crediti prescriptione.

Minus illud præsumi debet solutum ex taciturnitate petentis toto tempore servitii, quia (ultra quod lapsus temporis non inducit præsumptionem solutionis, sed solum coniecturam, quæ de se non sufficit, *Pacion. de locat. & conduct. d. cap.* 52. *n.* 13. *& prius d. cap.* 35. *n* 139. *De Luca ad Gratian. d. dec.* 53. *sub n.* 7. §. *verum*, *& sub n.* 9. ubi redarguit *Andreol.* & taciturnitas non inducit renovationem salarii, *Seraphin. decis.* 1322. *n.* 4. præsertim quando, prout hic, id quod fuit receptum nempe sim-
plex victus non correspondet labori, *Zacch. de salar. d. qu.* 102.
25 *n.* 31. *in fin. Capon. d. discept.* 109. *n.* 41.) valde verisimile est, quod pluries d. Clara requisiverit dictum D. Guidum ad solvendum salarium quodque ipse loco pecuniarum bona verba dederit, ut pluries accidere solet inter Dominos, & Famulos. Unde
26 iniquum ferme videtur, si pauperrima vidua Magnatis verbis adhærens a consecutione suorum laborum modo exclusa remaneret, *Menoch. cons.* 570. *sub num.* 9. §. *non obstat ultimum argumentum*, *Flores de Mena var. lib. pr. qu.* 8. §. 2. *n.* 6. cœteræ vero co-
27 niecturæ, quæ ad præsumendam huiusmodi solutionem afferuntur, seu afferre possunt, nempe paupertas eiusdem Claræ, & solutio salarii facta alteri viliori Famulæ coquinariæ penitus conquassantur, & destituuntur a clara confessione dicti Domini Guidi,
28 qui in ea se obligatum, & debitorem salarii in exonerationem propriæ conscientiæ manifeste protestatur, *Flores de Mena var. lib. pr. qu.* 8. §. 2. *num.* 41. *vers.* „ neque etiam habet locum si = Dominus recognovisset debitum, quod favore unius creditoris = in præiudicium alterius, & in detrimentum propriæ animæ fe- = cisse dictum Guidum in ultimo vitæ discrimine constitutum, = nullatenus est supponendum, vel credendum cum nullus Chri- = sti fidelis censeatur tunc immemor salutis eternæ „ *Can. sancimus p. qu.* 7. *& Leg. ult. Cod. ad Leg. Iul. repetund.* præcipue quia non est nuda, ac simplex confessio, sed adminiculis immo

reali

reali probatione servitii fulcita, quo casu etiam si probaretur decoctus attendi deberet, etiam in præiudicium creditorum, *De Angel. de confess. lib. pr. qu. 8. limit. 6. n. 46. Rota in rec. decis. 217. n 5. par. 11.*

Vindicato ob obiectis credito salarii videndum erat primo, an pro eo competeret tacita hipotheca super bonis debitoris nec ne? & secundo an competeret etiam cum privilegio prælationis 29
adversus creditores habentes expressam hipothecam anteriorem; quoad primum, respectu salarii Famulorum quicquid dicant *Rodriquez de concurs. credit. par. pr. art. 3. n. 59. cum duobus seqq. aliique relati a Pacion. de locat. & conduct. cap. 41. n. 3.* visum fuit respondendum affirmative, quia habemus Doctores, & Decisiones tractantes ex professo de materia huiusmet salarii, & de materia hipothecarum in individuo firmantes huius hipothecæ 30
competentiam favore eorumdem famularum, & signanter *Zacch. de salar qu. 68. n. 11. & qu. 94. n. 3. 4. e 6. Pacif de Salvian. interd. inspect. 3. cap. 4. n. 683. Merlin. de pignor. & hipoth. lib. 3 qu. 21. in fin. & per tot. Tiraquell. de retract. lignag. §. 15. gloss. pr. sub n. 7. Salgad. in Labir. cred. par. 3. cap. 9. num. 15. Ant. M. Bertoli in addit. ad Rodriguez de concurs. credit. par. pr. cap. 3. n. 64. cum seq. Caspar Manz. bibliotb. aurea tom. 2. part. pr. Præsid. creditor. qu. pr n. 18. in fin. vers. sed plerumque* „ ibi „ mercenarios in rem iure tacitæ hipothecæ agere posse „ *fol. mihi 545. De Luca ad Gratian. cap. 257. n. 16. Rot. cor. Dunozett. iun. dec. 576. n. 30.* ubi de salario Famulæ, *Rota Nostr. in Flor. Salarii Famulorum 6. Augusti 1642. §. quo vero cum §. seq.* ubi quod hoc fuit iudicatum in aliis Causis *lib. motiv. 115. a 267.* & latius articulo ad partes per sua principia examinato in alia *Flor. Salarii 1644. § his tamen minime refragantibus lib. mot. 117. fol. 115. cum seq.* ubi pariter agitur de salario Famulæ, & dicitur ita fuisse pluries iudicatum, idque supponunt omnes authoritates infra recensendæ super puncto sequenti prælationis.

Quo vero ad secundum responsum pariter fuit adfirmative, hoc est pro credito salarii, de quo agimus competere hipothecam cum privilegio prælationis adversus omnes creditores expressam etiam anteriorem hipothecam habentes; Etenim dictum privile- 31
gium prælationis in terminis salarii Famulorum, & Ancillarum individualiter unanimes admittunt *Zacch. de salar. qu. 99. n. 26. Felician. de cens. lib. 3. ad cap. 5. in 2. tom. n. 12. vers. præterea observandum est, Guttierez de compensat. lib. 2. qu. 8. n. 8 tom. 3 Carleval. de iudic. tom. 2. lib. pr. tit. 3. disp. 29. num. 12. e 13. Cavalcant. de bracb reg. fragm. 123. vers.* „ coeterum ubi quod „ salaria famulorum cum salariis officialium, & Iudicum, quo ad

effectum prælationis exequata sunt „ *Maser. de legat. civil. lib. pr. cap.* 14. *num.* 37. *Caspar. Manz. bibliot. aur. tom.* 2. *par. pr. Præsid. creditor. d. qu. pr. n.* 16. *cum duobus seq. fol.* 545 *Berlich. par. pr. concl.* 64. *n.* 65 *Io. Michal. Beutherus de iur. prælat. p.* 2. *cap* 11. *post princ. versic. ex iure*, *Hartman. Pistor. par. prim. qu.* 8. *n.* 1. *& seq. Matth. Coler. dec. German.* 200. *n.* 7. *e* 8. *p. pr.* ubi quod ita est receptum, & pronunciatur quotidie, *Ricc. in collect. dec. collect.* 1540. *in fin. Mart. Med. in addit. ad decis.* 19. *n.* 2. *Rota cor. Dunozett iun. d. dec.* 576. *n.* 30. *Rota Nostra in d. Florentina Salarii Famulorum* 6. *Augusti* 1642. § *quod autem cum seq. lib. mot.* 115. *fol.* 269. *ex d. alia Flor. Salarii* 19 *Novemb.* 1644. § *censuimus cum seq. &* §. *Decianus lib. mot.* 117 *fol.* 119. *cum seq. ubi concordantes ad satietatem*, *& in Florentin. Concursus Creditorum* 9. *Febr.* 1666. § *ideo lib. motiv.* 125 *a* 37. *& cor. de Comit. dec. Flor.* 49. *n.* 13 pluriesque declaravit Magistratus Supremus signanter in *Causa Spini*, *e Mazzoni* 27. *Febr.* 1687. relictis aliis quæ possem cumulari.

Unde cum non solum ex authoritatibus plurium classicorum Doctorum; verum etiam ex pluribus iudicatis huius nostræ almæ
33 Rotæ, & praxi huius Civitatis sit irrefragabiliter concessa hipotheca cum privilegio prælationis huic credito salarii famulorum, & Ancillarum; nostrum non est modo, ut aiunt revangare mundum, sed in hac materia, & quo ad salaria huiusmodi servitiorum inducta dicitur consuetudo ita iudicandi, quæ debet attendi, etiam si contraria opinio de iure verior esset, *Caball. cons. decis.* 128. *n.* 308. *lib.* 2. *Mans. cons.* 395. *num* 45. *& seq. Torr. var. tom.* 2. *q* 4. *n.* 5. *tit.* 7. *Mart. Med. exam.* 4. *n.* 15 *Franc. dec.* 91. *n.* 16. *& dec.* 233. *n.* 3. *Rota Nostra inter recollect. per Palm. dec.* 248. *n.* 6. *e* 7. *& dec.* 437. *n.* 42. *e* 43. *tom.* 5.

Firma autem stante hypotheca, etiam cum privilegio prælationis pro hoc credito salarii super bonis debitoris, absque du-
34 bio pro illo datur salvianum, ut in puncto salarii famulorum *Pacific. de Salv. interdict. inspect.* 3. *cap.* 4. *d. num.* 682. *&* 683. ubi quod, sicuti datur Salvianum Doctori, vel Medico a Communitate conducto pro eorum salariis vigore tacitæ hypothecæ
35 super bonis Communitatis ita vigore tacitæ hypothecæ datur famulis super bonis Domini, *Zacch. de salar. d. qu.* 94. *num.* 4. *& in fine dictus Bartoli ad Rodriquez. d. par. pr. cap.* 3. *num.* 64. *ubi concordantes*, *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 41. *n.* 41. *in fine*, quodque etiam pro aliis salariis detur Salvianum utile in-
36 terdictum, *Barbat. de divis. fruct. par.* 2. *cap.* 11. *num.* 29. *in fin. Merlin. de pignor. lib.* 3. *d. qu.* 21. *num.* 2.

Imo

Imo ubi etiam competit officium Iudicis istud trahit secum hypothecam tacitam legalem, cuius vigore datur Salvianum, ne 37
dum contra hæredes, sed etiam contra tertios possessores, *Mart. Medic. examinat.* 23. *a num. pr. cum seqq. Merlin. de pignor. lib.* 3. *tit. pr. qu.* 14. *num.* 31. *cum pluribus seqq.* similiter videmus quod pro collectis bonorum, etiam præteritis, & non solutis pro quibus competit tacita hypotheca Principi vel Communitati, illa non solum exercetur contra Dominum, sed etiam contra quem- 38
libet tertium bonorum possessorem, seu adversus quemcumque creditorem possidentem, in puncto *Merlin. de pignor. & hypothec. lib.* 3. *tit. pr. qu.* 6. *num.* 18. *cum seqq. ubi concordantes, Pacific. de Salvian. inspect.* 3. *cap.* 4. *num.* 631 *cum duobus seqq. Barbos. de Paroc. par.* 3. *cap.* 28. §. 4. *num.* 13. *&* 14. *Gob. de acq. cap.* 29. *num.* 16. *&* 17. Itidem sicuti pro expensis funeris, & ultimæ infirmitatis datur tacita hypotheca præferibilis doti, ac aliis 38
creditoribus expressam anteriorem habentibus hypothecam ita præferibilis est in Salviano *Pacific. de Salvian. inspect.* 3. *dict cap.* 4. *num.* 72. *vers. contrariam num.* 73. ubi quod datur contra tertium possessorem *& num.* 81. *&* 90. quodque detur Aromatorio 40
pro medicinalibus ultimæ infirmitatis Salvianum contra tertium possessorem, in puncto *Post. resol.* 104. *in princ. & n.* 20. *cum pluribus seqq.* & sequitur *Zaul. ad Statut. Faventiæ rubr.* 7. *lib.* 7. *num.* 14. *cum seqq. tom.* 2. & generaliter, quod vigore tacitæ hypothecæ competat utile Salvianum interdictum contra tertium 41
possessorem unanimes firmant *Pacific. de Salvian. d. inspect.* 3. *cap.* 4. *n.* 52. 73. *&* 90. *Menoch. de adipiscend. poss. remed.* 3. *n.* 55. *Merlin. de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *d. qu.* 14. *num.* 12. *cum seqq. Post. resolut.* 46. *num.* 19. *Rot. coram Seraphin. dec.* 1290. *num.* 3. e quidem evidenti ratione quia hypotheca tacita, eandem, imo etiam fortiorem vim habet, quam expressa ab homine, cum 42
habeat etiam privilegium prælationis, idem *Pacific. de Salvian. interd. inspect.* 3. *d. cap.* 4. *n.* 4. *&* 5.

His positis irrelevans prorsus remanet obiectum quod huiusmodi hypotheca cum privilegio prælationis pro credito salarii, de quo agitur possit competere ad summum in casu concursus creditorum; & super bonis ab ipso debitore, seu eius hærede possessis dumtaxat, non autem super bonis postea per ipsum di- 43
stractis, & penes tertium possessorem existentibus.

Quoniam præfatum obiectum caret authoritate, & ratione: authoritate, quia hucusque nulla data fuit doctrina, quæ deneget huiusmodi hypothecam cum prælatione extra concursum creditorum & super bonis prius a debitore possessis tempore servitii, & postea distractis, & per tertium creditorem retentis; etenim

non per hoc, quod authoritates loquantur in terminis dicti concursus, in quo versantur casus occurrentes, inferri potest, quod extra illum cesset dicta hypotheca cum prælatione adversus alium tertium creditorem possidentem: caret etiam ratione, quia præfati Doctores, & Tribunalium responsa de super allegata non concedunt credito salarii hypothecam tacitam cum privilegio prælationis ratione concursus creditorum, sed quidem ratione qualitatis crediti mercedis, gaudentis pluribus aliis privilegiis, & præsertim causæ piæ in personis miserabilibus, ut magistraliter respondit *Rot. nostr. in d. Florentina Salarii*, 1644 *lib. motiv.* n. 7. § *hanc etiam cum seqq.* §. *at Famuli, & Ancillæ cum seqq.* §. *istiusmodi cum seqq.* quæ crediti qualitas in personis miserabilibus eadem est in concursu creditorum, ac extra concursum, adeoque utroque casu dictum creditum salarii gaudere debet hypo-
44 theca cum privilegio prælativo, eo modo quo gaudent expensæ funerum, ac ultimæ infirmitatis, iuxta *Text. in Leg. impensa ff. de Religios. & sumpt. funer. Leg. finali* § *in computatione C. de iur. deliber. cum aliis plena manu deductis ab Illustriss. Dom. meo De Comitibus*, & per consequens si pro omnibus creditis de super relatis tacitam habentibus hypothecam prælativam, & sic etiam pro credito funerum, & ultimæ infirmitatis datur Salvianum contra tertium possessorem, seu alium creditorem possidentem, nescimus videre cur pro credito salarii Famulorum pro quo competit eadem tacita hypotheca dari non debeat Salvianum contra tertium possessorem, seu alium creditorem possidentem.

Cæteroquin si obiectum iam relatum subsisteret intollerabile posset oriri absurdum quod videlicet ille, qui operas suas, seu servitium recipit a famulis, vel ancillis per plures annos etiam sub fide solvendi salarium, seu mercedem conventam unica vice totam, & integram, posset postea ante mortem omnia bona dare in solutum Creditoribus suis absque efformatione concursus, & sic fraudare hypothecam, & prælationem pauperibus mercenariis debitam, si illa experibilis dumtaxat esset in concursu, nec non tollere valeret ius suum eisdem ab initio perfecte quæsitum contra omnes iuris regulas, ex quibus edocemur quod ius nostrum sine facto nostro a nobis auferri non potest quodque ius creditoris ex
45 facto debitoris deterius fieri nequit, *L. debitorem* 15. *C. de pignor. & hypoth. L. debitorum pactionibus* 25. *C. de pact. L. sicut* § *non videtur ff. quibus modo pign. vel hypoth. solvatur Bellon. cons.* 36. *n.* 6. adeoque necessario dicendum est dictam prælationem exerceri posse etiam contra tertium possessorem, & creditorem, ac sa-
46 tis adimpleri in solutione prius demandanda mercenariis saltem super fructibus bonorum ab eodem tertio possessore, seu creditore de-

detentorum salva etiam favore illius proprietate iuxta deducta per *Rot. nost. in dict. Fesulan. salvian.* 1687. §. *nec. demum* & §. *non autem cor. b. m. Michalor. lib. mot.* 132. *a* 1.

Competit ulterius hypotheca, ac privilegium prælationis famulis, & mercenariis non solum pro salario eius ultimi anni, quo 47
Domino iam defuncto, vel oberato servierunt, sed & pro antecedentium annorum salariis, quæ sunt præcisa verba *Anton. Mariæ Bartoli ad Rodriguez. de concurs. credit. artic.* 3. *n.* 67. *Hartman. Pistor. par.* 1. *qu.* 8. *n.* 4. & *seq. Berlich. d. conclus.* 64. *n.* 77. *tom.* 1. Nam in istis salariis & provisionibus ad tempus licet intelligantur tot stipulationes quot sunt termini, attamen respectu anterioritatis, vel posterioritatis attenditur tempus contractæ obli- 48
gationis, ad quod tempus evenientis conditionis retrotrahitur *Leg. Lucius ff. qui potior in pignor. hab. Gratian. discept. for. cap.* 224. *sub n.* 69. §. *nam respondetur Rot. par.* 1. *diversor. dec.* 679. *n.* 9. *vers. dicebatur enim.*

In nihilum relevante quod dicta Clara servierit dicto Guido Mariæ iam decocto, latitanti, & existenti in domibus canonica- 49
libus, adeoque dicendum veniat quod voluerit servire pro solo victu vel gratis *Rodriguez. de concurs. credit. in addit. par.* 1. *art.* 50
3. *n.* 54. *in fin.* quoniam ultra quod ut superius probatum fuit hoc non præsumitur, nec est verisimile in puncto *Rot. Ianuen. d. dec.* 115. *n.* 4. & alleganti tale gratis servitium incumbit onus illud concludenter probandi, ut observat idem *Anton. M. Bartoli in addit. ad Rodriguez. de concurs credit. par.* 1. *d. art.* 3. *n.* 66. 51
Berlich. d. conclus. 64. *n.* 77. *tom* 1. *Hartam. Pistor. par.* 1. *qu.* 8. *n.* 4. *cum. seq. Gaspar. Zeigler. d. dec.* 15. *vers. ideoque hoc casu post par.* 3. *dec. Berlich.* & ultra quod hoc ipsum excluditur ex demandata solutione in testamento tamquam debita in exonera- 52
tionem conscientiæ; quidquid de prætensa decoctione eiusdem Guidi Mariæ ad quam excludendam plura in iure deduxerat *b. m. Ansald. de comm. disc.* 38. *a n.* 7. *cum seq.* certum est non concludi sententiam huius decoctionis in muliere, quam in præiudicialibus 53
esse plene, & specifice probandam firmat late *D. meus Collega Calderonus resol.* 64. *n.* 45. *cum seq. Rot. in rec. dec.* 166. *n.* 9. *par.* 9. & *post Torr. var. tom.* 2. *tit.* 12. *dec.* 24. *n.* 56. & 57. *tom.* 3. *Miscellan. par.* 2. *qu.* 24. *tit.* 12. *n.* 11. & 12.

Quinimmo dictus Dominus Guidus Maria a syndacatu sibi dato ad instantiam suorum creditorum anno 1679. fuit liberatus usque ab anno 1682. ut habetur *ex dec.* 47. *cor. Urceol. in enar-* 54
ratione facti §. *die vero* 5. *Maii* 1682. & §. *bis peractis cum seq.* & §. *vigore*, ubi pariter habetur fuisse declaratum novum syndacatum eidem Guido datum anno 1684. non sustineri *a n.* 10.

n. 15. & insuper extra dubium remanet ipsum ex post libere pos-
sedisse Villam Quinti, aliaque omnia sua bona stabilia ut colli-
gitur ex interrogatoriis datis ad instantiam D. Comitis Adversa-
riis testibus dictæ Claræ, & comprobant Testis Sacerdos, nec non
duo testes examinati ad instantiam pariter eiusdem D. Comitis.

Ex hoc autem libera bonorum possessione, & fructuum per-
ceptione dicti D. Guidi Mariæ toto tempore servitii clare resul-
55 tat, quod dicta Clara potuit iuxte, ac probabiliter credere ipsum
Guidum non fuisse decoctum, sed potius totam mercedem, seu
salarium integre, & plusquam integre fuisse soluturum tem-
pore mortis, prout vere de hac ipsius voluntate satis superque
constat ex Testamento, seu Codicillis, præcipue quia servitium
non fuit ad luxum, sed ad meram necessitatem vitæ, ut ipsemet
fassus fuit, & convincitur etiam ex toto Processu ex quo constat
non plusquam famulum, vel loco illius villicam famulam coqui-
nariam, ipsamque Claram quæ rebus domesticis, suisque assiduis
ægritudinibus inserviret retinuisse.

Corruunt ex prædictis omnes coniecturæ exadverso oppositæ
contra dictum creditum salarii, & signanter quod dicta Clara non
erat addicta quotidiano servitio D. Guidi Mariæ, cui assistebant
sui villici, quodque opus sericum pro se exercebat, & sic conse-
qui non possit salarium in pecunia quæ non solvitur illis, qui
56 recipiunt libertatem pro se vacandi, ex traditis per *Rotam decis.*
815. *n.* 15. *cum seqq. par.* 18. quo enim ad quotidianum servi-
tium, illud concludunt omnes Testes in principio adducti, nec
enervatur ex opera villicorum, quia ista unius, vel alterius villici
vel tempore festivo, vel aliquo alio tempore, non potest se ex-
tendere ad detrahendum iugi servitio dictæ Claræ, nec diversi-
mode aiunt Testes = ibi = *Ma bensì di tempo in tempo qualche-
duno ve l' ho visto* = Primus Testis examinatus ad instantiam d.
Comitis ad pr. respondet = ibi = *vi ho visto Giuseppe Bastioni
per assistergli, ma per quanto tempo vi sia stato non lo sò* = se-
cundus Testis super 4. = *quando aveva male ha tenuto un tal
Bastioni, e vi sono stato ancor io* = & tertius super 7. = *quando
era indisposto, ed anche i giorni delle feste Giuseppe Bastioni an-
dava in casa del Sig. Guido Maria ad assisterli.* =

Quo vero ad laborerium sericum dictæ Claræ, an esset pro
se, vel pro dicto Guido, Testes omnino ignorant, ut respondent
Testes examinati pro Domino Comite; unde inapplicabilis
prorsus remanet *dict. decis.* 815. *n.* 15. *&* 16. *par.* 18. quia ibi
agebatur de iuvene vassallo Domini, qui ultra victum, vestitum,
57 medelas, & omnia ad victum necessaria, habuit etiam facultа-
tem, & tempus incumbendi bonis artibus, & studiis, & prius
etiam

etiam declaravit animum non assequendi mercedem pro servitio, & propterea merito fuit reiectus a petitione illius solutionis, ut videre est in *dict. dec.* 811. *a n.* 15. *cum plur. seqq. par.* 18. cui addi possunt ad eumdem effectum *Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *cap.* 514. *n.* 18. *Barbat. de divis. fruct. par.* 2. *dict. cap.* 11. *num.* 10. *Lagunez de fruct. par.* 1. *cap.* 25. §. *unic. n.* 207. *&* 208. *Thor. in supplemento compend. decis. tom.* 2. *verb. salarium debitum famulæ in medio & in fine. Pacion. de locat. & conduct. disc.* 35. *n.* 148. *&* 149. *Flores de Mena var. resolut. lib. pr. quæst.* 8. §. 2. *n.* 8. *&* 12. *late dicta dec* 62. *n.* 3. *&* 4. *par.* 2.

Demum pro determinanda huius salarii quantitate cessante conventione expressa cum intret arbitrium Iudicis, ut tradunt *Zacch. de salar. qu.* 102. *n.* 5. *Altimar. de nullit. contract. tom.* 3. *rub. pr. quæst. sect. pr. n.* 374. *Flores de Mena var. lib pr. dict. quæst* 8. §. 3. *n.* 20. *versic. in omnibus*, *Capon. dict. discept.* 109. *num.* 32. *tom.* 2. *Palm. nep. alleg.* 45. *n.* 47. *Rot. in recent. decis.* 65. *n.* 6. *cum duob. seqq.* illud regulari debet ad normam consuetudinis localis cum qua Partes, ut dictum fuit, censetur se conformare voluisse, *Zacch. de salar. dict. quæst.* 68. *n.* 40. *& quæst.* 102. *n.* 18. *&* 19. *Carocc. de locat. & conduct. tit de famul. & pedisseq. qu.* 10. *n.* 5. *in fin. Pacion. alleg.* 123. *num.* 13. *Rota in recent. dict. dec.* 354. *num. par. pr. & dec.* 3. *n.* 3. *&* 5. *par.* 12 *cum aliis superius deductis* §. *At removetur &c.* Unde censuimus adhibentes forsan nimium rigorem contra dictam Claram, ut minus semper quam fieri posset gravaretur Creditor, taxandam esse mercedem in libris quatuor pro quolibet mense, & sic in totum in scutis 102. & lib. 6. retrahendis ex fructibus dumtaxat, seu ex pensionibus domus, de qua agitur, salva proprietate pro eodem Creditore; cum inservientes, vel in qualitate famulæ a cubiculo, vel agentis domus, aut opsonium ementis, iuxta consuetudinem Civitatis minus unquam recipere pro suis laboribus, & mercede non valeant, *Bertacchin. vot.* 56. *n.* 1. *&* 2. *cum aliis per Rotam dict. dec.* 3. *n.* 3. *&* 4. *par.* 12.

58 (margin, beside "Demum pro determinanda…")

Non omittentes pro coronide, quod decisio huius nostræ almæ Rotæ, de qua superius fuit facta mentio in *Fesulana Salviani* 12. *Septembris* 1687. *cor. b. m. Michalorio lib. motiv.* 132. agit simpliciter de puro credito voluntario ex rebus cibariis, seu alimentis præstitis cuidam Alexandræ, quæ aliunde, & præsertim ex fructibus suorum bonorum ali poterat, & debebat, ut in §. *sed pro aliment. cum seqq.* casus vero noster est de credito mercedis pro laboribus præstitis ex mera necessitate illustri Personæ pro quo, ut supra probatum est, sunt omnia bona illius tacite hypothecata cum privilegio prælationis favore pauperis inservientis, cui propterea

pterea concedenda erat immissio in Salviano ad possessionem domus tempore servitii ab eodem debitore possessæ, ut saltem ex pensionibus illius recipere valeret debitam satisfactionem, quam non solum commendat vulgaris opinio suadetque sententia plurimorum classicorum Doctorum, sed etiam præcipit sensus Sacrarum Scripturarum, ut clare demonstrant dicta antiqua iudicata nostræ Rotæ concordibus suffragiis emanata, quæ si innotuissent *b. m. Pacion.* certe in hac re hæsitasset, ut facit *in tract. de locat & conduct. d. cap.* 41. *n.* 40. *&* 41. licet in hanc partem inclinet, & merito quia Iudex semper vel utplurimum pro salario

62 rio iudicare debet, ut per eadem verba monet *Flores de Mena var. lib.* 1. *dict. quæst.* 8 §. 3. *num.* 20. *in fin.*

Et ita utraque &c.

Manilius Urbani Rotæ Auditor, Prætor, & Relator.
Antonius Gabriel Calderonus Rotæ Auditor.
Octavius Vasoli Piccinini Rot. Aud. contrarium sentiens vid. eius motiv. apud Mall. ad Chartar. tom. 2. decis. 52.

DECISIO XIX.

FLORENTINA DEPOSITORUM

26. *Novembris* 1726. *cor.* Aud. Iacobo De Comitibus.

ARGUMENTUM.

Actio depositi etiam irregularis, compensationem non admittit, cuius restitutio iuris naturalis est. Promittentes, & iurantes licet non ex animo quatenus teneantur. De potestate Principis non licet disputare, sed eius voluntatem expendere, ubi de eius recta fide, & potestate quoad contractus, ubi etiam quando a contractibus liceat recedere. Apud Montem est publica fides, qui restitutionem depositi conventam frangere non potest.

SUMMARIUM.

1 *Mos Romanorum deponendi in sacris ædib. pecunias pactiones, fœdera, Testamenta affertur ad cuius similitudinem Pii Montes eliguntur num.* 2.

3 *Dispositio quamtumvis generalis non comprehendit futura, maxime in re stricte interpretanda.*

4 *De potestate Principis disputare sacrilegii instar est & parem se reddit Altissimo, qui de auctoritate eius querit n.* 5.

6 *Non prohibemur Principis voluntatem expendere, quæ in privatorum actibus verbis prævalet.*

7 Con

Contractus re initus est iuris gentium, & bonæ fidei.

8 In actione depositi compensatio non datur etiamsi agatur de deposito irregulari in quo pecunia non ut species, sed ut quantitas deposita sit num. 9.

10 Licet promittens non obligetur ex animo, qui non intendit obligari, tamen ex æquitate tenetur.

11 Iurans non intentione iurandi, si non ex vi iuramenti, saltem ex Lege iustitiæ implere adstringitur.

12 Nihil est quod lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in Principe, unde nihil indecens, & imperfectum, nil nisi rationi conforme, iustum, & æquum in eius ordinibus præsumendum num. 13.

14 Restitutio depositi iuris naturalis est.

15 In generali Principis sermone, & moratoria debitoribus concessa est interpretandum exceptum.

16 Solus Princeps Legibus solutus dicitur, & a vi suarum Legum coactiva liber, non a directiva tam respectu aliorum regiminis, quam circa sui instructionem n. 17.

18 Princeps non valet dissolvere contractuum vincula, quæ sunt iuris gentium, & in ratione naturali posita, & ita contrahens non potest contractum a se factum lædere, & discedere a data fide.

19 Princeps mandans = stare a calcolo coi crediti di Uffizi, e Comunità = disponit de bonis publicis, & publico usui perpetuo inservientibus quæ in eius dominio manent.

20 Reprobatur Angel. in Leg. item si verberatum 15. §. si quis rem ff de rei vindic.

21 Inter bona publica Civitatum quædam publico addicta, quædam communia sed ad pariculares usus destinata.

22 Artis pecunia tamquam in eius artificum levamen eroganda potius quam publica universitatis privatorum censenda.

23 Apud Montem publica fides in rerum custodia tamquam in loco pio.

24 Mons depositarius restitutione conventa eam frangere non potest in medium proferens latentem ordinem, utpote qui neque fallit, neque fallitur.

25 In iure non obstante potentia disponendi est illegitimus modus, ut in domino per vim recuperante rem suam, ut in edificante in proprio solo, in quo omne licet quod libet preter æmulationem.

26 Causa recedendi debet supervenire, vel de tempore contractus esse ignota, non quoad futuros contractus causa iam nota, & precedente, quia non obstante promissione sequuta durior fuisset recessus.

27 In

27 *In exorbitantibus non est de tempore ad tempus extensio facienda, & multo magis gravi causa non concurrente.*

Vetus Romanorum mos deponendi in sacris Ædibus nedum pecunias, sed & pactiones, fœdera, testamenta, aliasque res suas, sive ut tutius conservarentur quasi Deorum custodiæ commissæ, sive quia quamplurimi forent Fanorum excubitores, uti ratiocinantur interpretes nostri, & passim in
1 iure commemoratur, *Leg. cum apud* 10. *§. sin autem ii Cod. de bon. auct. iudic. possid. Leg. si reus paratus* 73. *ff. de procurat. L. cum pater* 79. *§. donationis ff. de legat.* 2. *Leg. cæteræ* 4. *§. sed & tabulas cum Leg. seq. ff. fam. ercisc. Leg. pr. §. si pecunia cum §. seq. & Leg. ei apud* 5. *in fin ff. deposit. Osuald. ad Donell. lib.* 16. *cap.* 14. *vers. si simpliciter, & in annot. lit. C. Bottin. ad statut. Ian. lib.* 4. *cap* 7. *§. de quibus n.* 2 *Guttierez de compensat. lib. pr. qu.* 28. *n* 48 *e* 49. *& lib.* 4. *qu.* 18. *n.* 45. *& lib.* 5. *q.* 1. *n.* 53. *e* 57. licet nostris temporibus plene non vigeat, tamen non dissimili exemplo frequentissime pro depositis Pii Montes eliguntur, cum & ipsi ad opera misericordiæ, & charitatis erecti,
2 quamdam religiositatem habere videantur, *Trident. sess.* 21 *de reformat. cap.* 8. *e* 9. *Mans. cons.* 120. *n.* 15. *& seqq. ubi late Cohell. ad bull. bon. regim. cap.* 22. *n.* 15 *Lara de anniverf. lib. pr. cap.* 23. *num. pr. Novar. de elect. for. sect.* 2. *qu* 57. *Leotard. de usur. qu.* 22. *n.* 30. *e* 35. *in fin. Ansald. de commerc. disc.* 84. *n.* 9. *Amostaz de caus. piis lib.* 4. *cap.* 13. *n. pr in fin. vers. & est opus*, & in dies pignora recipientes proprium, & naturale habeant aliena custodire. Hac securitate illecta Universitas Artis Sericæ triplex in hoc Pio Monte fecit pecuniarum depositum, primum scilicet scutorum mille sub die 31. Martii 1637. secundum scutorum quingentorum sub die 2. Octobris eiusdem anni, tertium aliorum scutorum quingentorum sub die 26. Septembris 1642. omniumque restitutionem petere distulit, donec gravissimo debito contracto cum Venerabili Hospitali Sanctæ Mariæ Innocentium, in eius satisfactionem huiusmodi credita cedere coacta fuit. Cessionario autem agente super restitutione opposuit Mons Depositarius compensationem cum credito, quod habebat adversus Depositeriam Generalem Suæ Regiæ Celsitudinis proveniens ex duplici mutuo eidem facto usque de anno 1608. in summa scutorum 128000. in cuius mutuationis actu Serenissimus Princeps ita per sui Depositarii organum Montem reintegrari iussit

a Per

„ Per restituirgli ogni anno scudi diecimila, ogni sei mesi la ra-
„ ta, e intanto stiano a calcolo con tutti li crediti di Ufizi,
„ di Comunità, ed altri conti „ super huius itaque supremi ordinis intelligentia tota exarsit disceptatio, qua longe tractata, tandem fui in voto pro Actore, & quod Montis exceptio non obstaret petitis.

Siquidem præceptum Principis longe præcessit deposita, utpote emanatum de anno 1708. ea vero facta de annis 1637. & 1642. unde sub eius censura non cadunt ex regula, quod dispo- 3
sitio, quantumvis generalis futura non comprehendat, & quæ noviter superveniunt, sed ut docemur in *Leg. Iulianus 6.* nec adventitii casus computandi sunt, *ff. qui, & a quib.* maxime in re stricte interpretanda, ut inferius dicemus *Leg. si mandavero 22 §. is cui bona ff. mandat. Gratian discept.* 98. *n.* 1. *e* 17. *& ibi De Luca n.* 3. *& seq. Arias de Mesa var. libr.* 3. *cap.* 11. *n.* 12. *&* 26. *Faria ad Covarruv. var. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 42. 43. *e* 44 *Marescott. var. resol. lib.* 2. *cap.* 139. *n.* 8. *Olea de cession. iur. tit.* 3. *qu.* 10. *num.* 17. *Bertazzol. de clausul. claus.* 27. *gloss.* 13 *num.* 5. *versic. actiones*.

Istaque intelligentia eo tutius visa est admittenda, quia ita interpretanda esset mens Principis præcipientis, ita exigeret litera conventionis factæ in actu deponendi, ita comprobaret observantia.

Et quod ad Principis mentem attinet, licet de eius pote- 4
state disputare, eam quasi dubiam in quæstionem revocando sacrilegii instar sit, *Leg. sacrilegii instar Cod de divers. rescript. & pragm. & ibi Brunemann. n. pr. & seq. Leg. disputare* 2. *Cod de crimin. sacrileg.* & ponere dicatur sedem in Aquilone, & parem se reddere Altissimo, qui de authoritate Principis quærit in eius 5
Subditos circa ea, quæ iuris positivi sunt, *Gratian. discept.* 624. *n.* 8. *Castald. cons.* 104. *n.* 11. *Cyriac. contr* 176. *num.* 27. *Cæsar. Peregrin. quæst. qu.* 11. *n.* 7. *Rocc. select. disp. cap.* 72. *n.* 18. *& cap.* 170. *n.* 11. *Bonden. collect. legal* 31. *n.* 9. *& collect.* 37. *n.* 63. *vol.* 2. *Altograd. iun. contr.* 1. *n.* 56. *e* 57. *Antunez de donat. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 21. *& cap.* 5. *n.* 4 *De Luca de regal. disc.* 148. *n.* 8. *Modern. Campell. ad Constit. Ducat. Urbin. decret.* 110. *num.* 148. *e* 149. *Leoncill. dec.* 26. *n.* 3. *& dec* 194. *num.* 7. *Sanfelic. dec.* 62. *n.* 41. *Thomat. dec.* 50. *n.* 322. *Belmont. decis.* 126. *n.* 6. *Adden. ad dec.* 217. *n.* 4. *par.* 9. *rec. Rota post Corradin. de prælat. dec.* 8. *n.* 52.

Non tamen prohibemur eius voluntatem expendere, quinimo sicuti in privatorum actibus ea verbis prævalet, ut firmat 6
Bonden. collect. legal. 8. *n.* 25. *& collect.* 45. *n.* 35. *& seqq. tom.*

2. *&*

2. *& toties monuit De Luca de feud. disc.* 44. *n.* 17. *de servitut. disc.* 88. *n.* 5. *de donat. disc.* 8. *n.* 21. *de alienat. disc.* 11 *n.* 5 *de credit. disc.* 91. *n.* 4. *& passim*, ita & in rescriptorum interpretatione potissimum spectanda est, & attendenda, *Barbos. in cap. ad aures* 8. *n.* 5. *& in cap. mandatum n.* 5. *de rescript Tiraquel. in Leg. si unquam verb. libertis n.* 55. *Cod. de revoc. donat. Balducc. ad Ramon. cons.* 90. *n.* 15. *tom.* 3. *Cyriac. controv.* 426. *num.* 54. *Mans. cons.* 174 *n.* 3. *& seq. & cons.* 504. *num.* 10. *Ricc. collect. decis. par.* 7. *collect.* 2878. *late Oldrad. de liter. princip prælud.* 5 *n.* 22. *& seq. & præl.* 6. *n. pr. & per tot. Surd. dec.* 268 *n.* 26.

Considerando itaque futura deposita, in quibus Mons Depositarius obligabatur contractu re inito, nominato iuris gentium,
7 & bonæ fidei, *Leg. præterea instit. tit. quib. mod. re contrahit. obligat. Leg.* 1. §. *is quoque apud quem* 5. *ff. de oblig. & action. Leg. iuris gentium* 7. §. 1. *ff. de pact. Leg.* 1. §. *hanc actionem ff. deposit.* confidentibus deponentibus in ipsa contractus natura secum implicite ferente promptam, & expeditam restitutionem quoties deponenti libuerit, adeout contra hanc specialem fidem, contra hanc contrahentium intentionem regulariter compensationis exce-
8 ptio nullatenus posset audiri intrinseco huius contractus privilegio, *Leg. fin. Cod. de compensat.* „ excepta actione depositi secun- = dum nostram sanctionem, in qua nec compensationi locum = esse disposuimus „ §. *in bonæ fidei instit. tit. de act* „ excepta = sola depositi actione, cui aliquid compensationis nomine oppo- = ni sane iniquum esse credidimus, ne sub prætextu compensa- = tionis depositarum rerum quis ex actione defraudetur „ & tradunt communiter *Gratian. discept.* 728. *n.* 21. *Castill. controv. iur. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 11. *Cancer. var. p.* 3. *cap.* 8. *n.* 45. *Sabell. var. resol. cap.* 56. *n.* 24. *Tranchedin cons.* 85. *num.* 43. *tom.* 1. *Mans. cons.* 393. *n.* 25. *Palm. nep. alleg.* 114. *n.* 28. *Bonden. collect.* 38. *n.* 148. *Mantic. de tac. lib.* 10. *tit.* 10. *n.* 4. *Leotard. de usur. qu.* 32. *n* 8. *& seqq. Staiban. de interess. lib* 2. *tit.* 14. *n.* 33. *Gait. de credit. cap.* 4. *tit.* 1. *qu.* 7. *n.* 652. *Alderis. de simbol. contract. tit.* 4. *cap* 9. *n.* 53. *Bersan. de compensat. cap* 1. *qu.* 5. *num.* 11 *qu.* 10. *n.* 20. *qu.* 11. *n.* 1. *& cap.* 2. *qu.* 1. *n.* 3. *qu.* 2. *num.* 5 *& qu.* 22. *n.* 10. *Guttierez de compensat. tom.* 2. *lib.* 5. *qu. prim. n.* 38. *Altimar. de nullit. tom.* 4. *rubr. pr. part.* 2: *qu.* 21. *n.* 99. *Mansrell. ad Capic. Latr. dec.* 124. *n.* 20. *de Franch. dec.* 151. *n.* 2 *& ibi De Luca ad Reverter dec.* 494. *in princ. & De Marin. n. pr. Larrea dec.* 14. *n.* 8. *Leo dec. Valent.* 53. *num.* 22. *tom. pr. Rota in rec. dec.* 657. *n.* 6. *par.* 19.

Etiamsi agatur de deposito irregulari, in quo pecunia, non
9 ut species deposita sit, sed ut quantitas; transeunte quidem pecu-

cuniæ dominio in Depositarium, *Leg. Lucius ff. deposit. Leg. dies sponsaliorum ff. eod.* sed non ea Lege quin ad libitum deponentis non valeat revocari, *Leg. penult. Cod. deposit.* „ si quis vel pecu- = nias, vel res quasdam per depositionis titulum acceperit „ *Gratian. d. discept.* 728. *Sabell. d. resol.* 56. *sub n.* 24. *vers. quamvis etiam*, *Bonden. d. collect.* 38. *n.* 149. *tom.* 1. *Palm. nep. alleg. dec.* 114. *n.* 29. *tom.* 2. *Mantic. de tacit. lib.* 10. *tit.* 10. *n.* 8. *& seq. Guttierez de compensat. d. qu.* 1. *n.* 80. *e* 89. *Bersan. eod. tractat. cap.* 2. *qu.* 22. *n.* 7. *De Luca ad Franch. d. decis.* 151. *n.* 2. *Reverter. d. dec.* 494. *vers. id quod*, *& ibi De Marin. n.* 2.

Hinc omnino alienum ab iustissimi Principis mente visum est, quod Mons contrahens subinde in fide deficeret, & deponentes deciperentur, itaut certi de restitutione depositorum, quæ etiam in casu nostro peculiariter ad nutum promissa fuit, postea inopinata compensatione remanerent exclusi, nec qui consentitur, & contrahit potest clandestina intentione uti, & unum promittere, aliud vero sentire. Oratio enim non dicentis, sed audientis gratia inventa est, & homo videt ea, quæ apparent, Deus autem intuetur cor iuxta illud Regum. XVI. & sic licet pro- 10
mittens non obligetur ex animo qui non intendit obligari, tamen ex æquitate tenetur, ut pulchre ait *Bald. in Leg. ei qui servo n.* 11. *Cod. quod cum eo &c.*

Sicuti iurans non intentione iurandi, si non ex vi iura- 11
menti, saltem ex Lege iustitiæ implere adstringitur, late descendentes ad plures casus, *Barbos. in cap. in dolo* 22. *qu.* 2. *n.* 5. *et seq. Covarruv. in cap. quamvis pactum p.* 1. §. *quinto sub num.* 3. *vers. ex cuius rationibus ipse colligo*, *Decian. tract. crimin. libr.* 6. *cap.* 11. *n.* 57. *Farinacc. de falsit. & simulat. qu.* 160. *n.* 278. et quod liceat in rebus levibus iurare sine animo est propositio inter damnatas ab *Innocent. XI. post Ursai. instit. crimin. la* 25. *& post Zerb Gemm. Episcopal. in fin. fol.* 417. *n.* 25. *& de ea late Viva Thes. damnat par.* 2 *proposit.* 25.

Princeps enim cum libere possit præcipere, & voluntatem suam declarare, prout fecit de creditis Communitatum, & Officiorum, quæ tunc in Monte existebant, nullo modo concipi potest, quod in futurum voluerit per inobservantiam contractus 12
disponere, illusis latenti ordine contrahentibus; in eo quippe omni lumine clarior recta fides præfulget, *Leg. inter claras* 5. *Cod. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol.* „ nihil est enim quod lumine cla- = riore præfulgeat, quam recta fides in Principe „ unde nil in- 13
decens, & imperfectum, nil nisi rationi conforme, nil nisi iustum, & æquum in eius ordinibus præsumendum est, *Barbosa in cap. qualiter* 3. *sub n.* 3. *de pact. Balducc. ad Ramon. cons.* 25.

 n. 60.

n. 60. *Bonden. collect. legal.* 37. *n.* 100 *tom.* 2. *Cutell. de donat disc pr. partic.* 6. *n.* 20. *De Angel. in Astræal. patroc. post tract. de confess. opusc.* 2. *n.* 79. *Petrus de Rub in suo Voto apud Zaul. ad Statut. Favent. lib.* 6. *rubr.* 4. *n.* 48. *& seq. Campell. ad constit. Ducat. Urbin. decret.* 7. *sub n.* 3. *vers. propter bonam, & decret.* 25 *n.* 278. *& decret.* 46. *n.* 64. *e* 65. *Antunez de donation. lib.* 2 *cap.* 11. *sub n.* 14. *Capic Latr. dec.* 183. *n.* 10. adeout ra-
14 tione huius iustissimæ præsumptionis habeamus in longe durioribus terminis in ipsa specie depositi, cuius restitutio iuris naturalis est *cap. ius naturale distinct. prim.* „ item depositæ rei, vel = commendatæ pecuniæ restitutio „ *Mantic. de tacit. lib.* 10. *tit.*
15 10. *n.* 2. quod in generali Principis sermone, & moratoria debitoribus concessa sit interpretandum exceptum, *Rebuff. de litter. dilat. art. pr. gloss. pr num.* 38. *Carocc. de deposit. par.* 1 *tit. de casu n.* 67. 68. *Leotard. de usur. qu.* 32. *n.* 14. *Staiban. de interess. lib.* 2. *tit.* 14. *disp. unic. n.* 32. *Papon. Arest. Franc. lib.* 10. *tit.* 9. *arrest.* 15. *Boer. dec.* 296. *n.* 4. ubi sic iudicatum.

Quinimo tantum abest, ut Ministros suos nolit stare pro-
16 missis, & a pactis recedere, ut ipse, qui solus legibus solutus dicitur, *Leg Princeps ff. de leg.* cum tamen sit sub lege poli, naturæ, & rationis, *Bald. in Leg. digna vox Cod. de legib. in princ. Fagnan. in cap. nec pro dilatione num.* 57. *de pæniten. & remiss. Gratian. discept.* 801. *n.* 18. *&* 19. *Surd. de aliment. tit. pr. qu.* 1. *num.* 10. *cum seqq. Aguir. de offic. venalib post tract. de tacit. oner. & condit. repetit* § 13. *num* 84. *Campell. ad constit. Ducat. Urbin. decret* 46. *n* 62. *et seq. Antunez de donat. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 22. *Cavalcan. de brach. reg. par.* 1. *n.* 118. *De Angel. in Astræal. patrocin. ubi supra n.* 89. *& n.* 93. *& seqq. Rovit. dec.* 69. *num* 16. *&* 18. & a vi suarum legum coactiva liber, immunis non sit a directiva, tam respectu aliorum regiminis, quam circa sui
17 instructionem, ad late tradita per *Barbos. in cap. canonum statuta* 1. *num.* 6. *de constit. ubi plures Covarruv. in cap. alma par.* 1. §. *pr. n.* 3. *&* 4. *Fachineo controv. iur. lib. pr. cap.* 2. *vers quarta, & postrema, Bellug. in specul. princip. rubr.* 11. §. *restat n. pr. Menoch. de arbitrar. qu.* 7. *n.* 70. *Seraphin. de privileg. iurament. privileg.* 146. *n.* 1. *de Aguir.* qui plures congerit, ubi supra *n.* 86 late pariter *Cutell. de donation. disc. pr. partic.* 6. *n.* 13. *& seqq. & n.* 24. *& seqq. de Angel. in dict. Astræal. patrocin num.* 103. ubi multos refert *Cabed. dec.* 78. *per tot. par.* 2. non valeat dissolvere contractuum vincula, quæ sunt Iuris Gentium, & in ra-
18 tione naturali posita volente promissa servari, & ita Contrahens non possit contractum a se factum lædere, & discedere a data fide, sed Deum imitetur, de quo dixit *Salomon. libr.* 3. *Regum*

cap.

cap. 8. = Domine Deus Israel, qui custodis pactum, & misericor- = diam servis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo, = qui custodisti servo tuo David, quæ loquutus es ei ore tuo = locutus es, & manibus perfecisti = *Fagnan. in cap. Antigonus* 7. *de pactis*, & latius *in cap. ex epistolæ num.* 20. *& plurib. seqq. de probat.* ubi varias rationes affert, & ibi *Barbos. ex num.* 4. *& seqq.* & alii Canonistæ, *Balducc. ad Ramon. cons.* 25. *n.* 48. *& seq. & num.* 63. *& seqq. tom. pr. Zaul. ad statut. Favent. lib.* 5. *rubric.* 33. *ex n.* 50. *de Angel. in dict. opuscul. num.* 75. *& seqq. Salgad. labyrint. credit. par. pr. cap.* 38. *n.* 15. *& seqq. Antunez. de donation. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 8. *& seqq. Urceol. de transact. qu.* 53. *n.* 5. *& per tot. Card. de Luc. de regalib. disc.* 148. *sub n.* 20 *Torr. de pact. lib pr. cap.* 10. *n.* 53. *& seqq. Altimar. de nullit. tom.* 3. *rubric. pr. qu.* 7. *sect.* 3. *n.* 83. *& tom.* 6. *rubric. pr. par.* 4 *quæst.* 39. *sub n.* 337. §. *sic ut diximus*, *& seqq.* & innumeros afferens *Aguir. ubi supra* §. 19. *n.* 174. *&* 175. *Adden. ad Sanfelic. dec.* 332. §. *insuper Princeps*, *Hodiern. ad Surd. dec. pr. n.* 22. *& seqq. & dec.* 13. *n.* 7.

Nec obstat si dicatur, quod Princeps mandans = *intanto stiano a calcolo con tutti li crediti d' Ufizi*, *Communità*, *ed altri conti* = disposuerit de bonis publicis, & publico usui perpetuo inservientibus, quæ in eius dominio manent, uti quoque sunt flumina, viæ, portus, aliaque Bona Coronæ, late, & diligenter 19
enumerata per *Antunez de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 43. *n.* 93. quin & de privatorum bonis iusta causa publicæ utilitatis concurrente, & soluto restauro, sive, ut nostri aiunt, bono cambio disponere possit, quod nec in hypothesi æquissimus Princeps retribuere omisit, promittens = per restituirli ogni anno scudi diecimila, ogni = sei mesi la rata, ed intanto &c. = hisque requisitis concurrentibus, nec contractibus stare teneantur, nec promissa servare, 20
ita supposito primo requisito tradunt contra *Angel. in Leg. item si verberatum* 15. §. *si quis rem ff de rei vindication.* communiter reprobatum, quod non ut Angelus, sed ut Diabolus loquutus sit non requirens causam, *Balducc. ad Ramon. cons* 12. *n.* 11. *& cons.* 25. *n.* 80. *t.* 1. *Gossuvin. ad Carpz. iurisprud. forens. par.* 2. *const.* 33. *definit.* 16. *n.* 4. *Faria ad Covarruv. variar. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 11. *Cresp. de Valdaur. observ.* 101. *n* 23. *Cancer. variar. par.* 3. *cap.* 3. *n.* 32. *&* 45. *cum seqq. & a num.* 48. *& a n.* 93. *& n.* 110. 269. *&* 375. *& cap.* 13. *n.* 91. *& & seqq. Zaul. ad statut. Favent. lib.* 5. *rubr.* 33. *n.* 54. *Actolin. resolut. forens. pr. ex n.* 75. *& seqq. Tholosan. de republic. lib.* 7. *cap.* 20. *a n.* 54. *& lib.* 9 *cap. pr. n.* 11. *Mastrill. de magistrat. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 346. *& seqq. Peregrin. de iur. fisc. lib. pr. tit.* 3. *n.* 26.

n. 26. & 48. cum seqq. & n. 64. & lib. 5. tit. 2. n. 49. Aguir. de offic. venalib. post tractat. de tacit. oner. & condit. rapetit. §. 12. n. 60. & seqq. ubi latissime *De Luc. de regalib. disc. 148. n. 17. 33. & seqq. & n. 61. Casareg. de commerc. disc. 99. n. 62. & seq. Antunez de donat. lib. 2. cap 2. n. 10. & n. 19. & cap. 11. n. 26. & seqq. Altimar. de nullitat. tom. 6. rubr. pr. par. 4. quæst. 39. sub n. 337. §. bene verum , Mansrell. ad Capyc. Latr. dec. 188. n. 11. & seqq. Rot. post Constantin. ad statut. urb. dec. 8. n. 5. & dec. 88. n. 36.* supposito secundo restauri *Gossuvin. ubi supra n. 5. Actolin. dict. resolut. pr. n. 80. Mans. cons. 49. n. 10. & seqq. Zaul. ad statut. Favent. dict. rubr. 33. n 56. Mastrill. de magistrat. lib. 3. cap. 4. a n. 352. ad 364. De Aguir. ubi supra §. 18. n. 165.* ubi quamplurimos cumulat *Mart. de iurisdict. par. 4. cas. 195. n. 12. & 25. De Luc. de regalib. disc. 148. n. 33. Antunez de donation. lib. 2. cap. 2. n. 20. Corradin. de iur. prælat. quæst. 11. n. 10. & seqq. et quæst. 50. n. 13. Ansald. de commerc. disc. 60. n. 3. Bonfin. ad bannim. general. cap. 12. n. 142. et 143. Ricc. collect. 928. Capyc. Latr. dec. 199. n. 23. Rubeus in annot. ad dec. 217. n. 110. et 123. par. 9. recent. Rot. cor. Ubald. sen. dec. 478 n. 9 et seq. Rot. nostr. apud Vrceol. dec. 40. n. 10.*

Quoniam posthabita distinctione , quod inter bona publica Civitatum, quædam publico addicta sunt, quædam vero communia quidem , sed destinata ad illius particulares usus , istaque pri-
21 vatorum rationem habeant, iuxta late notata per *Antunez de donat. reg. lib. 3. cap. 3. ex n. 30. signanter n. 38. Cabed. decis. 18. par. 2. per tot. præcipue n. 11. & seqq.*

Cuiusmodi videbatur Artis pecunia , quæ tanquam in eius Artificum levamen eroganda , & eorum necessitatibus inserviens
22 potius quam publica universitatis dici mereatur ob id privatorum pariter iure censenda , per ea , quæ advertit punctualiter *Harpret. in §. universitatis 6. institut. tit. de rer. division. n. 9. et seqq.* hac inquam relicta distinctione , positoque restauro, & iusta causa de potestate non quæritur, nec de depositis, quæ iam in Monte existebant de tempore supremi Ordinis, sed de voluntate, ut scilicet pati non potuerit Princeps , quod Mons , apud
23 quem est in rerum custodia publica fides , tanquam in Loco Pio præpollere debens , sicuti præcise advertit *Rot. post De Luc. de credit. lib. 8. dec. 5. n. 11. et in Romana Depositi* 10. *Ianuarii* 1716. *§. et sane vers. et agendo , coram Lancetta* , & colligitur *ex Campell. ad constit. Ducat. Urbin. decret. 35. n. 11. et seq.* recepta pecunia , restitutioneque etiam expresse conventa eam frangeret in medium inopinato proferens latentem ordinem , quod omnino abhorret a rectissima eius intentione , utpote qui neque fallit, neque

que

que fallitur, iuxta *Leg. quoties* 2. *Cod. de ponderat. et aur. illat.*
lib. 10. *Bonden. collect. legal.* 38. *n.* 344. *tom.* 2. quandoque enim
in iure non obstante potentia disponendi est illegitimus modus,
ut in Domino per vim recuperante rem suam, qui solum peccat
in modo, & circa iuris ordinem, iuxta animadversa per Docto- 25
res in *Leg. si quis in tantam Cod. unde vi*, *Farinacc. de furt. qu.*
174. *n.* 19. *et* 33. *et qu.* 175. *n.* 3. *et seqq.* in ædificante in pro-
prio solo, in quo omne licet quodlibet, sed non ad æmulatio-
nem operatione ipsa improbata, tamquam contra ius, & iustitiam
ad late exornata per *Pecch. de aquæduct. lib. pr. cap.* 7. *qu.* 7. *n.*
8. *et seqq. et lib.* 4. *qu.* 11. *n.* 72. *et seqq. et passim*.

Quod tanto fortius procedit, quia causa recedendi debet su-
pervenire, vel de tempore contractus esse ignota, istoque casu
dicitur iuxta patrocinante principio, quod obligatio intelligitur
rebus in eodem statu manentibus, hoc autem in hypothesi defe-
cisset quoad futuros contractus, causa iam nota, & præcedente,
qua non obstante promissione sequuta durior fuisset, & inexcu- 26
sabilior recessus, ad tradita individualiter per *Cephal. cons.* 302. *n.*
138. *tom.* 3. *Larrea allegat. fiscal.* 3. *num.* 20. *&* *seqq. Zaul. ad*
statut. Favent. lib. 5. *rubric.* 33. *n.* 55. *Autunez de donat. lib.* 2.
cap. 11. *sub n.* 27. *vers. & insuper*, *Altimar. de nullit. dict. rubr.*
39. *sub num.* 337. §. *vel propter vers. quæ procedunt*, & ultra hos
Aguir. de offic. venalib. §. 22. *num.* 227. *Osasch. decis. Pedemont.*
90. *num.* 15.

Præterea nec erat quod controversum præceptum tam ample
sumendum esset, & ultra præterita protrahendum etiam ad futura
deposita, quotiescumque principaliter Monti promittebatur restau-
rum spatio tredecim annorum proportionabiliter persolvendum
= per restituirgli ogni anno scudi diecimila, ogni sei mesi la
= rata = interim, & provisionaliter ordinata contrapositione = ed
= intanto stiano a calcolo con tutti li crediti di Ufizi, Comu-
= nità, ed altri conti = cum in exorbitantibus non sit de tem-
pore ad tempus extensio facienda, & multo magis gravi causa 27
non concurrente, *cap. odia*, *cap. quæ a iure de reg. iur. in* 6.

Et ita utraque &c.

Iacobus De Comitibus S. R. C. Auditor, & Assessor.

DECISIO XX.

EADEM

iisdem die, & anno cor. AUDIT. IACOBO DE COMITIBUS.

ARGUMENTUM.

AN & quando pro deposito detur compensatio contra naturam depositi, & quando occulta compensatio iuxta moralistas obtineat. An & quando renunciatio compensationis valeat, & quid de observantia negativa, vel adfirmativa.

SUMMARIUM.

1 *Facultas compensandi remissa censetur quoties restitutio quolibet nutu conventa est,*

2 *In deposito compensatio non datur quæcumque fuerit verborum conceptio.*

3 *Supposita in deposito facultate compensandi, utpote cum eo incompatibilis eius natura dicitur alterata.*

4 *Ex duobus paciscentibus non potest unus de una, alter de alia re sine divisione sentire.*

5 *Quod apud moralitas habetur de occulta compensatione id est quando nulla est alia via recuperandi res suas, nec iniustitiam committit erga deponentem, qui & ipse fidem non servat n.* 7.

6 *Peccare non dicitur qui sua custodit, modo qui solus superest quod remedium periculosum est, & plura requisita expedit n.* 8.

9 *Facilis est in propria causa allucinatio.*

10 *Occulta compensatio adhiberi non valet quoties alia adsint remedia.*

11 *Pacto compensandi non possunt Ministri Montis renunciare.*

12 *Ex depositis irregularibus, depositarii habent usum pecuniæ numeratæ.*

13 *Renunciatio compensationis in deposito non valet, cum sit contra bonos mores, ut creditor debitum velit exigere non solvere. contra num.* 18.

14 *Rescriptum Principis intelligendum, quod non ledat alium, & prosit petenti.*

15 *Renunciatio compensationis in deposito substinetur nisi urgerent circumstantiæ miserationis, & pietatis, tunc non iutrat officium Iudicis.*

16 *Be-*

16 *Beneficium, quod misericordiæ gratia præstatur invitis etiam est tribuendum.*
17 *observantia est melior regula pro cuiuscumque dispositionis intepretatione, tam ex non facto, quam ex facto; ex non facto ob non oppositam per tantum tempus compensationem, quæ omissio detegit irrelevantiam exceptionis nimis sero allegatæ n.* 18
19 *Centenaria, quæ inducit tituli præsumptionem, multo magis in vim declarationis.*

HActenus in præcedenti actum est de Principis mente modo de aliis duobus fundamentis, quæ rectissimæ eius intentioni adfamulantur, pactum scilicet, & observantia. Pactum itaque in actu deponendi fuit ita conceptum „ devano stare a libera disposizione „ di detta Arte, e se gli possino pagare con ordine „ del Sig. Provveditore di quell' Arte „ quibus verbis repugnat compensationis exceptio, neque ea admitti potest, quotiescumque conventio taliter fuit qualificata, ut compensatione admissa pactum læderetur, nec servarentur promissa, quemadmodum in hypothesi eveniret, cum sit incompatibile, quod pecuniæ ad omnem Provisoris nutum paratæ forent, ac de iis libere posset Ars dispo- 1
nere, quarum tamen facta compensatione illico tolli poterat repetitio unde in similibus stipulationidus facultatem compensandi censeri remissam tradunt egregie *Pacific. de salvian. inspect.* 2. *cap.* 2. *n.* 331. *&* 332. *D. meus Audit. Casareg. de comm. disc.* 32. *n.* 5. *&* 6. & quod compensatio tanquam ficta solutio non admittatur, ubi verborum formula sonet in effectivam, & realem solutionem tradunt *Salgad. labyrint. credit. par.* 3. *cap.* 6. § *unic. n.* 6. *Zacch. de salar. qu.* 104. *n.* 15. *& seqq. Giurb. ad consuetud. Messanen. cap.* 9. *gloss.* 9. *par.* 1. *n.* 5. *Bersan. de compensat. cap.* 1. *qu.* 2. *n.* 13. *& qu.* 20. *n.* 4. *& cap.* 2. *qu.* 42. *n.* 2. *& sub n.* 3. *Guttierez. eodem tract. lib.* 5. *qu.* 12. *n.* 22. *modern. Mass. in observ. ad dec. Chartar. observ.* 77. *n.* 5.

Quin prodesse valuerit replicatio huiusmodi expressionem nil aliud importare, quam id, qnod tacite inerat, & solam explicare depositi naturam, qui ut supra late diximus ex summa bona fide, quam inditam habet, omnem respuit compensationem, & per consequens quæcumque fuerit verborum conceptio, hæc necessaria fuerit ad constituendam obligationem, & obligationis constitutio; cum magis pertineat ad eam firmandam, & ad probationem 2
contractus, quam ad solvendum, nullo modo compensationi aditum

tum

tum præcludit, ficuti reprobato *De Luc. & Scacc. dixerunt Bersan. de compensat. cap.* 1. *qu.* 22. *n.* 11. *&* 12. *Guttierez. eodem tract. lib.* 1. *qu.* 17. *n.* 31. *&* 32. *D. meus Audit. Casareg. de comm. disc.* 32. *n.* 3.

Quandoquidem retento themate pluries repetito, quod de futuris depositis loquamur, in istis data præexistentia ordinis, & facultate contraponendi, verum non est pactum super restitutione fuisse inutilem repetitionem eius, quod inerat cum supposita facultate compensandi per eam uti cum deposito incompatibilem iam esset alterata, & immutata prima illius forma, & natura
3 iuxta notissimum novationis effectum §. *præterea instit. tit. quib. mod. toll. oblig. l.* 1. *ff. de novat. Mans. cons.* 377. *n.* 2. *&* 11. *& cons.* 381. *n.* 9. *Ansald. de comm. disc.* 17. *n.* 17. *disc.* 34. *n.* 25. *& disc.* 88. *n.* 5. quæ ex incompatibilitate omnino resultat *Rot. Rom. impress. inter meas dec. Florent. dec.* 71. § 2. *n.* 36. *&* 37. *& cor. Falconer. tom.* 3. *tit.* 37. *dec.* 18. *n.* 9. *& inter novissime impress. cor. Crisp. dec.* 351. *n.* 1.

Semperque firmum remanet, quod ex duobus paciscentibus non possit sine divisione consensuum unus de una, alter de alia
4 conventione sentire *Leg. si ego* 18. *in primo exemplo ff de rebus credit. DD. in Leg. Iuri gentium in princ. & Leg. labeo* 19. *ff. de verbor. signific. Onnat. de contract. tom. pr. disp.* 3. *sect.* 2. *n.* 27. *in fin. Possiden. de emption. & vendit. libr. pr. dubit.* 5. *n.* 1. *& seqq.* Quod enim apud Moralistas habetur de occulta compensatione magis ad internum Forum, & Theologos, quam ad externum, & Iuristas pertinente, ut ea licita sit, & permissa quanti alia non suppetat via recuperandi res suas, natura ipsa docente vim vi repellendam *L.* 1. *C. unde vi L scientium* 45. §. *qui cum aliter* 4. *ff. ad. L. Aquil L* 4. *ff. eodem*, ex quo præcepto omne profluit occultæ compensationis fundamentum, nec peccare dica-
5 tur qui sua custodit modo, qui solus superest, sicuti ex Sententia quamplurium Moralistarum firmat *Guttierez de compensat. tom.* 3. *lib.* 1. *qu.* 1 *ex n.* 11. *et seqq. et ultra per eum relatos Faria ad Covarruv. variar. resol. lib.* 1. *cap.* 2. *n* 104. *Engel. in ius canon. lib.* 3. *tit.* 23. *sub n.* 15. §. *attamen pro foro conscientiæ Onnat. de contract. tom.* 1. *tract.* 3. *disp.* 8. *sect.* 8. *n.* 168. *et seqq. Altimar. de nullit. tom,* 7. *rubr.* 1. *par.* 5. *qu.* 45. *ex n.* 234 *& seqq. novissime Roncagl. Theol. moral. tom.* 1. *tract.* 13. *de septim. Decalog. præcept. qu.* 5. *per tot.* etiam in ipso deposito, cuius quidem compensationem vetarunt leges, & iura tam civilia, quam canonica supra allegata, supponentia creditorem iudicialiter in-
6 demnitati suæ posse consulere, at in foro conscientiæ si aliter quis non potest sibi satisfacere nec iniuriam, nec iniustitiam committit

tit erga deponentem recuperando quod suum est, & fidem frangendo ei, qui fidem non servat debito non soluto ad plene tradita per *Guttierez de compensat. tom. 3. lib. 1. quæst. 19. per tot. Roncagl. ubi supra §. constat in fin.*

Hoc quippe remedium satis periculosum, nec sine maxima cauthela adhibendum adeout sexdecim requisita enumeret *Guttier. de compensat. tom. 3. lib. 1. quæst. 1. ex n. 21. itidemque Roncagl. loco supra relato §. conditiones ad licitam Onuat. de contract. dict. sect. 8. n. 170. & seqq.* nullatenus amplecti possumus quando damnum ordinariis remediis reparari valet, neque hoc casu potest aliquis privata auctoritate sibi etiam in conscientia ius dicere, & ius publicum lædere, quod ad satietatem adducitur in hypothesi, cum iustitiæ amantissimus Princeps annum restaurum Monti obtulerit, & quæ scribimus ad solam planiorem argumenti elucidationem afferantur, imo in hoc privato iudicio, ne via aperiatur innumeris malis, cum facilis sit in propria causa allucinatio, & lucri amore, vel passionis vi, vel inscitiæ, quod quis aptum iudicium non formet, ideo merito Innocentius XI. proscripsit, & damnavit inter alias propositiones trigesimam septimam, nempe „ famuli, & famulæ domesticæ possunt occulte heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam maiorem iudicant salario, quod recipiunt „ quam refert *Roncagl. loc. cit. inter regulas in praxi observandas regul. 9. & est etiam impress. post Ursaii instit. crimin. pag. mihi 307. impress. Romanæ, & eam late exornat Viva Thes. damnat. par. 2. proposit. 37. per tot. fol. mihi 81. impress. Patavin. anni 1709. ubi §. ex quibus*, ad alios similis allucinationis capaces extendit, & quotiescumque alio modo consultum sit creditori occultam compensationem nullatenus posse adhiberi docent omnes supra relati, qui hanc alterius remedii deficientiam, tanquam unum ex potissimis eius requisitis supponunt, de quo plene contrariis reiectis *Guttierez. d. tom. 3. lib. 1. qu. 1. n. 28. & seqq.* & iustam compensationem non posse fieri in aliis rebus, quam proprii debitoris, late idem *Guttierez. d. lib. 2. qu. 3. n. 1. & seqq.*

7 8 9

Quod vero concessa voluntate, & efficacia pacti addebatur super potestate, & de Montis Ministris, ut eidem nequiverint 10
renunciando præiudicare ex traditis per *Gratian. discept. 957. n. 2. Golin. de procurat. par. 2. cap. 5. n. 2. Rot. inter recollect. per Palm. nep. dec. 419. n. 20. & dec. 485. n. 30.*

Pro resolutione ponderabam, quod præscindendo a præfata conventione cum nullatenus esset Ars depositura, nullum damnum attulit Monti Minister, qui Principis intentioni uniforme pactum inivit, & in eum contractum consensit, in quem Ars in-

intendebat consentire; alias potius Mons periculum subiisset amittendi lucrum illud, quod ex his depositis irregularibus percipiunt Depositarii, tanquam habentes usum pecuniæ numeratæ, *Gloss. in Leg. si depositi* 3. *Cod. deposit. Amat. resolut.* 20. *num.* 1. *& seqq. Bondén. collect. legal.* 38. *num.* 89. *&* 94. *tom.* 1. *Turr. de camb. disp.* 1. *qu.* 1. *num.* 44. 45. *&* 46. *Altimar de nullitat. tom.* 4. *rubr.* 1. *par.* 2. *qu* 21. *num.* 28 *Zacch. de salar. qu.* 63. *num.* 21. ubi quod in Urbe Depositarii non solum mercedem aliquam non exposcunt, sed maximas ipsi gratias agunt.

Eoque fortius, quia in hypothesi pro parte Montis non verificabatur ea naturalis æquitas, ob quam nonnulli ex DD. autumarunt renunciationem compensationis non valere animadvertentes honestum non esse, & contra bonos mores, ut creditor debitum velit exigere, non solvere, *Sabell. variar. resolut. cap.*
14 56. *num.* 2. cum aliis plene recollectis per *Guttierez. de compensat. tom.* 1. *lib.* 1. *qu.* 17. *num.* 11. *Altimar. de nullitat. tom.* 7. *rubr.* 1. *par.* 5. *qu.* 45. *num.* 162.

Æquitas enim potius Arti patrocinabatur, cuius erga Montem nullus debendi titulus, sed bene erga Hospitale Innocentium, quod de tempore facti depositi evaserat eius creditor notabilis summæ; ipsæque Artis pecuniæ ex sua prima destinatione erogandæ erant in auxilium, & levamen pauperum Artificum; His autem, & Hospitali qualecumque fuerit eorum ius, præiudicabatur, tollendo illis assignata subsidia, & inhabilitando saltem quoad Hospitale debitorem ad solvendum, unde irrefragabile est pro istis æquitatem pugnare, & æquitate motus Princeps ipse voluit id solum rescriptorum genus exequendum, *Leg. rescripta* 7. *Cod.*
15 *de precib. Imperat. offeren.* = quod non lædat alium, & prosit petenti = *Altograd. cons.* 90. *num.* 1. *lib* 2. *Gratian. discept.* 868. *n.* 19. *Larrea allegat. fiscal.* 115. *num.* 8. *& seqq. Mans. cons* 185. *num.* 4. *Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 9. *num.* 9. *Aguir. post tractat. de tacit. oner. & condit. repetit. tit. de offic. venalib.* §. 17. *num.* 160. *Peregrin. dec. Patavin.* 98. *num.* 6. *Adden. ad Rot. dec* 217. *n.* 19. *par.* 9. *rec.*

Quamquam quod attinet ad potestatem renunciandi compensationi ex sententia magis communi substineatur renunciatio, quia ipse debitor possit se spoliare commodo, & favore, quem
16 illi iura impertiuntur, & naturalis etiam æquitas velit pacta servari, *Leg.* 1. *ff. de pact. Leg. cum amplius* §. *is natura debet ff. de regul. iur. Leg. stichum* §. *naturalis ff de solution. Leg. ex hoc iure ff. de iustit. & iur.* nisi urgerent circumstantiæ miserationis & pietatis in inope, qui adversus etiam ipsum pactum posset officium Iudicis implorare, ut compensationem admitteret, ne

fiat

fiat conventio impia, & inhumana; beneficium namque, quod misericordiæ gratia præstatur invitis quoque est tribuendum, *can.* 17
ipsa pietas 23. *qu.* 4. *can. & qui emendat distin.* 45. = multa
= enim bona præstantur invitis, quando eorum consulitur utilita-
= ti, non voluntati, quia sibi ipsi inveniuntur esse inimici = *Leg.
non tantum ff. de appellat.* = crediderim umanitatis ratione om-
= nem provocantem audiri debere, ergo, & si ipse acquieverit
= sententiæ, nec quærimus cuius intersit = atque ita materia examinata concludunt *De Luc. ad Gratian. discept.* 728. *ex num* 4. *ad finem*, *Guttierez. de compensat. tom.* 1. *lib.* 1. *qu.* 17. *ex num.* 16. *et ex num.* 46. *ad finem Altimar. de nullit. tom.* 7. *rubric.* 1. *par.* 5. *qu.* 45. *num.* 162. *& seqq. Dominus meus Audit. Casareg. de commerc. disc.* 32. *num.* 7. *& seq.*

Postremum tandem cuncta confirmans succedit fundamentum positum in observantia subsequuta, qua melior regula præscribi nequit pro recta cuiuscumque dispositionis interpretatione iuxta frequenter notata per *Rotam inter novissime impress. cor. Crisp. dec.* 7. *num.* 20. *& dec.* 21. *num.* 12. *& dec.* 234. *num.* 9. *decis.* 358. *num.* 8. *dec.* 481. *num.* 20. *& dec.* 498. *num.* 11. tam ex non facto, quam ex facto luculentissima, & inconvincibili.

Ex non facto, quia nobis non constitit, quod in libris Montis ullo unquam tempore facta fuerit contrapositio partitarum, & quod huiusmodi compensandi facultate usus fuerit per tantum spatium, quo pluries occasio fuit agendi de hisce depositis, unde quidquid sit de eius crediti realitate, & subsistentia contra Depositeriam, saltem adversus Artem hæc diuturna omissio detegit irrelevantiam exceptionis nimis sero allegatæ, quemadmodum in terminis non oppositæ compensationis docent *Castald. cons.* 151. 18
n. 9. *De Luc. de pluralit. homin. legal. cap.* 7. *num.* 6. ubi de non facta contrapositione *Rota cor. Caprar. dec.* 7. *num.* 14.

Ex facto, quia post annum 1608. quo Supremus Ordo emanavit, Mons de anno 1621. quoddam depositum Arti restituit, aliud de anno 1626. & 1628. & 1630. hoc autem controversum sub nomine Artis fuit semper retentum, & ipsa lite vigente in eius creditum adnotatum, quibus stantibus post unius sæculi lapsum non erat cur diversum opinandum foret; si enim centenaria potens est ad inducendam tituli præsumptionem iuxta deducta per me, *dec. Flor.* 69. *n.* 58. *& dec.* 109. *n.* 4 multo ma- 19
gis recipienda visa est in vim declarationis, non recedendo ab iis, quorum apertissima habemus exempla, & non interruptam observantiam iuxta monitum *Ulpiani in Leg. minime* 23. *ff. de legib. Rot. cor. Ansald. dec.* 12. *n.* 24. *Caprar. decis.* 175. *n.* 12.

Et ita &c. *Iacobus de Comitibus Rot. Audit.*

DE-

DECISIO XXI.

PETRÆSANCTÆ PRÆT. CONDEMNAT. EXPENS.

11. *Septembris* 1727. *cor.* Canc Bartholomæo Archi.

ARGUMENTUM.

AN & quando non obstante Reformatione anni 1678. & litera circulari 7. Augusti 1722. super condemnatione expensarum, absolutio ab illis procedat favore succumbentis.

SUMMARIUM.

1 *Iusta litigandi causa tam in prima, quam ulteriori instantia Litigantem ab expensarum condemnatione reddit immunem.*

2 *Reformatio anni* 1678. *&* *circularis* 7. *Augusti* 1722. *iubent provocantem ad iudicium restitutionis in integrum, nullitatis, vel revisionis, tametsi iustam litigandi causam habeat in expensis condemnandum.*

3 *DD. de validitate talium sanctionum valde dubitant.*

4 *Reformatio ann* 1678. *ad hoc emanavit ut plectantur illi, qui iusta carent litigandi causa.*

5 *Circularis ann.* 1722 *ad Iudices directa est, ut iusta concurrente causa arbitrari valeant.*

6 *Succumbentem in geminis instantiis Tribunalia nostra ab expensis sæpe sæpius servarunt incolumem.*

7 *Exemplis non est iudicandum.*

8 *Dicta regula silet ubi exempla afferuntur ad Legis, seu Statuti interpretationem.*

9 *Ab observantia profluente a plurimis rebus iudicatis deflectere nefas est, quia tutissimum est iudicium, quod a multorum Sententia confovetur, licet observantia pugnaret verioris sanctionis intellectui, quia magis attenditur interpretatio ab ea deducta, quam verborum proprietas,* num. 10. *potissimum cum ea prodierit etiam a Supremo Tribunali.* num. 11.

12 *Quilibet Iudex parere debet stylo, & consuetudini vigenti in eo Tribunali ubi profert Sententiam.*

13 *Iudicata Tribunalium referuntur.*

14 *Si gemina indicata sufficiunt pro indicandi consuetudine inducenda, eo magis ubi sint longe plura.*

15 *Non desunt exempla absolutionis ab expensis etiam in Iudicio restitutionis in integrum licet nihil novi in facto deductum fuerit.*

SUB

UB die 2. Maii 1708. per instrumentum receptum a Cosma de Cosimis admodum R. D. Canonicus Raynerius Lamporecchi omnia sua iura, actiones, & bona in D. Vincentium de Lamporecchis germanum Fratrem amplissimo donationis contulit titulo, ea inter cœteras adiecta conditione, nimirum quatenus una simul cum eodem Fratre donatario vitam, vel habitationem nequivisset protrahere, sibi bonorum donatorum usumfructum, nec non de eodisponendi facultatem per hæc, quæ sequuntur verba reservaverit „ ibi „ ri-
= servando però al medesimo Sig. Canonico Ranieri in caso che
= non possa vivere, o abitare insieme col medesimo Sig. Dona-
= tario, il libero usufrutto di detti Beni, e cose, come so-
= pra donate, e per tutto il tempo di sua vita naturale duran-
= te, di maniera che i frutti, rendite, o proventi da detti Be-
= ni provenienti, e che saranno per provenire da esso Sig. Do-
= nante nel tempo di sua vita naturale percettibili, il medesi-
= mo possa di propria autorità esigere, ricevere, distrarre, alie-
= nare in suo uso, comodo, ed utilità convertire, e de' mede-
= simi fare, e disporre, etiam per modum ultimæ voluntatis a
= suo beneplacito, e come più, e meglio gli parrà, e gli
= piacerà. „

Deinde D. Vincentius donatarius post contractum matrimonium, susceptisque ex eo liberis, ac illis superstitibus, vitam cum morte commutavit. A die vero huiusce obitus, elapsis aliquibus annis, D. Canonicus donans coram Supremo Magistratu contra memoratos eius ex Fratre defuncto nepotes iudicium instituit, in quo propter prædictam præmorientiam, ac respective convivendi, atque cum Fratre donatario cohabitandi impotentiam sibi pertinere usumfructum eorumdem bonorum donatorum pronunciari postulavit, in quo in parte succubuit, ac propterea alterum restitutionis in integrum iudicium instituit, ubi promanavit Sententia denegans eamdem restitutionem in integrum, atque reservans decidendi facultatem alia vice super expensis. Demum idem superioris ordinis Magistratus super hoc articulo reservato meum requisivit suffragium, quod pro absolutione expensarum exhibui.

Cum enim D. Canonicus Raynerius in utraque instantia iustam litigandi causam fovisse ex inferius exprimendis ad evidentiam pateat, merito a prædictis expensis immunis evadere me- 1
ruit, iuxta vulgatissimum Doctorum effatum per *Text. in L. qui solidum §. etiam ff. de leg. 2. Leg. eum qui temere ff. de iud. Co-*

varruv. pratic. quæst. cap. 27. *n* 3. *Barbos. in Leg. eum qui temere n.* 51. *de iudic. Fermosin. cap. sine milit. in præmiss. de dol. & contum. Gratian. cap* 725. *n* 38. *Fenzon. ad Stat. Urb. cap.* 196. *n.* 28. 44. *e* 46. *Farias ad Covarr. d. cap.* 27. *n.* 11. *Costant. ad Stat. Urb annot.* 59. *n.* 47. *Pamphil in addit ad dec.* 89. *n.* 10. *vers. quidquid*, *Arguell. dec.* 12. *n.* 4. *Molegnan. alterc.* 15. *n.* 4. & in puncto quod habens iustam litigandi causam, neutiquam plecti possit expensis, tam primæ, quam ulterioris instantiæ, testantur *Scacc. de appell. qu.* 67. *limit.* 21. *n.* 54. *Far ad Covarr. d. cap.* 27. *n.* 15. *De Comit. decis. Senen.* 27. *n.* 24. *& fusius in dec. Senen.* 36 *n.* 43. *Calderon. in Liburnen. Emptionis*, *& Venditionis* 9. *Augusti* 1718. *n.* 23. *et seq. Rota Flor. lib. mot.* 105 *a* 234. *t. in fin. et seq.*

Neque ab huiusmodi absolutione me retrahere valuerunt geminæ sanctiones, scilicet Reformatio anni 1678. ac Epistola circularis diei 7 Augusti 1722. de mandato Suæ Celsitudinis Regiæ exarata, iubentes provocantem ad iudicium restitutionis in integrum, nullitatis, vel revisionis, tametsi iustam causam peragendi litem habeat, nihilominus expensis utriusque instantiæ co-
2 ercendum esse.

Etenim prætermisso, quod de validitate talium sanctionum Doctores valde dubitant, prout videre est penes *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 18. *par.* 4. *n.* 113. *et dec.* 134. *n.* 8. *et*
3 9. *et dec.* 315. *n.* 10. *et seq.* quinimmo absolute de earum invaliditate testatur, *Carol. Ant. de Luca ad Gratian animad.* 33. *n.* 3. *vers. quinimmo*, ubi subiungit, non obstantibus huiusmodi legibus iudicatum fuisse pro absolutione, *Fontanell. dict. decis.* 315. *num.* 10. *et seq.*

Attamen quatenus spectat ad Reformationem anni 1678. exprimitur in ea, quod talis sanctio emanaverit ad hoc, ut plectantur illi, qui sine iusta causa lites instruerent. Hinc sequitur, quod eatenus litigans sit condemnandus in expensis, quatenus iusta litigandi causa careat, ut exprimitur in elaborato Motivo D. Advocat. Ioannis Philippi de Paperinis, prodito in Cau-
4 sa agitata coram Magistratu DD. Conservatorum Legum inter de Coscis, & de Matteis ex una, & de Coscis ex altera, exarato sub die 11. Septembris 1726. ubi refertur, ita pluries fuisse iudicatum.

Quod vero pertinet ad memoratam circularem Epistolam, animadverti, eius verba dirigi in personam Iudicum; ac propterea non obstante illius dispositione pro expensarum absolutione,
4 quatenus iusta causa concurrat, arbitrari valent; nam tunc deficit statuti conditio, ut in puncto ponderant *Gratian. discept for.*

cap.

cap. 33. *n.* 4. *et seq. ibique Carol. Ant. De Luca num.* 1. *Cancer. var. p.* 2. *cap.* 6. *sub n.* 34. *vers. quod si statutum*, *Asin. in prax.* §. 32. *cap.* 2. *limit.* 3. *n.* 6. *in fin. Fenzon. ad Stat. Urb. d. cap.* 196. *n.* 24. *et seq. Subell. var. resol. cap.* 6. *n.* 9. *D. Advoc. Paperini in præcitato Motivo circa fin.*

Verum quoad utramque citra omnem dubitandi aleam, attenta prædicta iusta causa absolvi debet; Quoniam in hac Curia sæpe sæpius propter eam, succumbentem in geminis instan- 6
tiis Iudices ab expensis servarunt incolumem; quemadmodum nos docent infra referenda Iudicata tam Magistratus Supremi, quam DD. Conservatorum Legum, quam aliorum Tribunalium, quæ post promulgationem prælaudatæ Reformationis, & Epistolæ pro- 7
dierunt. Licet enim exemplis non sit iudicandum, *Leg. nemo videt* 13. §. *non enim Cod. de sent. & interloc. Leg. non novam* 14. *Cod. de iudic. Gratian. cap.* 544. *n.* 33. *D. Severol. post Albit. de inconst. in iud. dec.* 64. *n.* 83. *Caball. cons.* 128. *num.* 309. *lib.* 2. *Rota Flor. post Girond. de gabell. dec.* 27. *n.* 35. *Palm. nep. decis.* 437. *n.* 40. *De Comit. dec. Flor.* 115. *n.* 11. *t.* 2.

Nihilominus huiusmodi regula silet, quoties exempla afferun- 8
tur ad legis, seu statuti interpretationem, & in casu omnino consimili ad *Leg. fin. in princ. Cod. de leg. et constit.* §. *ult. auth. de restit. fideic. Gratian. d. cap.* 544. *num.* 33. *D. And. Bonfini apud Palm. nep. d. dec.* 437. *n.* 40. Eoque proclivius, quia observantia 9
profluit a quamplurimis rebus iudicatis; tunc enim ab illis deflectere nefas est, cum tutissimum sit iudicium, quod a multorum sententia confovetur, *Gratian. d. cap.* 544. *num.* 34. *et* 36. *Mans. cons.* 81. *n.* 89. *e* 90. *Barz. decis.* 98. *n.* 11. *& seq. Mans. cons.* 170. *n.* 68. *& seq. Rota Flor. post Girond. d. dec.* 27. *n.* 35. *Urceol. dec. Flor.* 48. *n.* 7. *Accaris. dec.* 79. *n.* 29. *versic. & ita*, *de Comit. dec. Flor.* 99. *n.* 69. *dec.* 115. *n.* 13.

Idque recipiendum foret, quamquam eadem observantia veriori sanctionis intellectui pugnaret; magis enim attenditur in 10
terpretatio ab ea deducta, quam verborum proprietas, *Decian. cons.* 124 *n.* 30 *lib.* 3. *Menoch. cons.* 390 *num.* 19. *e* 20. *Monach. dec. Flor.* 47 *n.* 11. *Mans. d. cons.* 170 *n.* 69 *& seq. Urceol. dec. Flor.* 48 *n.* 8 *de Comit. dec. Flor.* 99 *n.* 71. Potissimum cum ea pro- 11
dierit etiam a Supremo Tribunali, *Gratian. d. cap.* 544 *n.* 33 *et seq. Staiban. observ. ad resol.* 1 *n.* 55 *t.* 1. *Mans. cons.* 159 *n.* 45 46. *Rota Flor. post Girond. de gabell. decis.* 27 *n.* 35 *e* 39. *Palma nep. d. dec.* 437 *n.* 41. *Urceol. dec. Floren.* 46 *n.* 18. *Farsett. sen. in Floren. prætensi spolii* 9 *Sept.* 1679. §. *motus*, *de Comit. d. dec.* 115 *n.* 16. Et procul omni dubio, nam præsens causa peracta fuit coram eodem Supremo Magistratu, ubi talis observantia or-

tum duxit; quilibet enim Iudex parere debet stylo, & consue-
12 tudini iudicandi vigenti in eo Tribunali, ubi suam profert Sententiam, *Scacc. de iud. cap.* 3 *n.* 274. *de Luca d. tract. disc.* 35 *n.* 70. *Caball. cons.* 58 *n.* 5 *libr.* 2. *Rota Flor. apud eumdem cons.* 128 *n.* 300 *lib.* 2. *Palma nep. decis.* 366. *n.* 8. 9. 11. *e* 17. *Rota post Constant. ad Stat. Urb. dec.* 184 *n.* 9 *et seq. de Comit. in sæpe laud dec.* 115 *n.* 15.

Iudicata vero, quæ a Supremo Magistratu promanarunt,
13 continentia prærallegatam expensarum absolutionem, sunt infrascripta, videlicet primum de anno 1724. in causa, quæ accidit inter D. Equitem de Cardinis ex una, & Ioannem Baptistam de Bonvicinis ex altera, referentibus DD. Audit. de Piccininis, de Casaregis, & de Ciampellis. Secundum in Causa inter Dom. Equitem de Bonsis ex una, & Curatorem Hæreditatis iacentis de Lorinis ex altera, ad relationem Illustriss. D. Audit. Hieronymi de Vieris. Tertium sub die 26. Novembris 1726. iuxta votum Illustriss. D. Audit. de Neris, & DD. Advoc. de Villanis, & de Marchis in Causa inter D. Marchionissam Gioia della Rena ex una, & D. Priorem Gerium de Martellinis ex altera, cui iudicato, cum non acquieverit dictus D. Prior de Martellinis, iterum pro absolutione pronunciatum fuit ad relationem DD. Audit. Francisci Antonii de Bonfinis, & Cancellarii de Fabbrinis; Quodque pro quarto reputandum est. Quintum sub die 22. Novembris eiusdem anni in causa inter D Equitem de Nuccis, & Litis Consortes ex una, & DD. Sorores de Convallis ex altera, secundum votum D. Aud. de Vieris, & DD. Advocat. de Villanis, & de Marchis. Sextum de anno 1727. in Causa peracta inter D. Dominicum del Noia ex una, & Illustriss. & Excellentiss. D. Ducem Vincentium de Salviatis ex altera, referentibus DD. Audit. de Casaregis, & de Venturinis; ac etiam D. Advoc. de Marchis.

Illa autem, quæ emanarunt a DD. Legum Conservatoribus sunt hæc, quæ sequuntur. Primum erupit de anno 1723. ad relationem DD. Audit. Hieronymi de Vieris, Iosephi de Casaregis, & D. Advocat. de Paperinis in causa, quæ agitata fuit inter D. de Ugolinis ex una, & Dominicum de Duccis ex altera. Secundum sub die 23. Martii 1724. in causa inter D. de Vergellis, & litis Consortes ex una, & DD. de Batacchis ex altera, consultis D. Advocat. Carolo Nicolao de Villanis, Nereo de Dragomannis, & de Paperinis. Tertium extitit sub die 26. Aprilis 1724. in causa inter DD. Fratres de Venturis ex una, & de Brunellis ex altera, ad relationem DD. Aud. de Urbanis, de Calderonis, & de Batistellis. Quartum sub die 11. Septembr. 1726. in

in causa inter de Coscis ex una, & de Matteis, & litis Consortes ex altera, in qua exaratum fuit memoratum Motivum D. Advocat. de Paperinis. Quintum sub die 4. Aprilis 1727. in causa inter D. de Beccamortis ex una, & D. Cancellarium de Cambis ex altera, relatoribus DD. Aud. de Urbanis, & de Batistellis, & D. Advocat. de Marchis.

Si enim gemina iudicata sufficiunt pro inducenda iudicandi consuetudine, tanto magis prælaudata, cum sint longe plura, 14
sufficient ad hoc, ut ab illis recedi nequeat *Mans. cons.* 81. *n.* 89. *Barz. dec.* 98. *n.* 12. *Venturin. dec. Florent.* 15. *n.* 14. *dec.* 54. *n.* 60. *& seqq. Rot. Flor. post Girond. de Gabell. dec* 27. *n.* 37. *Palm. nep. dec.* 248. *n.* 64. *dec.* 263. *n.* 11. *dec.* 427. *n.* 43. *De Comitib. dec. Flor.* 99. *n.* 70. *dec.* 115. *n.* 13. *& seqq.*

Præterea ad exuberantiam mihi exhibita fuit attestatio extraiudicialis plurium procerum Curialium præseferens, etiam in aliis causis pluries, atque pluries ab expensis Recurrentem in iudicio restitutionis in integrum fuisse absolutum, quamvis nihil novi in 15
eo deduxisset in facto, cui pariter valde deferendum erat *Rot. Flor. penes Monach. dec.* 47. *n.* 31. *Mans. d. cons.* 170 *n.* 79. *Buratt. dec.* 930. *sub n.* 10. *vers. postremo*. Præsertim cum d. observantia asseratur oriri a pluribus actibus *Monach. d. dec. Flor.* 47. *n.* 36. *& seqq.*

Et ita utraque Parte acriter Informante &c.

Bartholomæus de Archis Mot. Compilat.

DECISIO XXII.

EADEM SUPER DONATIONE

Eadem die, & anno cor. eod. CANC. BARTHOLOMÆO ARCHI.

ARGUMENTUM.

Reservato sibi a Donante usufructu ob casu impotentiæ vivendi cum Fratre Donatario an comprehendat casum mortis, vel extendatur ad necessitatem habitandi cum eius Filiis, ubi de vi clausularum salutarium: Et de variatione actionis licet male intentatæ.

SUMMARIUM.

1 *Reservato usufructu a Donante quatenus cum Donatario vivere non potuisset conditio impotentiæ adimpletur morte Donatarii,*

absque eo quod dubitetur casum impotentiæ præseferre quoque casum mortis num 2.

3 *Particularis dispositio in casu impotentiæ obtinet etiam in casu mortis, qui impotentiam producit, maxime quando particularis provisio respicit commodum disponentis num.* 4. *& quando agitur de dispositione inter vivos num.* 5.

6 *Conditio dependens a voluntate Donantis nullam patitur extensionem, sed merum factum est attendendum.*

7 *Conditio voluntaria nulli extensioni etiam de casu ad casum est obnoxia, sed adimpleri debet in forma specifica absque eo quod suppleatur per æquipollens.*

8 *In dispositione inter vivos quidquid omittitur habetur pro omisso.*

9 *Conditio in dispositione inter vivos apposita habitandi cum fratre non extenditur ad eius filios, nec ex identitate, nec ex maioritate rationis, nam cum de filiis nullam mentionem fecerit sequitur noluisse ad illos eam extendi num.* 10. 12. *&* 13.

11 *Dictio* col medesimo *est personalis, maxime ubi adsit rationis diversitas num.* 14.

15 *Declarationi iuratæ omnino deferendum etiam in re dubia.*

16 *Declaratio donationis fieri potest quandocumque, & retrotrahitur ad tempus donationis, nec potest dici alteri ius quæsitum ante declarationem, nisi declaratio caderet super re clara contra verba expressa donationis licet declaratio emanaverit post sententiam. num.* 17.

18 *Clausula* nel medesimo modo *repetit omnia superius expressa, sed tantum proxima, & immediata num.* 19.

20 *Clausulæ relativæ porrigi non debent ad ea, quæ incompatibilitatem, & novationem pati possunt.*

21 *Loqutio indefinita equipollet universali, maxime ubi agitur de Libello interpretando favore illum porrigentis num.* 22.

23 *Ob clausulas salutares sunt verba impropriauda ad deserviendum intentioni actoris. & num.* 24.

25 *Clausula* omni meliori modo *ultra expressa operatur licet Actor remedium diversum, & incompetens petiisset num* 26.

27 *Intentato remedio incompetenti, petitio porrigitur ad competens.*

28 *Coram Supremo Magistratu summarie, & sola facti veritate inspecta procedendum non tantum propter Statuti Florent. sanctionem, verum ob prærogativam Tribunalis Principem repræsentantis.*

29 *Consultationes Advocat. licet extraiudiciales vicem tamen Libelli, & novæ petitionis gerunt, & iuxta illas sententia proferri debet.*

30 *In magnis Curiis permissa est variatio remedii in quacumque Iudicii parte, & solum spectanda est competentia, ne lis litis fiat, quod procedit etiam per Statut. Petræ Sanctæ num.* 31.

Quod

Uod autem D. Canonicus Donator iustam litigandi causam habuisset, profecto ex eius bono iure in meritis dignoscitur; cum enim in præallegata donatione sibi rerum donatarum usumfructum reservaverit, quatenus cum Fratre Donatario vivere, vel habitare non potuisset; ista nempe conditio impotentiæ vivendi simul, vel cohabitandi, tunc adimpletur, 1
quoties ille, cum quo vivendum, vel habitandum est, ex hac vita decedat *Menoch. cons.* 970. *n.* 26. *Cyriac. contr.* 50. *n.* 11. 12. *et* 13. *et n.* 40. *et seq. Bertrand. cons.* 67. *n.* 4. *lib.* 7. *eoque relato Surd. de aliment. tit* 4. *qu.* 15. *n.* 66. *vers. quarto principaliter*, *et n.* 67. *et seq. Antunez. de Reg. donat. lib.* 1. *prælud.* 2. §. 2. *n.* 115. *Spadaz. theat. vid disquisit.* 73. *n.* 35. *et* 36. *Torr. variar. tom.* 1. *tit.* 4. *qu.* 4. *n.* 13. *Paulut. dissert.* 88. *n.* 107. *et seq. Merlin. dec.* 380. *n.* 1. *vers. nec visum*, *in fin. et n.* 6. *dec.* 408. *n.* 4. *vers. neq. obstat*, „ ibi „ Neque obstat, quod casus = impotentiæ habitandi verificetur etiam in casu impotentiæ pro= veniente a natura propter mortem „ *De Comitib. dec. Flor.* 42. *n.* 41. *vers. tum demum quia*. Cum igitur D. Vincentius Donatarius, cum quo donans vivere, vel habitare convenerat, obierit; iam de purificatione conditionis impotentiæ convivendi, & habitandi cum eo ad exuberantiam liquet, ac per consequens de pertinentia dicti ususfructus ad eumdem donantem.

Eoque certius, quia prædicta conditio impotentiæ habitandi per verba generalia concepta legitur „ ibi „ in caso, che non = possa vivere, o coabitare insieme col medesimo Sig. Donata= rio „ Ista namque generalitas impotentiæ, non est dubium, quin præseferat quoque casum mortis, ut in puncto *Cyriac dict.* 2
contr. 50. *n.* 11. & 13. *vers. cum igitur*, *et n.* 38. *et seq. per text. in L.* 2 „ ibi „ *capere non poterit*, *et in L.* 3. ibi „ hæreditatem meam adire noluerit, vel non potuerit „ *C. de hæred. instit.*

Potissimum quia in casu impotentiæ convivendi, & cohabitandi donans sibi prospexit de dicta ususfructus reservatione = ibi = Riservando però al medesimo Sig. Canonico Ranieri, in = caso che non possa vivere, o coabitare insieme col medesi= mo Sig. Donatario, il libero usufrutto di detti Beni, e cose = come sopra donate &c. „

Quoties enim, quis in casu impotentiæ facit particularem provisionem, exploratum est, quod per mortem illius, cum quo 3
habitandum est, sileat prior dispositio, & locum sibi vindicet posterior particularis: ita in puncto per doctrinam *Angel. cons.* 150. *col.* 2. *vers. si autem*, dicunt *Cyriac. d. contr.* 50. *n.* 21. & *seqq.* & *n.* 32. & *seqq. Caball. cons. dec.* 119. *n.* 5. *lib.* 2. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 183. *num.* 36. *Torr. variar.*

tom.

tom. 1. *tit.* 4. *d. qu.* 4. *num.* 12. *et seqq. Paulut. differt.* 88. *num.* 107. *et seqq. Rot. dec.* 433. *n.* 4. *par.* 1. *divers. dec.* 290. *n.* 20. *par.* 10. *rec. et cor. Dunoz. iun. dec.* 398. *n.* 7.

Accedente etiam ea circumstantia, quod prædicta particularis provisio respicit commodum ipsius donantis, eique est favo-
4 rabilis; unde procul omni dubio resultat, propter impotentiam habitandi cum Fratre donatario, eumdem usumfructum pertinere ad ipsum Donantem, *Cyriac. in sæpe citat. controv.* 50. *num.* 44. *& seqq.*

Idque maius fomentum recipit, cum agatur de conditione impotentiæ habitandi, apposita in dispositione inter vivos, nem-
5 pe in donatione, atque ideo dependente a voluntate contrahentis, *Rot. dict. dec.* 433. *num.* 5. *par.* 1. *divers.*

Et ad evidentiam convincitur, ex quo Donans respexit ad merum, & nudum factum habitationis cum Vincentio Fratre, ut denotant ea pluries repetita verba „ ibi „ In caso, che non possa
6 „ vivere, o coabitare insieme col medesimo Sig. Donatario „ hæc quippe conditio tamquam factum respiciens, & a voluntate Donantis dependens, nullam patitur extensionem, sed merum factum, & nihil aliud est attendendum. In puncto *Cyriac. in præallegat. controv.* 50. *num.* 9. *dec.* 433. *num.* 5. *par.* 1. *divers.* adstipulante regula, quod conditio voluntaria nulli extensioni, etiam de casu ad casum sit obnoxia, sed omnino adimpleri debeat in for-
7 ma specifica, nec suppleatur per æquipollens, ad *Text. in L. si quis hæredi* 44. *in Leg. Mevius* 54. *ff. de condit. & demonstr. Menoch. cons.* 243. *num.* 29. *Cyriac. contr.* 281. *num* 67. *& seqq. Altogr. controv.* 55. *num.* 87. *Rodulphin. allegat.* 76. *num.* 8. *Peregr. de fideicomm. art.* 29. *num.* 21. *vers. quarto quia*, *Mantic. de coniect. lib.* 11. *tit.* 6. *num.* 15. *vers. verum his obiectis Torr. var. par.* 1. *tit.* 2. *qu.* 41. *num.* 34. *& seqq. Caren. resolut.* 181. *num.* 5. *& num.* 10. *Accaris. dec. Flor.* 58. *num.* 9. *Surd. dec.* 202. *n.* 6. *Rota dec.* 433. *n.* 1. *& seqq. par.* 1. *divers. dec.* 154. *num.* 7. *& seqq. & dec.* 406. *num.* 7. *par.* 13. *dec.* 221. *num.* 4. *par.* 15. *rec. Episcop. Rocc. disput. cap.* 25. *n.* 1 *& seqq.* Potissimum cum
8 reperiatur in dispositione inter vivos, ubi quidquid omittitur re, loco, tempore, & personis, habetur pro omisso, ut nulla fiat extensio, *Mantic. de tacit. lib.* 3. *tit.* 1: *n.* 5. *Larr. dec.* 33. *n.* 21.

Hinc sequitur, quod, cum donans consideraverit habitatione cum D. Vincentio Fratre Donatario; illa non sit protrahenda ad alium casum, scilicet ad eius filios, & respective nepotes, & ad eorum matrem, neque ex verisimili mente ipsius Donantis,
9 neque etiam ex identitate, vel ex maioritate rationis (quæ tamen in contingenti penitus deficiunt) *Mantic. ubi supra. Altograd. d. contr.* 55. *num.* 87. *Castald. cons.* 248. *num.* 7. *& seqq.*

Torr.

Torr. variar. par. 1. *tit.* 2. *qu.* 41. *n.* 36. *&* 38. *Rota dec.* 154. *num.* 8. *par.* 13. *rec.* plenissime *Rota nostra cor. Illustriss. Dom. De Comitib. dec. Flor.* 89. *num.* 30. *& seqq.* ubi *ex num* 34. *& seqq.* respondet obiecto, quod, ubi fuit consideratus effectus, semper datur extensio de casu ad casum: quoniam constare debet re vera fuisse consideratum effectum, & præsumptio iuris est in contrarium, quando agitur de conditione voluntaria.

Hæc omnia mirifice comprobantur ex eo, quod, quando Donans præter D. Vincentium Fratrem voluit alios comprehendere, videlicet eius filios, hoc scivit exprimere, quemadmodum fecit iubendo Donatario, quod bona donata relinqueret propriis filiis, ut innuunt ea verba „ Ma solamente averli, e doverli poi » lasciare liberi, e nel medesimo modo, che li riceve a suoi fi- » gli maschi, se ne averà &c. „ Verum cum respectu habitationis, Donans de filiis Donatarii nullam mentionem fecerit, sequi- 10
tur noluisse ad illos eam extendi, ex traditis per *Spad. cons.* 347. *num.* 2. *Dunoz. iun. dec.* 81. *num.* 11. *Torr. de success. in maiorat. par.* 2. *qu.* 19. *num.* 50.

Demum submovetur omnis hæsitatio animadvertendo, quod Donans sibi reservavit usumfructum bonorum donatorum, quatenus habitare non potuisset cum eodem Vincentio Fratre, ut docent ea verba „ riserbando però al medesimo Sig. Canonico Ranieri » in caso, che non possa vivere, o coabitare insieme col mede- » simo Sig. Donatario, &c. „ Siquidem illa dictio *col medesimo*, 11
est adeo personalis *Gratian. cap.* 104. *n.* 14. *Francisc. Palm. cons.* 62. *num* 90. *Posth. dec.* 68. *num.* 13. *Surd cons.* 104. *n.* 9. *Fredian. dissert.* 20. *num.* 22. *Bonden. collect.* 16. *num.* 17. ut comprehendat dumtaxat Fratrem Donatarium superius nomine pro- 12
prio honoratum, *Surd. cons.* 53. *n.* 11. *vers. perinde est*, *Grivell. dec.* 135. *num.* 6. *Torr. de maiorat. par.* 2. *qu.* 43. *num.* 132. *& seqq.* excludatque omnes eius filios, *Natt. cons.* 163. *num.* 8. *Castald. cons.* 92. *num.* 7. *Mans. cons.* 265. *num.* 20. *Fredian. dict. discept.* 26. *num.* 22. *Surd. cons.* 104. *num.* 9. *Rota dec.* 254. *num.* 7. *par.* 12. *rec.* atque repellat hæredes, *Surd. cons.* 53. *num.* 11. *Rota dec.* 619. *num.* 3. *par.* 1. *rec.* *Emerix iun. dec.* 537. *num.* 4. *Otthob. dec.* 1. *num.* 39. quamquam in eadem donatione comprehensos, *Torr. de maiorat. par.* 2. *qu.* 19. *n.* 49. *Samminiat. contr.* 177. *num.* 35.

Præsertim, quia non agitur de materia indifferenti, & suapte natura ad hæredes transitoria, sed de habitando, vel vivendo 13
cum persona determinata, ut declarat *Rot. cor. Otthob. dec.* 275. *n.* 5. *& cor. Priol. dec.* 422. *num.* 3. *post De Luc. in mantiss. de iur. patron. tit.* 13. *dec.* 43. *n.* 15. tum quia Donans non habuit respe-

respectum ad ius hæreditarium, in quibus terminis scripsit *Cesal.* in contrarium allegatus in *cons.* 158. *num.* 44. sed dumtaxat ad sibi prospiciendum, qui est casus longe diversissimus. Tum demum quia afferri potest diversa ratio, cur Donans sibi prospexerit de vivendo cum Fratre donatario, videlicet quia erat sibi cognitus, atque callebat eius qualitates, quæ plane circumstantia, penitus in Nepotibus ad eamdem donationem vocatis deficiebat; nam illi de tempore expletæ donationis in humanis neutiquam reperiebantur; ideoque ignorabat Donans, utrum cum eis convivere potuisset, ex traditis per *Dond. cons.* 5. *n.* 11. *vers. mo-*
14 *ralis*, quoties enim afferri potest rationis diversitas, tunc similes dictiones personales, nempe *idem*, *ipse*, *dictus*, & similes, quæ idem significant *Balducc. ad Ramon. observ.* 29. *n.* 16. *tit.* 1. *Sabell. in summ. divers. tract.* §. *dictiones num.* 12. operantur, ut ad alias personas præter expresse nominatas nulla fiat relatio *Bellon. dict. quæst.* 19. *n.* 163. *Carol. Ant. De Luc. dict. animad.* 104. *n.* 5.

Ad constituendum hæc omnia in tuto, ipse Donans cum iuramento declaravit, sibi reservasse dictum usumfructum in casu impotentiæ habitandi cum Fratre exclusive ad Nepotes: cui quidem declarationi, utpote quia de re dubia saltem ageretur,
15 omnino deferendum erat, iuxta tradita per *Castrens. in Leg. heredes palam* 21. §. *si quid*, *sub n.* 4. *ff. de testament. Decian. cons.* 7. *n.* 99. *lib.* 1. *Cyriac. controv.* 295. *n.* 30. *& seqq. De Ros. consult.* 69. *num.* 98. *& seq. Isclan. Rocca disp. iur. select.* 20. *n.* 34. *& disput.* 106. *n.* 61. *Palm. alleg.* 58. *n.* 24. *De Luc. de emption. & vendit. disc.* 24. *n.* 15. *de dot. disc.* 168. *n.* 41. *de fideicomm. disc.* 179. *n.* 11. *Altimar. de nullit. contract. tom.* 5. *rubric.* 1. *par.* 3. *quæst.* 32. *n.* 480. *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *gloss.* 5. *num.* 11. *& seqq. & dec.* 172. *n.* 6. *& seqq. Surd. dec.* 29. *n.* 1. *Balducc. de legat. tit.* 3. *dec.* 50. *num.* 40. *Rot. cor. Seraphin. dec.* 837. *n.* 14. *Caval. dec.* 326. *num.* 2. *Cels. dec.* 141. *n.* 13. *&* 14. *Dunozet. iun. dec.* 958. *n.* 10. & in celebri *Bononien. Successionis cor. Bich. dec.* 252. *ex n.* 24. *& seqq.* ubi quod declaratio a Donante potest ex intervallo, & quandocumque fieri, & retrotra-
16 hitur ad tempus donationis, ac si tunc emanasset; neque per eam aufertur ius tertio quæsitum, quia non potest dici ius quæsitum, cum declaratio censeatur inesse ipsi donationi, & obiectum procederet, si declaratio caderet super re clara contra expressa verba donationis, *confirmat. decis.* 307. *n.* 21. *& seqq. cor. eod. Bich. utraque repet. dec.* 402. *par.* 9. *& dec.* 84. *par.* 10. *rec. cor. Priol. dec.* 334. *n.* 24. *& seqq.* ubi de declaratione emanata
17 post sententiam, cum nihil novi disponat, & ab ipso initio censeatur inesse actui declarato, *Caprar. dec.* 433. *num.* 14. *& seqq.*

penes

penes Torr. variar. tom. 3. Miscellan. par. 2. dec. 10. num. 9. fol. 252. & post eumd. de pact. futur. success. dec. 46. n. 12. & seqq. post Constant. ad stat. urb. dec. 120. n. 22. & dec. 203. num. 23. late *Rot. nostr. penes Accaris. decis 58. n. 23. & seqq. ubi n. 25.* respondet obiecto declarationis factæ pendente lite, ex præfata ratione, quod declaratio inest actui, nec aliquid novi facit, & potest fieri quandocumque.

Nullamque dubietatem ea facti circumstantia mihi attulit, scilicet, quod cum Donans mandaverit D. Vincentio Donatario, quod bona sibi donata relinqueret propriis filiis eo modo, quo ipse receperat, ut ostendunt præcitata verba = Ma solamente = averli, e doverli poi lasciare liberi, e nel medesimo mo- = do, che gli riceve, a suoi figlioli maschi, se ne averà = Ideo sequatur Donantem eamdem vivendi, atque habitandi consuetudinem cum Fratre præmortuo volitam, etiam cum Nepotibus protrahere voluisse, proindeque prædictus usufructus ob mortem eiusdem Fratris neutiquam reservatus censeatur propter 18
efficaciam dictæ clausulæ = ibi = *nel medesimo modo* = quæ suapte natura repetat omnia superius expressa, *Barbos. de dictionib. diction. 107. per tot.*

Verum enim vero in facto animadverti, Dom. Canonicum Raynerium in eadem parte, sive capitulo donationis, ubi relata verba inseruntur, iterum expressisse, quod in Dom. Vincentium titulo donationis transferebat omnia bona cum omnibus iuribus, & pertinentiis = ibi = Donò, e dona a detto Sig. Pier Vincen- = zio, come sopra, tutti e ciascheduno de' suoi beni, come = sopra, respettivamente donati, e descritti &c. con tutte, e = singole l' adiacenze, pertinenze, servitù, ed azioni = & immediate mandasse eidem Donatario, quod eodem modo relinqueret propriis filiis bona donata; quamobrem hinc sequitur, quod Donans intellexerit, talia bona esse relinquenda a Donatario cum eisdem iuribus, & pertinentiis, quibus a D. Canonico Raynerio donata fuerant, non vero cum eadem conditione habitandi, vel vivendi, etiam cum Nepotibus. Quandoquidem huiusmodi clausula qualificat solum proxima, & immediata, & non inde- 19
finite refertur ad omnia superius expressa, ut in puncto de clausula per eadem verba concepta *Rot. dec. 30. n. 16. par. 14. rec.* & de similibus clausulis relativis *Mart. de clausul. claus. 94. n. 3. par. 3.* late *Rot. dec. 81. n. 7. & seqq. par. 17.* ubi asserit, huiusmodi clausulas relativas non continere effrenatam indolem repetitionis quoad omnia superius apposita, sed solum ad eam conditionem superius proxime, & immediate repetitam, neque respicit conditiones, quæ sint de substantia dispositionis *Merlin. dec.*

respectum ad ius hæreditarium, in quibus terminis scripsit *Cesal.* in contrarium allegatus in *conf.* 158. *num.* 44. sed dumtaxat ad sibi prospiciendum, qui est casus longe diversissimus. Tum demum quia afferri potest diversa ratio, cur Donans sibi prospexerit de vivendo cum Fratre donatario, videlicet quia erat sibi cognitus, atque callebat eius qualitates, quæ plane circumstantia, penitus in Nepotibus ad eamdem donationem vocatis deficiebat; nam illi de tempore expletæ donationis in humanis neutiquam reperiebantur; ideoque ignorabat Donans, utrum cum eis convivere potuisset, ex traditis per *Dond. conf.* 5. *n.* 11. *verf. mo-*
14 *ralis*, quoties enim afferri potest rationis diversitas, tunc similes dictiones personales, nempe *idem*, *ipse*, *dictus*, & similes, quæ idem significant *Balducc. ad Ramon. observ.* 29. *n.* 16. *tit.* 1. *Sabell. in summ. divers. tract.* §. *dictiones num.* 12. operantur, ut ad alias personas præter expresse nominatas nulla fiat relatio *Bellon. dict. quæst.* 19. *n.* 163. *Carol. Ant. De Luc. dict. animad.* 104. *n.* 5.

Ad constituendum hæc omnia in tuto, ipse Donans cum iuramento declaravit, sibi reservasse dictum usumfructum in casu impotentiæ habitandi cum Fratre exclusive ad Nepotes: cui quidem declarationi, utpote quia de re dubia saltem ageretur,
15 omnino deferendum erat, iuxta tradita per *Castrens. in Leg. heredes palam* 21. §. *si quid*, *sub n.* 4. *ff. de testament. Decian. conf.* 7. *n.* 99. *lib.* 1. *Cyriac. controv.* 295. *n.* 30. *& seqq. De Ros. consult.* 69. *num.* 98. *& seq. Isclan. Rocca disp. iur. select.* 20. *n.* 34. *& disput.* 106. *n.* 61. *Palm. alleg.* 58. *n.* 24. *De Luc. de emption. & vendit. disc.* 24. *n.* 15. *de dot. disc.* 168. *n.* 41. *de fideicomm. disc.* 179. *n.* 11. *Altimar. de nullit. contract. tom.* 5. *rubric.* 1. *par.* 3. *quæst.* 32. *n.* 480. *Fontanell. de pact. nuptial. clauf.* 4. *gloss.* 5. *num.* 11. *& seqq. & dec.* 172. *n.* 6. *& seqq. Surd. dec.* 29. *n.* 1. *Balducc. de legat. tit.* 3. *dec.* 50. *num.* 40. *Rot. cor. Seraphin. dec.* 837. *n.* 14. *Caval. dec.* 326. *num.* 2. *Celf. dec.* 141. *n.* 13. *&* 14. *Dunozet. iun. dec* 958. *n.* 10. & in celebri *Bononien. Successionis cor. Bich dec.* 252 *ex n.* 24. *& seqq.* ubi quod declaratio a Donante potest ex intervallo, & quandocumque fieri, & retrotra-
16 hitur ad tempus donationis, ac si tunc emanasset; neque per eam aufertur ius tertio quæsitum, quia non potest dici ius quæsitum, cum declaratio censeatur inesse ipsi donationi, & obiectum procederet, si declaratio caderet super re clara contra expressa verba donationis, *confirmat. decis.* 307. *n.* 21. *& seqq. cor. eod. Bich. utraque repet. dec.* 402. *par.* 9. *& dec.* 84. *par.* 10. *rec. cor. Priol. dec.* 334. *n.* 24. *& seqq.* ubi de declaratione emanata
17 post sententiam, cum nihil novi disponat, & ab ipso initio censeatur inesse actui declarato, *Caprar. dec.* 433. *num.* 14. *& seqq.*

penes

penes Torr. variar. tom. 3. *Miscellan. par.* 2. *dec.* 10. *num.* 9. *fol.* 252. *& post eumd. de pact. futur. success. dec.* 46. *n.* 12. *& seqq. post Constant. ad stat. urb. dec.* 120. *n.* 22. *& dec.* 203. *num.* 23. late *Rot. nostr. penes Accaris. decis* 58. *n.* 23. *& seqq. ubi n.* 25. respondet obiecto declarationis factæ pendente lite, ex præfata ratione, quod declaratio inest actui, nec aliquid novi facit, & potest fieri quandocumque.

Nullamque dubietatem ea facti circumstantia mihi attulit, scilicet, quod cum Donans mandaverit D. Vincentio Donatario, quod bona sibi donata relinqueret propriis filiis eo modo, quo ipse receperat, ut ostendunt præcitata verba = Ma solamente = averli, e doverli poi lasciare liberi, e nel medesimo mo= do, che gli riceve, a suoi figlioli maschi, se ne averà = Ideo sequatur Donantem eamdem vivendi, atque habitandi consuetudinem cum Fratre præmortuo volitam, etiam cum Nepotibus protrahere voluisse, proindeque prædictus ususfructus ob mortem eiusdem Fratris neutiquam reservatus censeatur propter 18 efficaciam dictæ clausulæ = ibi = *nel medesimo modo* = quæ suapte natura repetat omnia superius expressa, *Barbos. de dictionib. diction.* 107. *per tot.*

Verum enim vero in facto animadverti, Dom. Canonicum Raynerium in eadem parte, sive capitulo donationis, ubi relata verba inseruntur, iterum expressisse, quod in Dom. Vincentium titulo donationis transferebat omnia bona cum omnibus iuribus, & pertinentiis = ibi = Donò, e dona a detto Sig. Pier Vincen= zio, come sopra, tutti e ciascheduno de' suoi beni, come = sopra, respettivamente donati, e descritti &c. con tutte, e = singole l' adiacenze, pertinenze, servitù, ed azioni = & immediate mandasse eidem Donatario, quod eodem modo relinqueret propriis filiis bona donata; quamobrem hinc sequitur, quod Donans intellexerit, talia bona esse relinquenda a Donatario cum eisdem iuribus, & pertinentiis, quibus a D. Canonico Raynerio donata fuerant, non vero cum eadem conditione habitandi, vel vivendi, etiam cum Nepotibus. Quandoquidem huiusmodi clausula qualificat solum proxima, & immediata, & non inde- 19 finite refertur ad omnia superius expressa, ut in puncto de clausula per eadem verba concepta *Rot. dec.* 30. *n.* 16. *par.* 14. *rec.* & de similibus clausulis relativis *Mart. de clausul. claus.* 94. *n.* 3. *par.* 3. late *Rot. dec.* 81. *n.* 7. *& seqq. par.* 17. ubi asserit, huiusmodi clausulas relativas non continere effrenatam indolem repetitionis quoad omnia superius apposita, sed solum ad eam conditionem superius proxime, & immediate repetitam, neque respicit conditiones, quæ sint de substantia dispositionis *Merlin. dec.*

dec. 83. *n.* 20. *dec.* 158. *n.* 11. *par.* 5. *dec.* 453. *num.* 5. *& seqq. par.* 19. *recent.* Eoque libentius in hac hypotesi, ubi ex præmissis circumstantiis in comperto sit, mentem Donantis fuisse vivendi, vel habitandi cum fratre; quamobrem ad hanc conditionem
20 referri non debet; nam tales clausulæ relativæ porrigi nequeunt ad ea, quæ incompatibilitatem, seu innovationem aliquam pati possunt *Mans. consult.* 50. *n.* 47. *Piton. discept. eccles.* 64. *n.* 29.

Denique nihil etiam obesse putavi, quod Dom. Canonicus Raynerius postulare neglexerit pertinentiam ususfructus bonorum donatorum ex capite impotentiæ habitandi cum fratre defuncto, sed potius videatur coarctasse hanc petitionem ad caput impotentiæ vivendi cum Nepotibus, quare eius succumbentia contigerit ob reticentiam remedii sibi competentis, ac proinde expensas pati debuerit.

Nam ex verbis in libello exaratis conspexi, quod petitio fuerit indefinite concepta, atque ideo complectatur caput impotentiæ habitandi cum Fratre = ibi = Siccome ancora assegnarsi = a detto Sig. Canonico Ranieri Comp. l' intiero, e libero usu- = frutto di tutti i beni immobili, e stabili, niuno eccettuato, = azioni, e ragioni, e nomi di debitori donati, e donate dal = medesimo Sig. Canonico Ranieri al medesimo Sig. Pier Vin- = cenzio suo fratello, con espresso riservo a se medesimo in = caso di non poter convivere, o coabitare, come sopra = Regulariter enim indefinita loquutio universali æquipollet, ad
21 *Text. in Leg. si servitus* 22. *ff. de servit. urb. præd. Barbos. axiom.* 123. *n.* 1. *&* 19. *Mans. cons.* 353. *n.* 19. *Fredian. dissert.* 28. *n.* 6.
22 Certius quia agitur de libello, qui interpretari debet favore illum porrigentis, *Pacific. de Salvian. inspect.* 1. *cap.* 3. *n.* 74. *&* 75. signanter propter clausulas salutares ibidem adiectas, ob quas
23 eius verba sunt improprianda ad deserviendum intentioni Actoris, *Barbos. clausul.* 76. *n.* 12. *Tusch. litt. C concl.* 359. *n.* 9. *Pacific. ubi supra*, *Pellegrin. in prax. par.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersec.* 1. *n.* 2. *vers. non operatur fol. mihi* 241. *Paulut. dissertat.* 10. *n.* 51. *& seqq. Blducc. de dot. tit.* 4. *dec.* 1. *num.* 54. *Palm. dec.* 167. *num.* 54. *Rot. nostra in Florentina Commendæ de Mercatis* 15. *Septembris* 1719. §. *probato ex iam dictis*, *fol.* 9. *cor. D. Audit. Francisco Antonio Bonsini*; adstipulante præcipue illa = omni meliori modo = *Barbos. claus.* 95. *n.* 24.

Idcirco posito citra veritatis læsionem, quod libellus restrictius fuisset ad caput impotentiæ habitandi cum Nepotibus; attamen ob clausulas omnes salutares ibidem appositas = ibi = farsi = dalle Signorie Loro Illustrissime ogni decreto, provvisione, e = sentenza necessaria, ed opportuna, e più proficua al Signor

v Com-

= Comparente non solo in questo, ma anco in ogni altro mi-
= glior modo &c. petens &c. deducens &c. implorans &c. non
= solum, sed, & omni &c. = Infertur quod Actor postulaverit
dicti ususfructus pertinentiam ex quocumque remedio, seu capite
sibi magis necessario, & proficuo, ut præter mox relatas aucto- 24
ritates, aiunt late *Magon decis. Florent.* 111. *n.* 24. *Peregrin. in prax. par.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersec.* 1. *in annot. n.* 2. *& seq. fol. mihi* 241. *Pacific. de Salvian. d inspect.* 1. *cap.* 3. *num.* 7. *&* 70. *& seqq. Rot. dec.* 135. *n.* 5. *par.* 6. *dec.* 106. *n.* 11. *par.* 7. *rec. De Luc. de iudic. disc* 8. *num.* 8. *Muscatell. in prax. par.* 1. *Gloss. libellus n.* 19. *&* 20. *ibique Add. litt. B*, *Rovit. ad pragm. Regn. Neap. tit. de ordin. iudic. pragm.* 1. *n.* 24. 25. *&* 27. ubi 25
pariter de clausula = omni meliori modo = quod operatur ultra expressa, *Barbos. dict. claus.* 95. *n.* 22. 23. 25 29. *Dunozzett. iun. dec.* 792. *n.* 11. *Cels. dec.* 125 *n.* 3. *Peregrin. ubi supra*.

Quinimmo si D Canonicus Raynerius expressisset in libello 26
remedium diversum, & incompetens, nihilominus obtinere debuerat ex remedio competente, *Rot dict. dec.* 106. *n.* 11. *& seq. par.* 7. *recent. Pacific dict. cap.* 3. *n.* 73. *Rovit. dict. pragm. pr. n.* 27. præcipue virtute dictæ eiusdem clausulæ cum copula *&* coniunctæ, *Barbos d. claus.* 95 *n.* 15. *Rovit. d. pragm.* 1. *n.* 27.

Insuper animadvertendo, quod memoratæ clausulæ respiciunt eamdem rem petitam; videlicet eamdem ususfructus pertinentiam
postulatam; quare licet Actor intentaverit remedium incompe- 27
tens, non est dubium, quin petitio porrigatur ad alterum competens, in his præcisis terminis *Rota Macerat. apud Urceol. dec.* 88 *n.* 1 *usque ad* 8.

Omnemque tandem hæsitationem mihi sustulit ea facti circumstantia, nimirum quia perlustravi consultationes DD. Advocatorum utriusque Partis in præteritis instantiis exaratas, & ab ipsis accepi, motivatum quoque fuisse in prima Instantia, in secunda vero plenius disceptatum super articulo pertinentiæ ususfructus ex causa impotentiæ habitandi cum Fratre defuncto; atque cum iudicia instructa fuerint coram Supremo Magistratu, ubi
summarie, & sola facti veritate inspecta procedendum, nec non 28
iudicandum erat; non solum propter Statuti Florentini sanctionem, verum etiam ob prærogativam, & qualitatem Tribunalis Principem repræsentantis, *Rota Flor. post Girond. decis.* 27 *n.* 43 *penes Palma nep. dec.* 437 *n.* 41. *de Comit. dec. Flor.* 115 *n.* 16. ob quas circumstantias equidem proceditur, sola facti veritate attenta, & manu Regia, *Asin. in prax* § 3 *cap.* 3 *fere per tot. Rota post Girond. de gabell. d. dec.* 27 *num.* 35. Propterea eædem consultationes, licet essent actus extraiudiciales, nihilominus vi-

 cem

cem libelli, seu novæ petitionis gerebant, & iuxta illas Sententia proferri debuerat, ita in terminis *Rot. post Urceol. de transact.*
29 *dec.* 12 *n.* 7. *Vinciol dec* 88 *n.* 7 Quandoquidem in hisce magnis Curiis virtute earumdem clausularum permissa est variatio remedii in quacumque iudicii parte, & solum spectanda est vera competentia, ne lis litis fiat, ut de communi testantur *Posth.*
30 *resol.* 93 *n.* 24 *e* 25. *Urceol. cons* 43 *in append.* 1 *vers. neque bis resistit*, *Vinciol d dec.* 88 *n* 6. Ubi definitum fuit, quod tametsi Actor petierit immissionem super quibusdam bonis ea de causa, quod sibi spectarent vigore fideicommissi, ac ex remedio *Leg. fin. Cod. de ædict. D. Adrian. toll.* & ad illud solum in prosequendo iudicio se restrinxerit; cum tamen liqueret, eadem bona ad illum pertinere vigore directæ hæreditatis iampridem devolutæ, ac per consequens ex alio diverso remedio, nempe *quorum bonorum: Rota Maceraten.* spreta quacumque remedii intentati incompetentia, concessit immissionem ex altero competente, quamvis reticito, idest *quorum bonorum*. Quamobrem haud aliter in hac hypothesi definiendum erat, licet Actor ususfructus pertinentiam efflagitaverit, ex solo remedio impotentiæ vivendi
31 cum nepotibus, iuncta præsertim dispositione *Statuti Petræ Sanctæ cap.* 8. *sub tit. de Petitionibus*, *seu Libellis*, *et de Litis contestatione*, expresse iubentis, quod „ sileant exceptiones Libelli male „ formati, obscuri, & inepti, dummodo sint tales ex quibus „ sententia certa ferri possit &c. & semper Actor intelligatur de- „ duxisse omnia iura sua in Libello, & egisse omni meliori „ modo &c. „

Et ita utraque Parte acriter informante &c.

Bartholomæus de Archis Mot. Compilat.

DECISIO XXIII.

FLORENTINA PRIMOGENITURÆ DE SQUARCIALUPIS SUPER ANIMALIBUS.

3. *Augusti* 1728. *cor.* AUDIT. ANTONIO GRAFFIONI.

ARGUMENTUM.

An & quando in Legato fundi comprehendantur Instrumenta fundi, vel animalia, pecora &c. pro cultura agrorum necessaria: Ubi distinguitur Fideicommissum universale a particulari quoad animalium comprehensionem, vel exclusionem.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Dicuntur instrumenta fundi animalia illa, quæ deserviunt fundis, vel pro illorum cultura, vel stercoratione agrorum, vel pro vehendis frugibus, vel pro percipiendis fructibus.*

2 *In legatis particularibus non veniunt pecora, & cetera instrumenta fundi nisi fuerint expressa, vel aliter adpareat de voluntate Testatoris, limita ubi huiusmodi legata habeant onus restituendi de uno in alterum*, num 3. *declara* num. 4. & 5. & 26.

6 *Ubi animalia petuntur tamquam res hereditariæ in legato particulari non veniunt, nisi specialiter legata sint, secus in Fideicommisso universali, ubi res hæreditariæ omnes restituendæ sunt.*

7 *Inter bona mobilia animalia etiam comprehenduntur.*

8 *Ubi animalia petuntur tamquam instrumenta fundorum, aut Testator mandavit fundos tradendos cum instrumento expresse, vel tacite, & animalia tam in fideicommisso universali, quam particulari comprehenduntur, ubi hoc non adpareat ea non veniunt nec in restitutione fideicommissi universalis.* & quare n. 9. 10.

11 *Heres regulariter non tenetur ad subrogationem, nisi agatur de grege, vel armento.*

12 *Nec bona propria hæredis, & empta de propriis pecuniis veniunt regulariter in restitutione fideicommissi utcumque universalis.*

13 *Relicto usufructu relicta quoque censentur instrumenta fundi.*

14 *Plus iuris competit fideicommissario, quam usufructuario*, & n. 15. *ubi an ius usufructuarii prævaleat fideicommissario*. & n. 17.

16 *Interpretationes voluntatis morientium fieri non debent iuxta iuris subtilitatem, sed iuxta communem opinionem.*

18 *Ususfructuarius sicut fideicommissarius tenentur agros colere vites subserere, & omnia facere, quæ faceret diligens pater familias, ideo veniunt in fideicommisso instrumenta fundorum*. n. 19.

20 *Instrumentum fundi est genus, quod recipit augumentum, et diminutionem, & numquam perit.*

21 *Verba* cum pertinentiis *important instrumenta fundi, & in specie pecudes, quæ pro instrumentis inserviunt*. & num. 29.

22 *Sub verbis* prout sunt de præsenti *censentur legata pecora, & cætera instrumenta.*

23 *Sub verbo* Factoria *continentur iura, & actiones, bona mobilia, & immobilia.*

24 *Declaratio Testatoris prædia præstanda esse integra Legatariis, & in integro illorum statu est argumentum pro comprehensione pecorum, & instrumentorum fundi.*

25 *Ubi eadem militat ratio unum legatum recipit declarationem ab altero.*

27 *Oratio soluta resolvitur in coniunctivam per copulam* Et.
28 *Non minus expressum dicitur id de quo specialis mentio facta est, quam id quod includitur sub generalitate verborum.*
30 *Species expressa post genus restringit significationem generis ad speciem expressam, sed non excludit se ipsam.*
31 *Amplitudo verborum ampliat non minuit legatum ubi declara.*
32 *Verba intelligenda sunt de subiectis quibus immediate adhærent.*
33 *Quod hæres non habet restituere non potest.*
34 *Ubi constat de legato fundi instructi, illius partes sunt animalia.*
35 *Legatum pro conservatione nominis, et memoriæ Testatoris facto licet videatur ex verbis temporale, perpetuum iudicatur ex verosimili morientis voluntate.*
36 *Legatum fundi favore pauperis intelligitur cum instrumento idest cum animalibus ne reddatur inutile.*
37 *Legatum favore pauperis est ampliandum.*

Andem omnes fundos ad Primogenituram spectantes putavimus adiudicandos esse una cum animalibus, & pecoribus, quæ sunt instrumenta fundi, omnibus scilicet illis, quæ deserviunt fundis, vel pro illorum cultura, vel stercoratione agrorum, vel pro vehendis frugibus, & sarcinis, & oneribus, vel pro percipiendis fructibus ex saltibus, & pastionibus iuxta veriorem
1 sententiam, de qua *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 197. *sub n.* 2. *Cravett. cons.* 295. *sub n. final. Gatt. cons.* 26. *n.* 27. *et seq. et n* 30. *Statil. de Salvian. inspect.* 3. *cap.* 4. *n* 211. *De Luc. de fideic. in summ. sub n.* 221. *vers. in secundo genere, et de benefic disc.* 84. *n.* 13. *Mans. cons.* 186 *n.* 35. *et seq. et cons.* 498. *n.* 1. *& per tot. Rot. in Maceraten fideic. super animalib.* 2. *Maii* 1699 §. *Ratio cor. Molines, et in Forolivien. fideicom. de Torellis super reservatis* 20 *Ianuarii* 1706. *cor. Muto impress apud Pauluc. post dissert.* 45. *dec. unic. n.* 28. *et in Ravennaten. immis.* 20. *Iunii* 1707. §. *Demum cor. b. m. Ansald.* plenissime *De Comitib. dec. Senen* 33. *n.* 5. *et seq eodemque D. de Comitib relato Sacr. Rot. in Maceraten. fideicom de Trottis* 21. *Iunii* 1717. §. *Sic pariter, et* 18. *Martii* 1718. §. *Pariformiter cor. Crisp.*

Quod procedit non solum in fideicommissis universalibus, prout loquuntur supradictæ auctoritates, sed etiam in fideicommissis particularibus restrictis ad stabilia, perpetuis, & successivis in infinitum, prout in casu contra quorumdam modernorum distinctionem. Quamvis enim certum sit ex iuris civilis dispositio-

tio·

tione, quod in legatis particularibus non veniant pecora, & cœtera instrumenta fundi, nisi illa fuerint expressa, vel aliter appareat de voluntate testatoris, iuxta *text. in L. cum fundus* 21. *ff. de fundo instruct. & instrumento legato* cum suis concordantibus allegatis per *Odd. cons.* 30. *n.* 41. *& seq. Barry de success. tom.* 1. *lib.* 9. *tit.* 12. *n.* 12. *De Luc. de legat. disc.* 9. *n.* 4. *Ancharan. Iun. lib.* 3. *qu.* 74. *per tot. Mantic. de coniect. lib.* 9. *tit.* 2. *n.* 16. *Camerell. de legat. lib.* 3. *qu.* 21. *per tot. & qu.* 35. *n.* 4. *Cyriac. contr.* 141. *n.* 1. *& seq. & n.* 52. *b. m. Aud. Bizzarrin. in Florentina legati* 24. *Novembris* 1700. *vers in nihilo*. 2

Attamen huiusmodi textus, & auctoritates procedunt in simplici legato dumtaxat activo pro parte legatarii absque ullo onere restituendi, & applicari non valent ad casus, de quibus non loquuntur, videlicet ad legata, sive fideicommissa particularia activa, & passiva cum onere restituendi de uno in alterum, pro 3
ut in casu, tunc enim militat dispositio alterius *text. in L. fundum* 3. *in princ. ff. de fund. instr. & instr. legat.* in quo stante onere restituendi legatum post mortem, veniunt instrumenta fundi, & quamvis textus loquatur in litera de fundo instructo ab initio legato, attamen idem procederet, si fundus simpliciter ab initio legatus esset, nulla facta mentione instrumenti iuxta *Gloss. ibidem in verbo* legavit „ ibi „ *vel cum instrumento*, *vel simpliciter* „ ex ipso enim onere restituendi post mortem, sufficiens oritur coniectura, voluntatem testatoris extitisse, quod fundus traderetur instructus, cum hoc legatum nihil aliud contineat in effectu, quam Ius vitalitium legatarii, eiusque vitalitiam frui- 4
tionem, quod præsefert coniecturam præstationis instrumentorum ad *text. clarum in L. sed si quid* 15. §. *Proprietatis ff. de usufruct.* in illis verbis „ sed & ego puto, nisi sit contraria voluntas, etiam instrumentum fundi, vel domus contineri „ & in relicto vitalitio ad utendum, & fruendum tradunt communiter sine contradictione *Bald. cons.* 485. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 4. *Camerell. de legat. lib.* 3. *tit. de fund. legat. qu.* 21. *n.* 2. *fol. mihi* 322. *& latius tit. de usufruct. qu.* 33. *per tot. fol.* 427. *Barry de success. lib.* 9. *tit.* 24. *sub n.* 34. *Paris. cons.* 79. *n.* 47. *& seq. vol.* 2. *Cyriac. contr.* 141. *n.* 35. *Mans. cons.* 176. *n.* 25. *Paulut. dissert.* 98. *art.* 2. *n.* 34. *Mantic de coniect. lib.* 9. *tit.* 2. *n.* 17. *De Luc. de servit. disc.* 54. *n.* 15. *vers. altera species est*. *Giptus in addictionib. ad Capyc. Latr. dec.* 94. *n.* 14. *idem Mans. cons.* 176. *n.* 25. *&* 26. & in specie de legato, sive fideicommisso particulari cum onere restitutionis, quod in eo veniant instrumenta fundi, firmant ultra originariam opinionem *Gloss. in d. L. fundus* 3. *in princ. verbo* legavit *ff. de fund. instruct. Knipschilt. de fideicom. famil.*

mil. nobil. cap. 5. n. 13. ubi postquam firmaverat *n. 10. & 11.* quod res mobiles, & in specie semoventia dari non possint in
6 feudum, nec cadere sub fideicommissum separatim, & de per se, tamen cum arce, vel cum fundo firmat, quod cadunt sub feudum, vel sub fideicommissum, idemque repetit *n. 71. De Luc. de benefic. disc. 84. n. 13. Mans. cons 498. per tot.* qui testatur ita fuisse iudicatum Florentiæ in illa Causa Pucci, e Pucci contra consultationem *b. m. Ansald. de qua in adnotat. ad dec. 77. n. 55. idem Mans. cons. 186. num. 35. & seq. & cons. 176. per tot.* idemque iudicatum fuit in eadem Civitate in causa Ximenes *ab Illustriss. D. Auditore Nerio*. Idemque iudicatum fuit Senis *a Claræ mem. Horatio Piccolomineo de Aragona Vicario Generali in Senen. successionis de Turaminis 3. Augusti* 1709. ut ex eius doctissimo Voto typis impresso . . .

Etenim, reiecta distinctione inter fideicommissum universale & particulare in hac quæstione, quam tractamus ita iure distinguendum esse unanimi voto arbitrati sumus. Aut petuntur animalia, tamquam res hæreditariæ: aut petuntur animalia, tamquam instrumenta fundi. Primo casu differentia est inter fi-
7 deicommissum universale, & particulare; nam in fideicommisso particulari animalia restituenda non sunt, tamquam res hæreditariæ: quia legatario particulari non sunt tradendæ generaliter omnes res hæreditariæ, sed ea dumtaxat, quæ specialiter legata sunt; fideicommissario autem universali omnes res hæredi-
8 tariæ restituendæ sunt, & non solum bona immobilia, sed etiam mobilia, quando illa extant, & consequenter etiam animalia, si extant, quia inter bona mobilia, animalia comprehenduntur, *Paulut. dissert. 98. art. 2. num. 28.*

Secundo vero casu, quando petuntur animalia, tamquam instrumenta fundorum nullam constituendam esse differentiam putavimus inter fideicommissum universale, & particulare, reiecta distinctione quorumdam modernorum, quæ penitus antiquis videtur fuisse incognita, & ita opinari sumus, distinguendum esse de iure. Aut Testator in utroque fideicommisso mandavit, fundos tradendos esse cum instrumentis expresse, vel saltem tacite, & in hoc casu comprehendi instrumenta fundorum in utroque fideicommisso censuimus, ut de fideicommisso universali probant
9 de communi omnes auctoritates superius allegatæ in principio; in fideicommisso autem particulari probatur *ex toto titulo ff. de fund. instruct. & instrument. legat.* aut vero Testator nihil dixit expresse, nec talem apparet eius tacitam voluntatem fuisse, & in hoc casu neque in restitutionem fideicommissi universalis, neque particularis venire possunt animalia, tamquam instrumenta fundorum ex ratione mox adducenda. Ra-

Rationem diversitatis inter utrumque casum suppeditat diversitas formæ, qua petuntur animalia in utraque actione. Etenim quando petuntur animalia, tamquam res hæreditariæ, ea dumtaxat animalia in hac actione continentur, quæ adhuc extant, nisi essent greges, vel armenta, & quæ sunt eadem capita, quæ ex- 10
tabant de tempore mortis Fideicommittentis; quod si aliqua, vel omnia perierint per lapsum temporis, & sine culpa hæredis adinstar cæterorum mobilium non veniunt in restitutionem fideicommissi, ut probant *Peregr. de fideicomm. art.* 10. *num.* 39. *Fusar. de substitut. qu.* 624. *n.* 22. *& seqq. Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 2 *qu.* 6. *n.* 16. *&* 17. *Rot. post eumdem dec.* 107. *n.* 3. *& cor. Cerro dec.* 505. *num.* 10. & semper costanter tenuit *Rot. nostra Flor. ut lib. mot.* 90. *a c.* 264. *lib. mot.* 103. *a c.* 234. *lib. motiv.* 127. *a c.* 582. *lib. mot* 107. *a c.* 203. *lib. mot.* 109. *a c.* 360. *et a c.* 592. *& in causa Stufa, e Corsi* 14. *Augusti* 1668. *et in causa Mazzoni, et Cavalcanti* 18. *Septembris* 1705. & alibi sæpissime.

Quando autem petuntur animalia, tamquam instrumenta fundi, tunc non solum veniunt animalia, quæ extabant de tempore mortis Testatoris, sed ea etiam, quæ naturaliter perierunt, & per lapsum temporis consumpta sunt, de quibus hæres tenetur, si non fecit subrogationem. Et ulterius veniunt animalia, quæ hæres emit de propriis pecuniis, & in locum demortuorum, & 11
senescentium subrogavit, ut probant communiter Doctores inferius adducendi in §. *Obiectum vero &c.* Hæc vero præcepta de conservandis pecoribus, & de restituendis etiam illis, quæ propria sunt hæredis gravati, & in locum demortuorum idem hæres subrogavit, non possunt intelligi adiecta regulariter fideicommisso utcumque universali, nisi Testator expresse, vel saltem tacite hoc demandaverit, quia de mobilibus, quæ usu consumuntur, & quæ de facto sine culpa hæredis perierunt hæres regulariter non tenetur, nisi Testator contrarium dispusuerit, & in terminis de animalibus probant omnes auctoritates superius addu- 12
ctæ in proximo §. *Rationem diversitatis*, & quod hæres regulariter non teneatur ad subrogationem, nisi agatur de grege, vel armento, *Barry de success. lib.* 8. *tit.* 14. *n.* 17.

Nec bona propria hæredis, & empta de propriis pecuniis veniunt regulariter in restitutionem fideicommissi utcumque universalis, quia fideicommissum universale non trascendit mensuram substantiæ Fideicommittentis, & intra cancellos eiusdem sub- 13
stantiæ continetur, ut dixit *Paul. de Castro in Leg. si ita tamen* 27. *§. si ex Trebelliano n.* 2. *ff. ad Senat. Consult. Trebell. Beltramin. ad Gregor. dec* 421. *sub n.* 15. *Rot. post De Luc. tit. de fideicomm. dec.* 90. *n.* 4. *et sæpius in eadem causa in decisionibus*

sub-

subsequent. tom. 1. nisi Testator contrarium expresse, vel tacite ordinaverit.

Tunc autem iuxta communem sententiam videtur Testator contrarium tacite disposuisse, & demandasse restitutionem fundorum cum instrumentis in fideicommisso universali, quando post mortem hæredis non solum active vocavit Fideicommissarium, sed ulterius eumdem Fideicommissarium passive gravavit ad restituendum post mortem aliis personis vocatis successive in perpetuum sine ulla spe caducationis, iuxta auctoritates superius adductas; cuius communis conclusionis nullum aliud adduci potest fundamentum, quam quod in hoc fideicommisso activo, & passivo, omissis subtilitatibus iuris, & spectata dumtaxat substantia, & effectu negocii, nullum aliud ius considerari possit in personis ad illud vocatis, & gravatis, nisi ius vitalitium usufructus, ac propterea, ex hoc facto arguitur tacita voluntas Testatoris, quod illis Fideicommissariis tradenda sint instrumenta fundorum, sicut quando relictus est ususfructus ex tacita voluntate Testatoris, relicta quoque censentur instrumenta fundi, ad *Text. expressum in d. Leg. sed si quid* 15. § *proprietatis ff de usufruct.* & iuxta communem sententiam nemine, quem viderimus, con-
13 tradicente. Hæc autem ratio utique militat æque in fideicommisso universali, ac particulari, & ideo reiecta distinctione idem ius statuendum est in utroque.

Disparitatem autem, quam quidam moderni adducunt inter usufructuarium, & fideicommissarium, seu legatarium gravatum ad restituendum post mortem potius retorqueri posse, & hanc sententiam manifestius comprobare unanimiter opinati fuimus;
14 ex eo enim, quod Fideicommissarius sit dominus, qualis non est usufructuarius, magis arguitur plus iuris competere Fideicommissario, quam usufructuario, iuxta doctrinam *Molin. de primogenit. lib.* 1. *cap* 7. *sub num.* 8. ubi statuit regulam generalem, quod omnia, quæ competunt usufructuario, potiori iure dari quoque debent Fideicommissario, ob potentius ius, quod ipse habet, sed non econtra. Si ergo usufructuario competit ius ha-
15 bendi instrumenta fundi, multo magis competere debet Fideicommissario, ne sit deterioris conditionis, qui plus iuris habet, & quod inductum est in augumentum, operetur diminutionem, & favor retorqueatur in odium.

Et præterea quamvis Fideicommissarius iuris subtilitate sit dominus, hoc tamen dominium omnino ipsi est inutile, nec ullam eidem afferre potest utilitatem, præsertim quando nulla adesse potest spes caducationis fideicommissi, prout in casu, & spectato dumtaxat effectu, & communi hominum opinione nihil omnino distat ab usufructuario. Inter-

Interpraetationes autem voluntatum morientium fieri non debent iuxta iuris subtilitatem, & scrupolositatem; sed ex bo no, & aequo, & iuxta communem hominum opinionem, ad *Text. clarissimum in Leg. posthumus* 12. *in princ. et in L. filius praeteritus* 17. *ff. de iniusto, rupt. irrito facto testam.* & in ipsis quoque legibus in quibus expresse deciditur, quod Fideicommissarius sit dominus, ut in *L. species* 15. *ff de auro, et argento legato* in illis verbis = respondi &c proprietatem legatam videri = expresse quoque legitur, quod iste proprietarius usufructu dumtaxat contentus esse debet, in illis verbis = quarum rerum usus= fructus, dum vives, tibi sufficiet = & maximam inter utrumque adesse, similitudinem, & connexitatem, & proportionem tradunt *Card. de Luc. de servit. disc.* 61. *disc.* 63. utrobique *sub n.* 4. *Molin. de primog lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 7. *et* 8. *Castill. de usufruct. cap.* 5. *num.* 2. *Thesaur qu. forens. lib.* 1. *qu.* 48. *num.* 9. *Guttierez. practic. quaest. lib* 2. *qu.* 17. *num* 1. *Torr. var. quaest. tom.* 3. *Miscell. par.* 2 *qu.* 76: *tit.* 12. *num.* 16. *Mantic. de coniect. lib.* 9. *tit* 5 *num.* 12. *Rot. cor. Arguell. dec.* 54 *num.* 5. *et seqq.* & in nostris terminis *Mans. cons.* 176. *n.* 23 *et cons* 273. *n.* 22. *et cons.* 498. *n.* 9. *et in d. Senen. Successionis de Turaminis* 3. *Augusti* 1709 § *Perpendendum est ulterius cor. Piccolomineo Vicario Generali Senen.* 16 17

Et profecto, sicut usufructuarius, si extrema urgeretur paupertate, adeo ut instrumenta fundi comparare non posset, nullam ex legato usufructus consequi posset utilitatem, nisi traderentur instrumenta fundi, ita Fideicommissario si in eadem extremitate esset, inutile prorsus remaneret legatum, & dominium eidem deserviret de vento, & pariformiter sicut usufructuarius tenetur agros colere, & aedes reparare, alias privari posset usufructu, ita quoque Fideicommissarius tenetur agrum proscindere, vites subserere, aquaeductus, & fossas purgare, fundi seminarium renovare, aedificia sartatecta conservare, & in locum demortuarum arborum alias substituere, ut egregie probat. *Kinipschilt. de fideicomm. famil. nobilium cap.* 12 *num.* 58. & demum omnia facere, quae faceret diligens pater familias, ut dixit *Rot. in Rom. primogenit. de Corsinis super reintegratione* 2. *Maii* 1718. §. *Caeterum cor.* bon. mem *Cerr DD. Iudices delegati in Florent. cautionis, et fideicommissi de Adimaribus* 19. *Martii* 1726. §. *ea quidem convincenti ratione ec. cor. Dom meo Equite, et Advocato de Mercatis olim Neroni* dignissimo Collega meo in Assessoratu Officii Pupillorum. 18

Quod si utrumque voluit Testator fructus percipere, & ad haec perficienda obligare, dare utique per necesse debuit media,

quae

quæ ad istum finem consequendum, sunt necessaria, qualia sunt
19 instrumenta fundorum, iuxta argumentum *Gloss. in d. Leg. sed si quid 15 § proprietatis ff. de usufruct. in verbo contineri, & ad text. in l. damnas esto § qui duos ff. de usu, & usufructu legato l. si fundum §. qui fundum ff. de legat. 1. l. servum filii §. fin. ff. eod. 1. Camarell de legat. lib 3. tit. de usufruct. qu. 33. sub n. 6. fol. mihi 427. Barry de success. lib. 9. tit. 5. num. 42.* qui omnes exemplificant in arbore legata a Testatore ad percipiendos fructus, quo casu necessarium quoque est, quod detur servitus viæ ad effectum accedendi ad eamdem arborem, & optime conferunt firmata per *Rota in dec. 1137. e 1153. cor. Emerix iun.*

Obiectum vero, quod animalia præsumantur consumpta ob lapsum temporis, & quod probandum esset, quod eadem illa animalia, quæ modo reperiuntur in fundis, sint illa eadem, quæ erant de tempore mortis Testatoris, nullius est relevantiæ; instrumentum enim fundi est genus, quod recipit augumentum, & diminutionem, & numquam perit, iuxta theoricam *Bartol. in l. fundum 3. in princ. n. 2. ff. de fundo instruct. & instrum. legat.*
20 & propter subrogationem capitum faciendam a fideicommissario semper est idem *Kinipschilt de fideic. familiar. nobil. cap 5. sub n. 13. & sub n. 71. in fin.* ubi quod hæc animalia habenda sint, tamquam numquam moriantur propter substitutionem, & citat *Cassaneum ad consuetud. Burgund. Schimidum in cons. argentorat. Matthæum Stephan. de iurisdict. Besold & alios eiusdem nationis, Feudistæ omnes in cap. 1. § sciendum tit. de feud. cognit. libr. 2. feudorum, Iacob de Belvis. ibid. Bald. & Alvarott. n. 6. Præpositus n. 5. Matth. de Afflict. n. 77. Schrader. de feud. par. 3. cap. 1. n. 16. e 17. tom. 1. Petr. Pech de testam. coniugum lib. 5 cap. 15. sub n. 3. Solorzan. de iur. indiar. tom. 2. lib. 2 cap 3 n. 21. Rosental. de feud. tom. 1. cap. 4. concl. 4. sub n. 3. & tradunt ex nostris Card. De Luca de credit. disc. 35. n. 31. Mans. cons. 176. sub n. 13. & cons. 273. n. 22 & seqq. Rota Senen. in Senen. Fideicomm & Detraction. 19. Novembris 1698 §. ratio vero, & §. nec ad aliter vers. irrelevante cor. Farsett. & cor. De Comit. dec. Senen. 33. sub n. 7. 8. e 9 & n 18 & seq. usque in fin. Sacr. Rot. in dict. Maceraten. fideicomm. super animalib 2. Maii 1695. § parum refragante, et seqq cor. Molin. et in Romana, seu Civitat. Castelli Census 12. Maii 1713. § de semoventibus cor. Reverendiss Crispo, et in Ferrarien. fideicomm. de Trottis 21. Iunii 1717. §. negotium non facessente cor. eodem.* Adeo ut iam in Tribunalibus sit explosa contraria opinio, quam indecisam reliquit in suo casu *Illustriss. Dom. Audit. Bellutius in Florent. fideicommissi de Alle 11. Ianuarii 1708. §. qua, et quidem*, licet valde urge-

urgeretur a fundamentis decisionis Senensis *cor. Illustriss. Dom. de Comitib. ut ibid. constat in d. §. qua, et quidem ec. in fin.*

Hanc vero sententiam, in quam valde inclinabant generaliter & in abstracto DD. mei, proclivius amplexi sumus in casu & in concreto, ob particulares facti circumstantias & signanter ob exhibitionem Testamenti Aleandri revocati, ultimo loco factam a DD de Datis, ex quibus plurimas ausimus coniecturas manifeste indicantes, talem fuisse verisimilem voluntatem Testatoris, concurrentibus verbis, quæ comprehendere possunt instrumenta fundi, & quæ famulari debent huic verosimili voluntati.

Et in primis respectu verborum, ut apposite notatum est in altera decisione contemporanea super bonorum identitate, in unoquoque bonorum capite huic primogenituræ subiecto apposita fuerunt illa verba = cum pertinentiis = quæ iuxta communem DD. nostrorum sententiam important instrumenta fundi, & in specie 21
pecudes, quæ pro instrumentis inserviunt, ad *Tex. in L. si quando 2. Cod. de bonis vacantibus lib. 10. ubi Gloss. in verbo adiacentibus, & tradunt Card. Tusch. litt P. concl. 323. num. 14. Sabell. in summ. litt. A. §. 24. num. 41. Barbos. appellat. 203. n. 51. Altimar. de nullit. tom. 4 rubr. 1. par. 3. qu. 15. num. 629. Rot. cor. Duran. dec. 545. num. 2. Buccafer. resp. 52. n. 1. & seqq. & per tot. Barry de success. lib. 9. tit. 10. sub num. 5. post medium*, ubi notabiliter notat cum *Simone de Pratis*, quod illud, quod dicebatur antiquis *lego domum, vel fundum instructum, vel cum in instrumentis*, dicitur quoad modernos *lego fundum cum pertinentiis. Natt. cons 243. sub num 8. Mantic de coniect. ultim. volunt. lib. 9. tit. 2. sub n 19 in fine, Mans cons. 176. n. 17. & seqq. & in voto claræ mem Horatii Piccolominei Aragona in Senen. success. de Turamin. 3. Augusti 1709 § perpendendum est ulterius.*

Concurrentibus in idem aliis verbis eumdem operantibus effectum, prout sunt illa = solite aversi, e tenersi di presente in = detti luoghi = prout in latifundio, seu tenuta, sive *Fattoria dell' Aiola*, & in fundo *luogo detto Strada* „ ibi „ solite tenersi, e lavorarsi con detto podere, e che di presente lavorano, = e tengono con esso = ut in legato fatto Bernardo, idem in prædio *detto il Casalino* in legato facto Andreæ. Idem in aliis prædiis, tam in testamento revocato, quam in testamento revocante passim apposita sunt dicta verba = prout sunt de præsenti, = vel pro ut erant de tempore mortis meæ = & in prædio *di S. Romolo* = con tutto quello, che si trovasse avere acquistato al = tempo della sua morte in detto luogo di S. Romolo &c. = cla- 22
rissimum autem in iure est, quod sub istis, verbis censentur legata pecora, & cœtera instrumenta, ad *Text. in Leg. prædia*

27. §.

27. §. *ita legatum est ff. de fund. instruct. & instrum. legat.* in illis verbis respondi = & possunt hæc verba sicut est ad instrumentum referri = *& in Leg. quæsitum* 78. § *prædia, & in Leg. prædiis* 91. *in princ. ff. de legat.* 3. *Camarell de legat. lib.* 3. *tit. de fend. instruct. qu.* 3. *num.* 1. *per tot. fol mihi* 327. *& tit. de fund. legat. qu.* 13. *per tot. fol. mihi* 321. *Mantic. de coniect. ultimar. volunt. lib.* 9. *tit.* 2. *num.* 22. *Barry de success. lib.* 9 *tit.* 10. *sub num.* 6 *vers. quem modernorum legandi modum &c* ubi etiam adducit *Simonem de Prætis* pro hac sententia. Iterum idem *Barry d. lib* 9. *tit.* 12. *sub num.* 12. *circa finem vers. similiter si testator ita dixerit = fundum lego ita, ut possedi* = & adducit *Cuiacium* pro eadem sententia.

Quinimo quo ad tenuram *dell' Aiola* nihil opus fuisset verbis expressis, ut in ea comprehenderentur pecora, & cœtera instrumenta fundi; hoc enim legatum complectitur in se universitatem bonorum, qualis est *tenuta*, sive *Fattoria*, quæ sub uno Castaldo, seu Factore gubernantur ad instar corporis, & universitatis
23 sub se continentis iura, & actiones bona mobilia, & immobilia adnotata per *Bartol. & Gloss. in Leg. cum. filius* 76. §. *Lucio Titio ff de legat.* 2 *& in Leg. cum pater filium* 77. §. *mensæ ff. eod. & in Leg. qui filias ff. de legat.* 3. & in puncto *Mans. cons.* 176. *sub num.* 1. *vers. preces, & cons.* 498. *num* 6. *Barry de success. lib.* 9. *tit.* 4. *sub num.* 21. *post medium vers. certe testator legaverit aliquid, quod sypiat universitatem &c.* & in fortioribus terminis *Rota coram Bich. dec.* 506. *n.* 10. & confert *Surd. dec.* 241. *num.* 13.

Accedit in præmissorum corroborationem, quod Testator non solum legavit pertinentias fundorum, quæ ipsius erant, sed etiam partes eorumdem fundorum, quæ non erant in ipsius dominio, sed erant penes hæredes, & legatarios, illos gravando ad illas comparandas, vel ad proprias partes subiiciendas fideicommisso, ut constat in prædiis *di Seravalle, e di Tosa*, & in Castro, & prædio *di Monternano*; quod si voluit disponere de pertinentiis, quæ non erant in illius dominio, multo fortius censeri debet, voluisse disponere de illis, quæ ad ipsum libere spectabant. Et facto ipso declaravit supradicta prædia fuisse præstanda integra le-
24 gatariis, & integro illorum statu, quod est urgens argumentum pro comprehensione pecorum, & instrumentorum fundi, ad *Text. in Leg. si quando* 2. *Cod. de bonis vacantibus lib.* 10. *Natt. cons.* 105. *num* 28. *& seqq. & consult.* 243. *sub num.* 9. *Bart. in Leg. servi electione § cum fundus ff. de legat.* 1. & ibidem *Iason. num.* 24. *& Ripa num.* 14 *Cephal. consult.* 347. *num.* 2 *lib.* 3. *Camarell. de legat. tit. de fund. legat. quæst.* 22. *nu*

1. *fol.*

1. *fol.* 323. *Buccafer. dict. refponf.* 62. *num.* 16. *Manf. confult.* 176. *num.* 18.

Eoque certius, quod cœtera legata fundorum facta in teftamento complectuntur animalia, & inftrumenta fundi, tum ex generalibus verbis *pertinentiarum*, quibus cum illa concepta leguntur, tum ex fpeciali expreffione facta de animalibus, ut in legato facto Bernardo „ ibi „ Item tutto il beftiame, che ha detto = Sig. Teftatore = item in legato facto Petro „ ibi „ Item fimilmente tutto il beftiame &c. = in legato facto Andreæ „ ibi „ = Item tutti li beftiami, che fono fopra li detti poderi = In prælegato facto Squarcialupo in bonis di Montalcino „ ibi „ li beni Montalcino, e li beftiami fiano liberi di detto Sig. Squarcialupo = Quibus attentis inverifimile redditur, quod folum legatum, & fideicommiffum relictum pro confervatione nominis, & familiæ Teftatoris, & quod refpicit directe utilitatem propriam ipfiufmet difponentis, debeat effe fine animalibus, & inftrumentis, quæ cœtera omnia legata comitantur, quando enim eadem militat ratio in omnibus legatis, imo fortior urget ratio in illo 25
de quo agitur, unum legatum recipit declarationem ab altero, *Leg. qui non militabat* 78. §. *Lucio Titio ff. de hæredib. inftitut.* cum concordantibus ibidem adductis per *Glofs. verbo receperunt Leg. Seiæ* §. *Caio Seio ff de fund. inftruct. legat. Leg libertis* 108. *ff. de condit. & demonftrat. Mantic. de coniect. ultimar. volunt. lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 25. *Surd. conf.* 375. *num.* 28. *Altograd. conf.* 72. *num.* 14 *lib.* 2. *Menoch. conf.* 97. *num.* 25. *Amat. dec. Marcb.* 44. *num.* 3. *Card. De Luc. de legat. difc.* 9. *fub n.* 4. *verfic fed agebatur &c. Rota cor. Peutinger. dec.* 37. *num.* 10. *& cor. Coccin. dec.* 2064. *num.* 4. *& cor. Caprara dec.* 583. *num.* 3. *& in rec. dec.* 513. *n.* 9. *& dec.* 682. *num.* 7. *par.* 19. *tom* 2.

Maxime quia ifti legatarii funt gravati reftituere fundos legatos perfonis vocatis ad hanc primogenituram, & confequenter funt gravati illa reftituere fimul cum animalibus, & inftrumen- 26
tis, etiamfi nihil fuiffet dictum ad literam, *Text. in Leg. fundum* 3. *ff. de fundo inftruct. & inftrum. legat.* & communiter teftantur Doctores *in d. Textu*, & fignanter *Bartol. ibid. fub num.* 1. *Alexand. conf.* 204. *fub num.* 12. *&* 13 *lib.* 6. *Peregr. de fideic. art.* 16. *num.* 62. *Barry de fuccefs. legal. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 54. *& lib.* 9. *tit.* 4. *num.* 31. *verf. fi teftator legaverit*. Quod fi in iftis fundis expreffe cum animalibus legatis, & fideicommiffo fubiectis veniunt reftituenda animalia: venire quoque debent in aliis fundis eidem fideicommiffo fubiectis, cum omnes fundi fub una oratione comprehendantur recta ab unico verbo, & fub una eademque claufula, & verborum ftructura „ ibi „ e dopo di lui

= gli sostituì volgarmente, e per fideecommisso negli infrascritti = beni stabili solamente, che sono gli appresso, cioè un podere = detto San Romolo &c. un podere detto Tosa &c. un podere = detto la Strada &c. = hic enumerantur omnia bona, & deinde eamdem orationem continuando = tutti gli figliuoli, e descen= denti maschi = quamobrem cum omnia bona sub una, eademque clausula comprehendantur per orationem solutam, quæ oratio soluta resolvitur in coniunctivam per copulam, *&* *Bellon. de iur. accresc. cap.* 5 *qu.* 16. *num.* 13. sicut respectu aliquorum bonorum, certum est venire animalia; ita respectu aliorum idem
27 responderi debet ad literalem *Text in Leg. Seiæ* 20. §. *Caio Seio ff. de fund. instruct. & instrum. legat.* in illis verbis = Caio Seio = Alumno meo fundos meos illum, & illum ita, ut instructi = sunt, & domum superiorem dari volo. Quæsitum est, an etiam = domum instructam dari voluerit. Respondit secundum ea, quæ = proponeretur, ita videri dedisse = ubi plenissime *Bartol. in princ. & sub num.* 1. *Barbos. dict.* 110. *num.* 3. *& seqq. & n.* 29. Modernus *Dominic. ab Aguire de tacit. onerum, & condit. repet. cap.* 3. *num.* 18. egregie *Peregr. de fideicomm. art.* 16. *n* 29. ubi infinitos adducit in nostris terminis, & quod procedit, sive præcedant fundi relicti cum animalibus, sive subsequantur, *& sub num.* 31.

In nihilum relevante argumento a discretiva deducto, quod scilicet ubi Testator voluit comprehendere pecudes, illas expressit; ergo ubi non expressit, signum est noluisse. Placuit enim responsio, quod tunc procederet argumentum a discretiva, quando Testator in una parte specialiter expressisset animalia; in alia vero parte penitus omisisset de illis mentionem facere. Verum quando, prout in casu, in una parte animalia expressit in specie, in aliis vero partibus eadem animalia expressit in genere sub nomine *pertinentiarum*, tunc silet argumentum a discretiva, cum
28 in utraque parte sufficienter expressa animalia sint, quia non minus expressum dicitur id de quo specialiter mentio facta est, quam, id quod includitur sub generalitate verborum, *Mars. consult.* 607. *num.* 10. *Capyc. controv.* 141. *num.* 53. *Barbos. axiom.* 89. *sub num.* 7. *Peregrin. de fideicomm. artic.* 3. *num.* 91. *Rot. dec.* 439. *num.* 2. *par.* 2. *& dec.* 498. *num.* 11. *par.* 19. *rec. tom.* 2. *& coram Celso dec.* 339. *num.* 11. *& cor. Duran. dec.* 36. *num.* 7.

Minoris ponderis fuit obiectio, quod Testator in uno, aut altero ex dictis legatis post expressum nomen *pertinentiarum*, specifice ulterius expressit animalia in dictis fundis, existentia; ex quo facto arguebatur, quod sub nomine *pertinentiarum* de iisdem ani-

animalibus non intellexerit. Hoc siquidem argumentum potius probaret oppositum, quod videlicet Testator sub nomine *pertinentiarum* intellexerit tantum de animalibus, quia species expressa post genus restringit significationem generis ad speciem expressam, adeo ut sub nomine *pertinentiarum* Testator intellexerit dum- 29
taxat de animalibus, perinde ac si dixisset cum pertinentiis, idest cum animalibus *Matthæus de Afflict. dec.* 106. *sub n.* 7. *vers. sed possit mihi obiici*, *Barry de success. lib.* 9. *tit.* 7. *de legat. num.* 17. *in princ.* species enim expressa post genus numquam excludit a significatione generis se ipsam, sed excludit alias species non expressas, de quibus non est necesse disputare in præsenti, iu- 30
xta *Text. in Leg. legata* 9. *in princ. ff. de supellect. legat Leg. cum de lanionis §. cui fundum Leg. Seiæ* 20. *in princ. ff. de fund. instructo*. Quamvis verius sit in casu nostro, quod expressio animalium non minuendi legati causa, sed illud augendi facta sit, ut mox subiiciam.

Similique responsione alterum submovetur obiectum, quod simul cum pertinentiis admixta sint diversa vocabula, quæ dictum nomen videntur restringere, ut sunt illa = con tutte le sue = terre, ragioni, abitazioni, vocaboli, pertinenze, e confini = quandoquidem clarum sit ex ipso contextu, & conceptione verborum, quod illa amplitudo, & vocabulorum inculcatio adiecta fuit non ad restringendum, sed ad augendum, & ampliandum legatum, atque idcirco tamquam adiecta ex abundanti alterare 31
non valet significationem vocabulorum, & legatum restringere, iuxta responsum *Ulpiani in dict. Leg. quæsitum* 12. §. *fin. ff. de fund. instruct. & instrum. legat.* per hæc formalia verba = si quis = fundum ita ut instructus est legaverit, & adiecerit cum su= pellectili, vel cum aliqua re, quæ nominatim expressa non = erat: utrum minuit legatum adiiciendo speciem an vero non = quæritur. Et Papinianus respondit, non videri minutum, sed = potius ex abundanti adiectum = & tradunt *Mantic. de coniect. lib.* 9. *tit.* 3. *num.* 18. *Afflict. d. dec.* 106. *num.* 4. *Barry de success. lib.* 9. *tit.* 7. *num.* 17. *Gratian. discept.* 404. *n.* 7. *Sabell. resolut.* 10. *num.* 29. *Paulut. dissert.* 98. *artic.* 2. *num.* 9. *Capyc. Galeott. lib.* 2. *controv.* 13. *num.* 14. *cum seqq. Rot. dec.* 261. *n.* 2. *& seqq. par.* 2. *divers. & cor. Gregor. dec.* 257. *num.* 9. *Camarell. de legat. lib.* 3. *tit. de fund. instruct. qu.* 3. *num* 1. *fol. mihi* 321. *Rot. cor. Emerix iun. dec.* 127. *num.* 9. *& apud Torre variar. iur quæst. lib.* 2. *tit.* 11. *dec.* 7. *num.* 7. *fol.* 414.

Et tandem non obstat obiectum, quod Testator tam in testamento revocato, quam in revocante reliquerit animalia ad liberam dispositionem Squarcialupi. Verum quippe non est in

facto tale assumptum. In testamento enim revocato fundi omnes, qui subiecti fuerunt primogenituræ, de qua agimus, fuerunt quoque subiecti cum expressione *pertinentiarum*, & fundus *della strada* relictus Bernardo, nec non fundus *del Casalino* relictus Petro, fuerunt relicti pariter cum animalibus, & iisdem fundis dicti Bernardus, & Petrus fuerunt gravati ad restituendum, consequenter cum animalibus *d. Leg. fundus* 3. *ff. de fund. instruct. & instrum. legat.* & in istis fundis comprehensis etiam illis *del Casalino*, *e della strada*, in testamento revocante instituta fuit primogenitura, de qua tractamus. Animalia autem, quæ libera fuerunt relicta Squarcialupo in dicto testamento revocato, fuerunt illa, quæ erant in prædiis comprehensis in institutione hæredis, exceptis illis *del Casalino*, *e della strada*. Quæ prædia dumtaxat dividebantur a Testatore inter hæredes, & istorum prædiorum pecora tam armentum, quam gregem constituentia posita fuerunt libera in partem Squarcialupi, de quibus non disputatur in præsenti, quia neque super ista prædia, neque super eorum pertinentias cadit primogenitura, de qua tractamus.

Respectu vero testamenti revocantis, neque in legato facto Andreæ, neque in institutione hæredis deprehenditur, eadem pecora relicta fuisse libera Squarcialupo. Non in legato, quia illa verba = i beni di Montalcino, ed i bestiami siano liberi di detto Sig. Squarcialupo, dopo la morte di detto Sig. Andrea &c. = intelligenda sunt dumtaxat de animalibus existentibus in dictis bonis *di Montalcino*, quibus immediate adhærent, & vestiuntur illa cohærentia vocabuli ad regulam *Text. in Leg. hæredes palam*
32 21. §. *si quis post factum in fin.* in illis verbis *vel ex vicinis scripturis ff. qui testam. facere possint*. De quibus animalibus *di Montalcino* non disputatur in præsenti, quia non controvertitur, illa fuisse relicta libera Squarcialupo. Cœtera vero animalia, de quibus in dictis legatis relicta fuerunt simul cum dictis fundis Squarcialupo, eiusque filiis post mortem legatariorum titulo particularis substitutionis, & consequenter non est necesse assumere quæstionem, an stantibus illis verbis in legato facto Bernardo, cui relative se habent cœtera legata = detti bestiami &c. devino = ritornare &c. al Sig. Squarcialupo, se sarà vivo, se no alli = suoi figliuoli, e descendenti maschi &c. e non ven' essendo, = si seguiti l' ordine, che di sotto si dirà nel maiorasco &c. e = con il medesimo ordine, e modo vadino, e si aspettino alli = chiamati in detto maiorasco &c. = inductum sit fideicommissum super his animalibus, an vero dicta verba, solam importent vulgare substitutionem. Siquidem ad effectum, de quo agitur, sufficiens est, quod eadem animalia titulo particularis substitu-

stitutionis relicta sint Squarcialupo, sive eius filiis simul cum prædiis legatis, & quod tam Squarcialupus, quam eius filii sint gravati eadem prædia restituere ad favorem vocatorum ad primogenituram ad effectum, quod eadem prædia simul restituenda sint cum animalibus iuxta supracitatum *Text. in Leg. fundum* 3. *ff. de fund. instruct. & instrum. legat.*

Institutionem vero hæredis factam nominatim etiam in semoventibus, cum substitutione restrictive facta in quibusdam stabilibus cum dictionibus taxativis = negli infrascritti beni stabili = solamente, che sono gli appresso, cioè &c. = nihil officere superius firmatis, manifestum est. Nam institutio hæredis utique complecti debebat etiam mobilia, & semoventia, ne hæres decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus, & ut eadem semoventia ab eius manibus recipere possent successive vocati ad primogenituram, cum si illa hæres non habuisset, utique restituere non potuisset, ut respondent obiecto *Ruin. cons.* 32. *num.* 33 8. *lib.* 2. *Altograd. cons.* 70. *num.* 36. *lib.* 1. *Paulut. dissert.* 98. *art.* 2. *sub num.* 30. *Rot. cor. Ludovis. dec.* 257, *num.* 11. *& dec.* 56. *num.* 7. *par.* 2. *rec.* dictiones vero taxativæ stant exclusive ad cœtera bona stabilia in utroque testamento nominato, quæ non fuerunt subiecta huic primogenituræ; non autem excludere possunt animalia, quæ continentur sub nomine bonorum stabilium relictorum cum pertinentiis. Licet enim animalia non sint partes fundi ita simpliciter nominati, prout partes fundi sunt mancipia addicta glebæ, nec sub appellatione fundi animalia comprehendantur, quando tamen constat Testatorem, voluisse præstari fundos instructos, vel quod idem est cum pertinentiis, tunc animalia sunt partes constitutivæ fundi instructi, tamquam instructi, & sub illius appel- 34 latione continentur, *toto tit. ff. de fund. instruct. & instrum. legat. Buccafer. respons.* 62. *n.* 10. *Mans. cons.* 176. *sub n.* 13. *&* 14. *&* 20. *& consult.* 186. *sub n.* 35. *vers. quia hæc*, *& cons.* 498. *n.* 3. *& cons* 575. *num.* 27. *P. Molina de contract. par.* 2. *disp.* 465. §. *final. Illustriss. D. Aud. De Comit. dec. Senen.* 33. *num.* 12. *&* 15. *&* 17. *& in Ferrarien. fideicomm. de Trottis* 21. *Iunii* 1717 §. *sic pariter coram Reverendiss. Crispo* penes quos concordantes.

Sed non suffecissent Dominis meis verba Testatoris expressa ad decidendam hanc quæstionem, nisi ulterius concurrissent voluntatis illius manifesta argumenta, tum ex testamento revocato, tum ex illo, de quo agimus, resultantia. Agimus enim de primogenitura instituta a Testatore principaliter pro conservatione sui nominis, & familiæ. Agimus de onere imposito personis nobilibus assumendi nomen, & arma Testatoris cum dimis-

sione propri nominis & familiæ in perpetuum. Agimus de primogenitura, cuius redditus non sunt adeo conspicui, ut æquiparari valeant oneribus impositis a Testatore, & ut prætendebant Informantes pro DD. de Datis, sunt admodum tenues. Agimus de primogenitura gravata onere solvendi annuatim ultra summam scut. 150 in perpetuum, & ulterius toties solvendi gabellam, quoties renovanda erit electio, & familia, & nomen Testatoris, pro cuius gabellæ solutione vix plurium annorum redditus sufficient, & præterea gravata onere ducendi uxorem nobilem, & incumbendi ad studia Iuris Civilis, & Canonici extra patriam in Universitate Pisarum cum iis expensis, quas secum ferunt, & diversorium extra patriam per plures annos, & laurea Doctoratus, & publicæ functiones ex præcepto Testatoris faciendæ tam Pisis, quam Florentiæ. Agimus demum de primogenitura, ad quam vocavit Testator personam nobilem, & pauperem, ut constat ex testamento revocato. Porro in his circumstantiis prorsus inverisimile redditur, voluisse Testatorem iuvenem pauperem gravare ulteriori onere comparandi animalia pro instructione fundorum omnino necessaria, pro quorum animalium emptione, & cœterorum onerum sublentatione vix sufficientes erunt integri redditus bonorum percipiendi ab electo per totum tempus suæ vitæ. Hanc profecto inverisimilitudinem, quæ Dominis meis palpari manibus videbatur, omnem tollere ambiguitatem, quatenus ulla in resolutione istius Articuli considerari posset, unanimi voto arbitrati sumus,

In extendendo siquidem, & ampliando legato pro conservatione nominis, & memoriæ Testatoris facto, secuti sumus exemplum Imperatorum Severi, & Antonini, qui simile legatum, licet ex verbis videretur temporale, perpetuum iudicarunt ex
35 verisimili voluntate morientis, iuxta responsum *Martiani in Leg. cum quidam* 23. *ff. de annuis legatis*, in illis verbis = cum = quidam decurionibus divisiones dari voluisset die natalis = sui, Divi Severus, & Antoninus rescripserunt non esse verisimile Testatorem de uno anno sensisse, sed de perpetuo legato = & tradunt *Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 41. *Knipschilt. de fideicomm. famil. nobil. cap.* 3. *num.* 85 *& seqq.* ubi infinitos adducit *Molin. de primogen. lib.* 1. *cap* 18. *a n.* 1. *usque ad n.* 8. *Castili. lib.* 2. *contr. cap.* 22. *n.* 84 *& lib.* 4. *cap.* 32. *num.* 51.

Quam vero onerosum personæ nobili sit præceptum Testatoris assumendi alterius nomen, & cognomen, & arma, & deserendi propriam familiam constat ex firmatis in hoc ipso testamento Alcandri Squarcialupi ab *Illustriss. D. Aud. De Comitib.*

in

in suis egregiis decision. Florent. la 35. *& la* 36. adeo ut nihil ulterius superaddi possit.

Postremo necessariam omnino esse in isto casu traditionem instrumentorum ex certissima voluntate morientis propter paupertatem requisitam in eligendo, qua attenta inutile prorsus red- 36
deretur legatum cum tot oneribus, moti fuimus auctoritate nostrarum legum, ut in *Leg. damnus esto* 15. §. *qui duos fundos ff. de usufruct. legat. Leg. si fundum.* 81. §. *qui fundum in fin. ff. de legat.* 1. *Leg.* 1. *in princ. &* §. 1. *ff. si usufruct. petatur*, L. *item* 3. *ultim. ff. de servit. rusticor. prædior. Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 144. *num.* 11. *Garz. de expens. cap.* 17. *num.* 10. *Barry de success. lib.* 9. *tit.* 12. *num.* 10. *Boer. dec.* 322. *num.* 8. spectata potissimum qualitate legati ad favorem pauperis, quod non minus favorabile ampliandum, & extendendum esse, quam illud ad fa- 37
vorem familiæ constat ex allegatis a *Novarr. in praxi privilegior. privileg.* 100. *num.* 1. *& seqq. Leoncill. de privileg. pauper. par.* 2. *privileg.* 202. *& seqq. usq. ad privileg.* 220. *Gabriel. Alvarez. de Velano eodem tract. par.* 1. *qu.* 64. *in appendice n.* 21. *&* 22. *& par.* 2. *in proemio num.* 26. *& num.* 37. *& cap.* 8. *num.* 158. *& seqq.*

Et quamvis attento testamento revocante aliqua in animis nostris versaretur ambiguitas, an qualitas paupertatis requisita fuerit in iuvene eligendo; attamen omne dubium substulit exhibitio facta ultimo loco a DD. de Datis de testamento revocato, in quo expressa legitur ista qualitas, illamque requisitam fuisse etiam attento testamento revocante, firmavit *Illustriss. D. De Comitib. dec. Florent* 38. *num.* 3. quem unum in terminis, pro cunctis, allegasse sufficiat.

Et ita utraque Parte acerrime informante.

Hieronymus Vieri S. R. C. Auditor.
Martius Venturinus Auditor.
Antonius Graffioni Relator.

DECISIO XXIV.

FLORIANENSIS BENEFICII

19. *Augusti* 1730. *coram* Aud. Philippo Rota.

ARGUMENTUM.

IUspatronatus reservatum octo Donatariis, & Confraternitati, pro una medietate resolvitur spectare ad Donatarios, pro alio vero

ro ad Confraternitatem ad mentem *Text. in Leg. interdum in princ. ff. de hæredib. instit.* & concordantium. Limitationes huius regulæ examinantur, & ostenduntur inapplicabiles hypothesi. Coniecturæ etiam ad arguendam contrariam mentem disponentis adductæ reiiciuntur. Cætera patent ex summario.

SUMMARIUM.

1 *Vocatis pluribus appellativo, vel collectivo nomine, & alio, nomine proprio, medietas spectat ad illos, alia ad istum.*

2 *Idque etiam procedit in vocatione ad Iuspatronatus.*

3 *Amplia, conclusionem procedere etiam in vocatione per duo nomina appellativa, vel collectiva.*

4 *As regulariter dividitur in duodecim uncias.*

5 *Quandoque tamen etiam in plures, ita exigente subiecta materia.*

6 *Limita conclusionem, de qua num. 1. & 2. quando omnes non sunt vocati eodem tempore, sed plures sub appellativo, vel collectivo nomine prius sunt vocati in una scriptura, alter vero proprio nomine venit per viam additionis in alia scriptura.*

7 *De hac limitatione dubitatur.*

8 *Iuspatronatus ex dotatione, vel fundatione acquiritur ex iustitia absque reservatione.*

9 *Amplia ut acquiratur ei, qui fundat de mandato, & praecepto alterius. Contra n. 20. & 21. Declara ut n. 22.*

10 *Reservatio in donatione apposita operatur, ut tanto minus donatum censeatur.*

11 *Fundatio, & dotatio ex quibus arguatur potius facta ex bonis donatoris, quam donatariorum.*

12 *Duo eiusdem rei domini in solidum esse non possunt.*

13 *Clausula* nunc, prout ex tunc *retrotractionem inducit.*

14 *Et apposita in contractu dominii translativo operatur, ut illud censeatur acquisitum a die contractus.*

15 *Dotatio Cappellæ collata in tempus resoluti dominii donatariis, attribui non potest uti dominis, sed uti nudis ministris, & exequutoribus.*

16 *Gravatus restituere uni de familia, ante tempus restitutionis est dominus.*

17 *Eo tamen adveniente, dominium resolvitur, & evadit nudus minister.*

18 *Et ideo electum, seu a testatore vocatum gravare non potest.*

19 *Quia electus non capit ab eligente, sed a testatore.*

20 *Fundatio facta de mandato alterius tribuitur mandanti, non exequenti,*

21 Et

21 *Et mandanti acquiritur iuspatronatus.*
22 *Contrariæ Authoritates declarantur.*
23 *Iuspatronatus ante fundationem acquiri non potest, & de ratione ibidem, & nn. seqq.*
24 *Non entis nullæ sunt qualitates.*
25 *Effectus in esse deduci nequit ante causam eius productivam.*
26 *Iuspatronatus ex iustitia ut acquiratur ex fundatione, dotatione, vel solo, requiritur aliquem ex dictis actibus fieri de consensu Ordinarii.*
27 *Nec talis consensus retrotrahitur in præiudicium tertii.*
28 *Iuspatronatus cum universitate bonorum transit etiam absque Ordinarii consensu.*
29 *Donatio complectens bona immobilia, non autem mobilia, iura, & actiones non dicitur universalis.*
30 *Sicuti nec universale dicitur fideicommissum ad stabilia restrictum.*
31 *In donatione bonorum immobilium sitorum in certo loco non venit iuspatronatus.*
32 *Amplia etiam in donatione bonorum immobilium, iurium, & actionum dictorum bonorum immobilium, & de ratione.*
33 *Maxime attenta expressione loci, quæ excludit ea bona, quæ non circumscribuntur loco.*
34 *Qualia sunt iura incorporalia.*
35 *Et signanter iuspatronatus, cui circumscriptio localis non convenit.*
36 *Donatio utcumque universalis bona futura non comprehendit.*
37 *Donator post perfectam donationem, in præiudicium donatarii novam personam addere non potest.*
38 *Quasi possessio plusquam centenaria præsentandi facit præsumere favore præsentantis quemcumque meliorem titulum pertinentiæ iurispatronatus.*
39 *Vocatis pluribus proprio nomine, quilibet ex eis concurrit pro virili.*
40 *Amplia etiamsi pluries sint vocati nomine appellativo cum dictionibus relativis ad personas alias specificatas, & propriis nominibus expressas; Contra num. seqq.*
41 *Relatio tria inducit; primo comprehensionem, ideo quod est in relato continetur in referente.*
42 *Vere, & proprie cum omnibus suis qualitatibus.*
43 *Secundo certificationem, ideo certum dicitur aliquid etiam per relationem ad aliquid certum.*
44 *Tertio expressionem, ideo expressum censetur in referente quidquid exprimitur in relato.*

45 *Pri-*

45 *Primum, & secundum effectum, nempe comprensionem, & certificationem relatio inducit vere, & proprie.*

46 *Tertius vero, nempe expressionem, ubi vis est in ipso modo exprimendi, seu in forma verborum producit solum ficte, & improprie.*

47 *Ratio est, quia expressio per relationem est implicita, & intellectualis, non autem explicita, & verbalis.*

48 *Ideo non sufficit, ubi ultra certitudinem, requiritur specialis expressio, vel nominatio.*

49 *Aut versamur in iis, quæ verba requirunt pro forma, vel de substantia.*

50 *Et exemplificatur in stipulatione, & iuramento.*

51 *Ratio, quare plures proprio nomine vocati admittuntur ad virilem, plures autem vocati appellativo ad unam tantum ratam est, quia primi sunt verbis disiuncti, secundi vero re, ac verbis coniuncti, & num. 53.*

52 *Verbalis coniunctio a verborum figura dependet.*

54 *Vocatio per collectivam non destruitur ex verbis relativis ad personas propriis nominibus expressas.*

55 *Verbum* eosdem *est relativum.*

56 *Relativum* dictos *censetur adiectum gratia demonstrationis.*

57 *Vocati per collectivam, licet statim gratia maioris declarationis nomina singulorum exprimantur, tamen per modum unius considerantur; & ad unam tantum portionem admittuntur.*

58 *In conflictu relati, & referentis inter se discrepantium, attenditur referens, quando procedit a personis habentibus facultatem disponendi.*

59 *Relatio supplet id, quod deficit in referente, sed non corrigit, vel immutat id, quod in ipso clare exprimitur.*

60 *Verba demonstrative prolata non disponunt.*

61 *Ideo dispositionem alias factam non corrigunt.*

62 *Ratio Textus in Leg. Lucius 90. §. Lucius il p. ff. de legat. 2. non consistit in verbis relativis, sed in eo, quod* Seia *specialiter nominata erat de libertis.*

63 *Et solum ratione maioris declarationis fuerat specificata.*

64 *Contrariæ authoritates reprobantur, & declarantur.*

65 *Regula, quod vocati per collectivum, cum tertio proprio nomine, admittantur ad unicam tantum portionem, nec fiat divisio in viriles, limitatur ex coniecturis.*

66 *Una est coniectura, si agatur de personis maximopere dilectis.*

67 *Contra quod argumentum a prædilectione sit debile, & periculosum.*

68 *Et absolute non operatur, quando prædilectio arguitur ex actu diverso, & diversa dispositione.*

69 *Ma-*

69 *Maxime accedente rationis diversitate.*

70 *Quaecumque etiam levissima ratio diversitatis tollit argumentum desumptum a praedilectione.*

71 *A praedilectione in commodo bursali non infertur ad praedilectionem in iure mere onorifico, & spirituali.*

72 *Argumentum a praedilectione desumptum non concludit, quando nimis probaret.*

73 *Alia est coniectura, si agatur de personis benemeritis.*

74 *Limita, si benemerentia sit expressa, & remunerata in actu praecedenti, tunc enim ex ea inferri nequit ad vocationem in viriles in dispositione posteriori, & diversa.*

75 *Alia coniectura resultat ex dictione* similiter *equalitatem importante.*

76 *Dictio* similiter *aequipollet dictioni* aequaliter. *Declara ut num. 78. & seqq.*

77 *Stante dictione* aequaliter *omnes tam collectivo, quam proprio nomine vocati admittuntur ad virilem.*

78 *Dictio* similiter *aequipollet dictioni* aequaliter *ad effectum inducendae simultaneae vocationis inter plures, qui alias vocati praesumerentur ordine successivo, & n. 84.*

79 *Secus quoad effectum dividendi quotas rei, ad quam plures vocantur, & n. 85. & 88.*

80 *Dictio* aequaliter *proprie refertur ad distributionem in capita.*

81 *Et sui natura est distributiva, & divisiva.*

82 *Secus dictio* similiter, *quae est solum repetitiva praecedentium cum suis qualitatibus.*

83 *Et quandoque solius substantiae actus sine qualitatibus, & conditionibus.*

86 *Dictio* similiter, *ultra repetitionem, inducit etiam aequalitatem.*

87 *Declara, quod haec aequalitas intelligatur inter terminum a quo, & ad quem, secus inter partes eiusdem termini a quo.*

89 *Item declara, quod importet aequalitatem non ex propria natura, sed in vim repetitionis.*

90 *Ideo apposita inter plures vocatos collective, & alium vocatum proprio nomine, importat aequalitatem coniunctam, & solidalem non divisam, & distributam in partes.*

91 *Dictio* aequaliter *opposita inter duo corpora, vel nomina appellativa importat aequalitatem non inter personas, sed inter corpora.*

92 *Praesentatio facta pro sua rata, & portione censetur facta pro eo iure, quod praesentanti competit.*

93 *Praesentationes successivae, clarae, univocae, & specificae, declarant praecedentes dubias, & genericas.*

94 *Praesentatio non dicitur effectum sortita mediante institutione referibili ad praesentationem aliorum patronorum.*

95 Prae-

95 *Præsentationes ineffectuatæ non suffragantur ad effectum acquisitionis quasi possessionis favore illius, de cuius iurepatronatus, & possessione non constat.*

96 *Secus ad effectum conservandi quasi possessionem, vel declarandi voluntatem eius, de cuius pertinentia iurispatronatus, vel quasi possessione constat, si expresse reiectæ non fuerint, et n. seqq.*

98 *Præsentatus suo facto præiudicare nequit Patronis in possessione vel proprietate.*

99 *Immo nec ipse Patronus sibi præiudicat, si quid fecit cum clausula præservativa in petitorio, & possessorio.*

100. *Iudex in iure ex officio supplere tenetur.*

101 *Regula, de qua supra n. 1. et 2. non procedit, quando nomini appellativo adiecta est aliqua dictio distributiva.*

102 *Dictio* cuiuslibet *est distributiva.*

103 *Dictio* cuiuslibet *adiecta progressui vocationis non qualificat ingressum, et n.* 106. *et* 107.

104 *Vocatio hæredum honorati censetur facta ordine successivo, & per posterius, & de ratione n. seqq.*

105 *In vita nemo habet heredes.*

107 *A qualitate posita in progressu argui nequit ad illius repetitionem in ingressu.*

108 *Maxime attenta rationis diversitate, quæ repetitionem excludit.*

109 *Prout etiam pariformem determinationem.*

110 *Diversitas rationis inter ingressum, & progressum in quo consistat. & nn. seqq.*

111 *Inter coniunctos postquam fuerunt admissi concursu, partes fiunt.*

112 *Idemque procedit inter plures collectivo nomine vocatos.*

113 *Distributiva inter hæredes cuiuslibet ex coniunctis continet expressionem eius, quod de iure inest.*

114 *Verisimile est, disponentem voluisse id, quod magis iuri consonum est.*

115 *Dictio distributiva ad hoc, ut divisionem in viriles importet tam inter coniunctos, quam inter coniunctos, & disiunctum, requiritur quod omnes includantur sub unica oratione, et clausula.*

116 *Secus, si orationes, & clausulæ sint diversæ, & in prima vocentur coniuncti cum dictione distributiva, in alia vero tertius disiunctus absque distributiva.*

117 *Clausulæ, & orationes dicuntur diversæ, si prius sub uno verborum compendio complicantur cuniuncti, & postea in alia clausula vocetur disiunctus.*

118 *Item resultat diversitas orationum, & clausularum, ex dictione* &, *nec non dictione* similiter *interiectis, quæ sunt initiativæ novæ orationis, et n. seqq.* 119.

120 *Item*

120 *Item ex discontinuatione orationis per intermediationem vocationis personarum, quæ debent succedere ordine successivo, non simultanee.*

121 *Amplia, ut stantibus prædictis, orationes, & clausulæ dicantur diversæ, etiam si in una ex eis deficiat repetitio verbi, quod tamen ad orationis perfectionem inducendam de necessitate sit subintelligendum.*

Roposito dubio, an sententia Reverendiss. D. Vicarii Generalis Aretini, decernens institutionem in simplici Beneficio S. Nicolai de Tolentino favore Reverendi Petri Pauli Fiacchi ad exclusionem Reverendi Antonii Hieronymi Ceccarelli, esset confirmanda nec ne; Cum illius resolutio penderet a computatione vocum faventium uni, vel alteri ex præsentatis, post maturam Causæ discussionem, comperto maiorem partem assistere Rev. Petro Paulo, uniformi suffragio retulimus sententiam esse confirmandam.

In primis enim censuimus d. Reverendum Petrum Paulum, utpote præsentatum a Confraternitate Terræ Floriani, habere medietatem vocum integri iurispatronatus; Siquidem Angelus del Cino postquam in instrumento diei 24. Martii 1466. a Nativitate ex rogitu Ser Agapiti Andreæ Francisci de Castilione omnia bona sua immobilia sita in Castro, & Curia Floriani, iuraque, & actiones eorumdem bonorum immobilium donavit octo Personis, earumque hæredibus in instrumento expressis, cum onere inter cætera iisdem Donatariis iniuncto, erigendi intra annum post mortem Donatoris in Plebe S. Martini de Floriano unam Cappellam sub titulo S. Nicolai de Tolentino cum dote quorundam bonorum ibidem descriptorum, statim die sequenti per aliud publicum instrumentum ex rogitu eiusdem Notarii, Iuspatronatus dictæ Cappellæ reservavit hoc modo, videlicet = in perpetuum spectet, & pertineat ad dictos suos Donatarios, & Successores, & eorum, & cuiuslibet eorum, Donatariorum hæredes, & similiter Gubernatoribus Fraternitatis Castri Floriani.

Quamobrem cum Confraternitas sit vocata nomine proprio, Donatarii vero nomine appellativo, vel collectivo, sintque propterea re, ac verbis coniuncti, pro unica persona reputantur, ac propterea tantam partem simul habere debent, quantam Confraternitas de per se, & sic una medietas spectat ad Donatarios, altera vero ad Confraternitatem ad *Textum in Leg. interdum in princ. & in Leg. liber homo 59. § Titius il primo ff. de hæred. instituen. et in* 1

Leg. si pater 9. *ff. de vulg. et pupill. et in Leg. si quis* 8. *ff. de usufruct accresc. & in Leg. final. C. de impub. et aliis substit. Clar. in* §. *testamentum qu.* 8. *n.* 7. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 18. *num* 19. *& seqq. Crass. in* §. *testamentum qu.* 20. *n.* 15. *Simon de Præt. de interp. ultim. volunt. lib.* 3. *interpret.* 1. *dubit.* 5. *solut.* 1. *num.* 5. *pag.* 201. *Mart. Medic. examinat.* 33. *num.* 5. *& seqq. Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 6. *& seqq. Fusar. de substit. qu.* 427. *num.* 15. *Gratian. discept. forens. cap.* 70 *num.* 60. *& ibi Carol. Anton. De Luc. in addit. n.* 10 *Bellon. in iure accrescen. cap.* 5. *qu.* 35. *num.* 1. *& seqq.* &
2 in nostris præcisis terminis vocationis ad iuspatronatus *Iason in Leg. si pater* 9. *num.* 3. *&* 4. *ff. de vulgar. & pupill. Dec. cons.* 122. *per tot. Gonzalez ad regul. Cancellar.* 8. *gloss* 3. *num.* 17. *Rocc de Curt. de iurepatronat. verbo ipse, vel is n.* 8. *Gratian. d. discept.* 70. *num* 15. *Lambertin. de iurepatron. lib.* 1. *par.* 2. *qu.* 1. *artic.* 28 *num* 1. *& seqq. pag. mihi* 109. *secundum impressionem Lugduni. Vivian. eodem tractat. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 67. *De Luc. eodem tract. disc* 34. *num.* 3. *Piton. controv. patron. allegat.* 100. *num.* 103. *Fargn. de iurepatronat. par.* 2. *can.* 3. *cas.* 5. *num.* 1. *Barbos. vot decis.* 121. *num.* 1. *& seqq. lib.* 3. *Rot. dec.* 408. *n.* 1. *& seqq. & dec.* 770. *n.* 1. *& seqq. par.* 1. *divers. dec.* 308. *n.* 1. *par.* 2. *& dec.* 662. *n.* 1. *par.* 3. *recent. cor. Crescent. dec.* 3. *num.* 2. *& dec.* 4. *de iurepatron. Mantic. dec.* 275. *n.* 2. *Cavaler. dec.* 551. *num.* 4. *Coccin. dec.* 1882. *num* 5. *et* 6. *& coram Eminentiss. Falconer. tit.* 19. *de iurepatronat. & Cappell. dec.* 37. *n.* 6. *& in Cremonen. Beneficii* 9. *Martii* 1714. § *hoc cor. Lancett.* confirmata 4. *Februarii* 1715. § *nec maior cor. Cerro*, qua con-
3 clusio procedit etiam in vocatione per duo nomina appellativa, vel collectiva, iuxta *cons. Roman.* 99. *num.* 1. *& per tot. Iason. in Leg. fin. num.* 9. *Cod. de impub. et aliis substit. Soccin. iun. cons.* 104. *num.* 17. *&* 18. *lib.* 1. *De Luc ad Gratian. discept.* 70. *n.* 10 *vers. qua ratione, Tondut. Resolut. canonic.* 32. *num.* 15. *Rot. dec.* 770. *num.* 2. *par.* 1. *divers.*

4 Diviso itaque hoc iurepatronatus non in duodecim uncias, prout regulariter dividi solet §. *Hæreditas instit. tit. de hæred. instituen.* sed facilioris calculi, & computationis gratia in sexdecim,
5 ut quandoque fieri oportere probat Textus in §. *Non autem instit. tit. de heredib. instituend. & in Leg. interdum* 13. § *Pater familias & § sed si duos ff. eod. tit.* præfatus Reverendus Petrus Paulus ex iuribus Confraternitatis habere dicitur octo voces ex dictis sexdecim, aliæ vero octo, utpote spectantes ad octo Donatarios, ac respective una ex eis ad quemlibet ex Donatariis, partim suffragantur eidem, & accrescunt medietati Confraternitatis,

par-

partim vero, licet suffragantes Reverendo Antonio Hieronymo ab aliquibus ex hæredibus dictorum Donatariorum præsentato, redduntur inefficaces, stante suffocatione, quæ de minori parte fit a maiori, ut in sequentibus decisionibus demonstrabitur.

Ad excludendam vero medietatem d. Iurispatronatus penes Confraternitatem DD. Informantes pro Rev. Ceccarello non impugnabant veritatem theoricæ ex *d. Leg. interdum*, at illius applicationem dumtaxat excludere conabantur ex pluribus.

Et primo ex quo Iuspatronatus non fuerat eodem tempore reservatum Donatariis, & confraternitati, sed confraternitas per viam additionis nominata fuerat a Donatore die sequenti post demandatam Cappellæ erectionem, in quibus terminis nonnisi ad virilem cum singulis Donatariis aspirare posse contendebant au- 6
thoritate, *De Luc. de iurepatron. disc.* 34. *num.* 5. *&* 6. *& Rota cor. Burat. dec.* 481. *per tot.* & signanter *n.* 2. *& seqq.*

Verum enim vero, omisso examine circa subsistentiam huius conclusionis, & intelligentiam authoritatum, quæ pro ea allegantur, quibus non parum adversari videtur authoritas, *Abb. in cap.* 7
Pastoralis in fin. princ. de rescript. Roman. cons. 99. *sub num.* 1. *vers. tertio*, *Lotther. de re benefic. lib.* 2. *qu.* 11. *num.* 129. placuit responsio, obiectum in facto corruere, quia licet Confraternitas non sit nominata in instrumento donationis, sed in alio postridie confecto, tamen ad iuspatronatus venire dici non potest per viam additionis, sed ex integro, & æque principaliter cum octo Donatariis. Et ratio est, quia Donatariis non reservatur iuspatronatus in instrumento donationis, in quo solum præscribitur erectio Cappellaniæ, nulla de iurepatronatus facta mentione, sed hæc reservatio fit solum die sequenti per aliud instrumentum tam favore Donatariorum, quam favore Confraternitatis, ac propterea omnes simultanee, ac eodem tempore ad hoc iuspatronatus sunt vocati.

Neglecta replicatione, quod cum mediante donatione Donatarii rerum donatarum dominium nacti fuissent, & ex illis dos Cappellaniæ erigendæ costituenda foret, ideo absque alia reservatione iuspatronatus ex fundatione, & dotatione fuisset illis ac- 8
quisitum, ad textum in *cap.* 3. *et cap. nobis de iurepatron.* ubi communiter scribentes. *Vivian. de iurepatron. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 35. *et cap.* 9. *num.* 8. *De Luc. de iurepatron. disc.* 55. *num.* 1. *et seqq* quamvis fundatio fieret de mandato, & præcepto Donatoris, *De Luc. de iurepatron. d. disc.* 55. *num.* 13. *Rot. decis.* 167. 9
num. 5. *et* 6. *par.* 2. *divers. et cor. Cerro dec.* 621. *num.* 9.

Satis enim constitit ex lectura instrumenti donationis, nec dotationis, nec fundationis actum attribui posse Donatariis, sed

potius Donatori; Non quidem dotationis, quia cum donatio om-
nium bonorum immobilium sitorum in Castro Floriani, eiusque
Communi facta foret = Cum infrascriptis reservationibus modis
= & conditionibus, & oneribus = & inter onera inferius expres-
10 sa, adsit illud erigendi Cappellam cum assignatione certorum bo-
norum pro dote, sequitur, huiusmodi bona Cappellæ assignanda,
numquam fuisse in donatione comprehensa, sed ab ea usque ab
initio exceptuata vigore clausulæ = cum infrascriptis reservationi-
= bus = & sic in dominio Donatoris permansisse, *Beniell. cons.*
23. *num.* 26. *et* 27. *et num.* 63. *et* 64. *De Luc de fideicom. disc.*
58 *sub num.* 7. *vers. secundus casus*, *et vers. tertius est casus.*, *Cu-
tell. de donat. disc.* 2. *par.* 2. *num.* 40. *Rot. dec.* 771. *n.* 2. *par.*
2. *dec.* 464. *n.* 3. *par.* 19. *rec. et cor. Seraphin. dec.* 1303. *n.* 11.

Indubitantius, attentis illis verbis consignationi bonorum
11 adiectis „ ibi „ quæ dictus Angelus ex nunc, prout ex tunc dat,
= & consignat, & consignari voluit dictæ Cappellæ &c. „ si enim
ipse Donator est, qui dat, & consignat, ergo est dominus, quia
nemo dat, quod non habet, & si ipse est dominus, ergo domi-
12 nium non est translatum in Donatarios, cum penes duos in so-
lidum dominium eiusdem rei esse non possit, *Leg. si ut certo* §.
si duobus vehiculum ff. commodati Leg. 3. §. *ex contrario ff. de ac-
quiren. possess. Soccin. regul.* 135. *Tusch. pract. conclus. lit. D. con-
clus.* 609. *num.* 1. *&* *conclus.* 429. *num* 8. ac propterea ista bona
cadunt sub reservatione, seu exceptuatione donationis. Præterea
13 si Donator dat Cappellæ *ex nunc*, *prout ex tunc*, quæ clausula
retrotractionem inducit, *Cost. de re integr. dist.* 8. *num.* 2. *Ricc.
collectan.* 71. *Mans. cons.* 434. *num* 11. *Altograd. contr.* 95. *num.*
67. *Rot. dec.* 770. *num.* 3. *par.* 3. *et dec.* 74. *n.* 3. *par.* 6. *rec.*
14 *cor. Merlin. dec.* 568. *num.* 32. ergo dominium censetur acquisi-
tum Cappellæ a die contractus, *Altograd. cons.* 32. *num.* 13. *lib.*
1. *Barbos. dict.* 61. *num.* 2. *Ricc. collect.* 71. *vers. et an apposita.*
De Franch. dec. 213. *num.* 1. *Tiraquell. de iur. constit. possessor.
par.* 3. *limit.* 2. *num.* 16. *& de retract. convent.* §. 2. *gloss. unic.
num.* 86 *Mans cons.* 434. *n.* 11. *Capyc. latr. cons.* 16. *n.* 21.

Sed quatenus, his non obstantibus, dominium etiam dicto-
rum bonorum dici posset translatum in Donatarios, non ideo ta-
men sequeretur illatio, donationem factam fuisse ex bonis Do-
15 natariorum, quia saltem ad eos pervenisset temporaliter resolubi-
liter, & cum onere restitutionis favore Cappellæ; unde dotatio
16 collata in tempus resoluti dominii Donatariis attribui non posset
uti dominis, sed uti nudis ministris, sive executoribus, prout di-
ci solet de gravato restituere uni de familia, qui, licet ante tem-
17 pus restitutionis sit dominus, tamen eo adveniente, dominium
resol-

resolvitur, & evadit nudus minister; ex quo fit, ut electum, seu 18
a Testatore vocatum, nullo onere gravare possit, cum non ab
eo, sed a Testatore electus capere censeatur ad *Textum in Leg.
unum ex familia §. sed et si fundum ff. de legat.* 1. *Fusar. de* 19
substit. qu. 511. *n.* 6. *et* 7. *Molin. de primog. Hispan. lib.* 2. *cap.*
4. *n.* 11. *Mans cons.* 390. *num.* 2. *&* 3. *Paz de tenut. par.* 2.
cap. 59. *n.* 18. *Tondut. resolut. civil. cap.* 50 *n.* 34. *&* 35. *No-
guerol. alleg.* 20. *num.* 94. *Palm. Nep. alleg.* 366. *num.* 10. *Cam-
marat. respons. legal.* 25. *n.* 67. *Fontanell. dec.* 467. *n.* 1 *Adden.
ad Ubald. dec.* 1. *vers. electum*, *Rot. Senen. apud Palm. Nep. al-
leg.* 370. *num.* 21.

Atque hinc emergit, quod nec fundationis actus referri pos- 20
sit Donatariis, adeo ut ad eos iuspatronatus iure proprio spectas-
se, dici possit, quia cum ad hanc fundationem de necessitate pro-
cedere tenerentur, & ex precepto, & mandato Donatoris, & sic
vicem gererent executoris, & ministri, subintrat vulgata iuris re-
gula, quod actus non tribuitur exequenti, sed mandanti, quodque
propterea eidem iuspatronatus acquiritur, ut generalibus omissis 21
in specie observat *De Luc. de iurepatron. disc.* 55 *n.* 12. *& sub
num.* 13. *vers. attamen*.

Neque turbant authoritates in contrarim allegatæ, quia so-
lum firmant, quod hæres, qui non voluntarie, sed in executio- 22
nem præcepti sui authoris, fundat Cappellam, acquirat iuspatro-
natus, nisi expectet præcisam coactionem, sed sponte authoris sui
voluntatem adimpleat; sed non dicunt, quod talis acquisitio fiat
ab hærede iure proprio, non vero titulo hæreditario, ideo intel-
ligi debent ad iuris terminos; quod nimirum ex fundatione or-
dinata a Testatore iuspatronatus eidem acquiratur, ac deinde tran-
seat in eius hæredem, nisi in casu, quo ipsemet hæres fuerit ne-
gligens in adimplenda voluntate defuncti, & expectaverit se com-
pelli, tunc enim efficitur indignus iurispatronatus, quod ad ip-
sum tali casu non transit, licet alias transiret, ut bene illas de-
clarat *De Luc.* loco supracitato.

Præterea cum de tempore celebrati secundi instrumenti, in
quo adest reservatio simultanea iurispatronatus favore Donatario- 23
rum, & Confraternitatis, fundatio, & erectio Cappellæ nondum
sequuta foret, impossibile, ac inperceptibile redditur, quod Dona-
tarii ex ipsomet actu fundationis, & dotationis, iuspatronatus
acquisivissent, & sic ante Confraternitatem, quodque illa propterea 24
per viam addictionis vocata fuerit, quia cum non entis nullæ
sint qualitates *l. eius qui in provincia vers. quoniam ff. si certum
petat. l. Pomponius §. final. ff. de acquiren. possess. Tusch. pract.
conclus. litt. E. concl.* 6. *num.* 1. *Rot. dec.* 228. *n.* 1. *par.* 2. *rec.*

si tunc Cappella nondum erat in rerum natura, nec etiam adesse
25 se poterat penes aliquem iuspatronatus; potissime quia cum illud sit effectus fundationis, & dotationis, absurdum est dicere, quod fuisset inesse deductum ante causam illius productivam, *Rot. dec.* 251. *n.* 28. *par.* 19. *rec.*

Certoque certius cum pro acquisitione iurispatronatus ex iustitia mediante fundatione, dotatione, vel solo, præcisive a reservatione expressa, requiratur, quod aliquis ex dictis tribus acti-
26 bus sit expletus de consensu Ordinarii ad *Text. in cap. nobis de iurepatronat.* ubi communiter Canonistæ, *De Luc. de iurepatronat. disc.* 55. *num.* 4. *Rot. cor. Buratt. dec.* 1. *n.* 6. & ibi *Adden. n.* 23. *Fagnan in d. cap. nobis n.* 4. *Piton. contr. patron. alleg.* 37. *num* 3. *Lotther. de re benefic. lib.* 2. *qu.* 7. *n.* 2. *Tondut. qu. canonic. par.* 2. *cap.* 4. §. 9. *n.* 15. *et* 17. qui consensus sicuti nondum intervenerat, quia nondum venerat casus erectionis Cappellæ, ita nondum fuerat iuspatronatus acquisitum nec Donata-
27 riis, nec ipsi Donatori; advento autem tempore erectionis, & consensu interposito, retrotractio illius in præiudicium tertii, nempe Confraternitatis medio tempore ad iuspatronatus invitatæ fieri non potuisset ex firmatis per *Rot. dec.* 264. *n.* 5. *et* 6. *et dec.* 277. *n.* 8. *et seqq cor. Bich.*

Nec prodesse valuit replicatio, quod etsi fundatio, & dotatio tribuenda, & referenda esset Angelo donatori, non autem Donatariis, utpote ab ipso ordinata, & ex bonis in eius dominio existentibus, & in ipso primordio donationis ad id destinatis, adeo ut originalis iurispatronatus acquisitio in eius persona
28 resideret, non autem in Donatariis, tamen cum donatio fuerit universalis, propterea in ipsa inclusum quoque remanserit dictum iuspatronatus, quod cum universitate bonorum transire potuit etiam absque Ordinarii consensu ex firmatis per *Illustriss. Dom. Audit. De Comit. dec. Flor.* 33. *n.* 17. & sic semper verum sit, Donatarios prius iuspatronatus acquisivisse, quam Confraternitatem, quæ die sequenti per viam additionis accessit.

29 Quippe donatio revera non est universalis, cum contineat dumtaxat bona immobilia sita in Castro, & Curia Floriani, non autem mobilia, credita, iura, & actiones. *Fontanell. de pact. nuptial clauf.* 21. *par.* 2. *num.* 43. *Mantic. de tacit. et ambig. lib.* 13. *tit.* 29. *n.* 3. *De Luc. de donat. disc.* 23. *num.* 3. *Peguer. dec.* 141 *num.* 2. *et* 3. *Rot. dec.* 387. *num.* 18. *par.* 11. *rec. et coram Zarat. dec.* 118. *num.* 5. *Coccin. dec* 206. *num.* 10. *et seqq. Cerr.*
30 *decis.* 456. *num.* 2. prout in similibus terminis fideicommissi receptum est, quod ad stabilia restrictum, sit particulare, non autem universale, *De Luc. de legat. disc.* 63. *n.* 5. *Gratian. discept.*

forens.

forens. cap. 404. *num.* 17. *Mans. cons* 38. *num.* 2. *et seqq. tom.* 9. *Merlin. de pign. lib.* 5. *tit.* 1. *qu.* 15. *num.* 29. *et seqq. Fusar. de substit. qu.* 268. *num.* 4. *Magon. dec. Flor.* 16. *num.* 20. *Urceol. dec.* 34. *num.* 1. *Venturin. dec.* 35. *num.* 5. *Rot. nostr. apud Palm. Nep. alleg.* 399. *num.* 2. *Rot. Rom. dec.* 12. *n.* 35. *par.* 10. *decis.* 330. *num.* 27. *par.* 18. *rec. et cor. Ludovis. dec* 26. *num.* 3. ac propterea in donatione ita concepta includi nequit iuspatronatus 31 ut in puncto puncti late fundat *Piton. controv. patron. alleg.* 79. *per tot.* apud quem concordantes.

Et quamvis etiam de iuribus, & actionibus mentio facta fuerit in casu nostro, tamen quia talis mentio iurium non est pariter universalis, sed particularis ob relationem, & restrictionem ad iura, & actiones cohærentes bonis immobilibus ibi *iura, et actiones dictorum bonorum immobilium ec.* Iuspatronatus, 32 quod bonis non adhæret, in ea non includitur, ut in individuo similis expressionis firmant *Lambert. de iurepatron. lib.* 1. *par.* 2. *qu.* 5. *artic.* 14. *sub num.* 12. *pag. mihi* 133. *t. secundum impressionem Lugduni* 1579. quem refert, & sequitur *Piton. dict. allegat.* 79. *n* 12. *& Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 39. *n.* 37.

Præsertim attenta expressione loci, seu ubicationis bonorum „ ibi „ sita in dicto Castro, & Curia Floriani „ per quam clarius 33 excluduntur ea, quæ non circumscribuntur loco, qualia sunt iura incorporalia, & actiones, *Leg. Caius in princ. ff. de legat.* 2. 34 *Bellon. cons.* 5. *sub num.* 17. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 29. *num.* 5. *Tiraquell ad Leg. si unquam verb. bona num.* 13. *Cod de revocand. donat. Fontanell. de pact. nupt claus.* 4. *gloss.* 21. *par.* 2. *num.* 40. *Gabriel. commun. conclus. tit. de verb. significat. concl.* 7. *n.* 13. *Peguer. dec.* 141. *in fin. Rot. dec.* 228. *n.* 9. *par.* 35 7. *& dec.* 283. *num.* 14. *& seq. par.* 11. *rec. & cor. Royas dec.* 282. *num.* 8. & signanter iuspatronatus, cui tamquam rei spirituali circumscriptio localis minus adaptatur, *Lotther. de re benefic. lib.* 2. *qu.* 90. *num.* 52. *Salgad. labirinth. credit. par.* 3. *cap.* 5. *num.* 24. *vers. quidquid sit. Fagnan. in cap. ex literis num* 23. *& seqq. de iurepatronat. & n.* 46. *Rot. cor. Seraphin. decis.* 725. *sub num.* 1. *vers. & Decius.*

Et ulterius dato etiam, quod omnia bona, & iura simpliciter, 36 & absolute donata fuissent, tamen hæc universalitas iuxta veriorem sententiam, utpote restringenda ad bona, & iura præsentia, iuspatronatus postea a fundatione, & dotatione acquirendum, tamquam ius futurum, & de tempore donationis in bonis Donatoris nullatenus existens comprehendere non potuisset, *Leg. si ita ff. de aur. & argent. legat. Mantic. de tacit & ambig. lib.* 13. *tit.* 25. *num.* 9. *Andreol. contr.* 2. *num.* 1. *& contr.* 229. *n.* 4. *Gra-*

4. *Gratian. discept. forens. cap.* 98. *num.* 21. *Molin. de primogen. Hispan. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 13. *Mans cons.* 28. *num.* 14. *Torr. de pact. futur. success lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 67. *Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.* 8. *n.* 90. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 21. *par.* 2. *num.* 23. *&* *dec.* 397. *num.* 20. *Mart. Medic. in addit. ad dec.* 36. *num.* 4. *Thesaur. dec.* 199. *n.* 1. *& per tot. Rot. dec.* 7. *num.* 2. *coram Buratt.*

Atque ex premissis suo marte ruit etiam obiectum exclusivum in totum iuris Confraternitatis, ex quo Donator post per-
37 fectam donationem non potuisset præiudicare primis Donatariis. addendo novam personam, quæ ad iuspatronatus fruitionem cum illis concurreret ad textum *in L perfecta C. de donat. quæ sub mod. Fargna de iurepatron. par.* 1. *can.* 6. *cas.* 7. *num.* 9. *& par.* 2. *canon.* 16. *& seqq. cas.* 3. *n.* 14. *fol.* 299.

Tum quia, ut patet ex dictis, iuspatronatus in donatione comprehensum non fuerat; Tum quia argumentum in omnem casum nimis probaret, nempe quod Confraternitati nullum ius, nec pro dimidia, nec pro virili competeret, cum tamen oppositum convincat tam sententia Vicarii Generalis Aretini anni 1631. declarans huiusmodi iuspatronatus inter alios patronos spectare etiam ad Confraternitatem, quam observantia plusquam centenaria resultans ex præsentationibus continuatis, in quibus
38 semper Confraternitas fuit admissa, unde illius titulus hodie est prorsus incontrovertibilis, ad notata in specie per *Piton. controv. patron. alleg.* 59. *& alleg.* 60. *per tot. De Luc de iurepatr. disc.* 57. *num.* 31. *vers. bene verum*, *& disc.* 65. *num.* 4. *Ansald. in addit. ad dec.* 38. *num.* 15. *&* 18. *Rot. dec.* 218. *n.* 12. *& seqq. par.* 6. *dec.* 29. *per tot. par.* 7. *rec. coram Benincas. dec.* 297. *n.* 7. *& cor. Emerix iun. dec.* 1188. *n.* 2. *&* 3.

Secundo loco applicatio memoratæ theoricæ impugnabatur ex eo, quod Donatarii vocati fuissent ad iuspatronatus cum dictione illa relativa *dictos* „ ibi „ spectet, & pertineat ad dictos = suos Donatarios „ vim habente specialis expressionis, & speci-
39 ficationis nominis singulorum, adeo ut sicuti vocatis pluribus proprio nomine omnes concurrunt pro virili, *Angel. in L. ultim. in princ. vers. sed quando Cod. de impub. & aliis subst. Ruin. cons.* 97 *num.* 12. *&* 15. *lib.* 2. *Soccin. iun. cons.* 104. *num* 21. *lib.* 1. *Gabriell. cons.* 130. *num.* 11. *in fin. & num.* 12. *lib.* 1. *Fusar. de substit. qu.* 477. *num.* 35. *& num.* 44. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 18. *n.* 26. *Barry de success. lib.* 2. *tit.* 7 *n.* 7. *Bellon. de iur accrescend cap.* 5. *qu.* 35. *num.* 29. *Raudens. dec. Pisan.*
40 3. *num.* 256. ita concurrere deberent in hypothesi, dum speciali expressioni æquipollet relatio ad personas alias specificatas, & sin-

singillatim enumeratas allegando ad id textum in *Leg. Lucius* 90. §. *Lucius il prim. ff. de legat.* 2. *Barry de success. lib.* 2. *tit.* 7. *sub num.* 12. *vers sed quid si in substitutione*, *Altograd. cons.* 54. *num* 17. *lib.* 1.

At illud quoque obiectum repertum fuit iuris assistentia destitutum. Nam ad effectum, de quo agitur, non eadem est virtus nominationis singularum personarum expressæ, ac per relationem. Quod ut elucescat, advertendum est, relationem tria 41 inducere primo nempe comprehensionem, unde dici solet, quod ea omnia insunt in referente, quæ in relato continentur, *Rocc. select. iuris disput cap.* 31. *num.* 39. *Rot. dec.* 314. *num.* 16. *par.* 5. *dec.* 411. *n.* 15. *par.* 19. *rec. & cor. Merlin. dec.* 654. *n.* 3. quodque relatum est in referente, vere, & proprie cum omnibus 42 suis qualitatibus, *Tusch. pract. concl. litt. R. concl.* 129. *num.* 1. 7. & 11. *Rot. dec.* 35. *num.* 6. *par.* 1. & *dec.* 194. *num.* 49. *par.* 5. *recent.*

Secundo certificationem, & ideo quoties certificatio requiritur, sufficit etiam illa, quæ resultat ex relatione ad aliquid 43 certum, *Leg. Teopompus ff. de dot. prælegat. Cyriac. controv.* 321. *num.* 44. *Tusch pract. concl. litt. R. concl* 129. *num.* 7. *Actolin. resol.* 41. *num.* 60. *Posth. de subhast. inspect.* 44. *n.* 54. *Rot. decis.* 125. *num.* 11. *par.* 12. & *dec.* 343. *num.* 12. *par.* 17. *rec.* Tertio demum expressionem, ex quo profluit conclusio, quod censetur expressum in referente, quicquid exprimitur in relato *Al-* 44 *tograd. seu. cons.* 58. *num* 46. *lib.* 1. *Barz. dec. Bononien.* 96. *n.* 34 *Rot. Lucen. apud Samminiat. contr.* 69. *num.* 40. *Rot. Roman. d. dec.* 125. *num.* 10. *par.* 12. *rec.*

Quod attinet ad comprehensionem, & certificationem, relatio effectum suum operatur vere, & proprie, & ideo personæ contentæ in relato vere, & proprie includuntur in referente, & sunt 45 eodem modo certæ, ac si in ipso referente singillatim specificatæ forent: & in his terminis, & ad istos effectus, vera est propositio, quod paria sunt omnino aliquid exprimi ad literam, vel per relationem ad aliud; sed quoad expressionem, aliter se res habet, ubi vis est præcise in ipso modo exprimendi, seu in for- 46 ma verborum, non autem in comprehensione, vel certificatione; ad hunc enim effectum singularis expressionis relatio non operatur vere, & proprie, sed solum ficte, & improprie, *Aretin. in Leg. pluribus num.* 1. *ff de verb. obligat. Sebast. Medic. de regul. iur. regul.* 10. *num.* 46 & *num.* 55. & rursus in calce *post num.* 125. *num.* 38. *Tiraquell. ad Leg. connub. Leg.* 16. *gloss* 7. *verb. contracter n.* 187. 195. & 197. *Gipz. in addit. ad Capyc. Latr. observat.* 67. *sub num.* 8. & *seqq. Manfrell. ad eumdem*

dec.

de succession. lib. 2. *tit.* 7. *n.* 1. *& lib.* 13. *tit.* 1. *n.* 3 *Crass. in* § *ius accrescendi qu.* 6. *num.* 3. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 159. *num.* 17. *Gratian. discept. forens. cap.* 533. *sub num.* 13. *&* 14. *Mantic. de coniect. lib* 10. *tit.* 3. *num.* 8. *Mart. Medic. exam.* 33. *num.* 7. patet ad oculum, quod vis determinandi alterutrum precise pendet a verborum figura, & compendio, seu modo expressionis, sicuti ab eo prorsus derivat verbalis coniunctio, quæ potest induci, & removeri, facta solum mutatione corticis verborum, *Leg. triplici ff. de verbor. significat. Leg. re coniuncti* 87. *vers. item verbis ff. de legat.* 3. late *Bellon. de iur. accrescend. cap.* 5. *quæst.* 16. *num.* 1. *& pluribus seqq.* ubi concordantes. 52

Et quia utcumque respectu substantiæ dispositionis, idem sit vocare Donatarios prædictos, ac vocare personas Donatariorum propriis nominibus specificatis, cum utroque casu personæ in substantia sint eædem, nec minus sint certæ in uno casu, quam in alio, tamen respectu modi vocationis, seu in formula verborum, inter utramque speciem notabilis adest diversitas; quia in prima, Donatarii vocati per collectivam sunt re, ac verbis coniuncti, quod non contingit in secunda, ideo non mirum, quod relatio hanc diversitatem a verborum conceptu resultantem tollere nequeat, quia nimirum demonstrat quidem idem ac relatum, sed implicite, non autem explicite, & sic coniunctionem non destruit, & quia exprimit idem, quod relatum, sed singularitatem personarum in relato contentarum importat solum ficte, & improprie, ac demum quia æquipollet specificæ nomiminationi quoad comprehensionem, & certificationem non autem quoad expressionis modum, & in iis, in quibus vis in verbis consistit ex authoritatibus supra relatis. 53

Et revera, quod vocatio per collectivam non destruatur per verba relativa ad effectum præcisum, de quo agitur, probat textus literalis in *Leg. si pater* 9. *ff. de vulgar. & pupill.* ubi *Labeo* per hæc verba loquitur » Si Pater Filio impuberi eosdem, » quos sibi, & te unum præterea hæredem instituit, bonorum fi» lii te dimidium, cœteros patris hæredes communiter patris di» midium ita habere, ut unus semissis apud te maneat, alterius se» missis pro iis partibus inter hæredes paternos divisio fiat, qui» bus ex partibus hæreditatem paternam haberent » En igitur quod hæredes tamquam coniuncti, & sub unico appellativo comprehensi admittuntur ad dimidiam cum illo specialiter nominato, & tamen appellativum illud *hæredes* est coniunctum cum dictionibus relativis, ad institutos in hæreditate propria ipsius patris, ut patet ex illis verbis » eosdem, quos sibi &c. instituit » 54 55

quæ

quæ sine dubio sunt verba relativa, *Leg. a filio §. Testator ff de aliment. & cibar. legat. Barbos. de dict. usufrequent. dict.* 143. *n.* 1. *Torr. de maiorat. ital. tom.* 2. *qu.* 36. *num.* 21. *pag.* 174. *Surd. dec.* 125. *num.* 1. *Rot. dec.* 65. *num.* 9. *& dec.* 66. *num.* 13. *in Mantiss. ad De Luc. de fideicom.* ergo quoties nomen est collectivum, vel apellativum præseferens coniunctionem, ob quam plures per modum unius considerantur, nil refert, quod adsint verba relativa, ex quibus singulariter demonstrentur omnes personæ, quæ sub appellativo, vel collectivo continentur, quia nihilominus vice unius funguntur, & dimidiam capiunt in concursu alterius specialiter nominati, & disiuncti; quare cum in præsenti habeamus verbum appellativum Donatarios, relativum *dictos*, naturam appellativi non immutat.

Idque duplici ratione comprobari potest; prima, quia illa dictio *dictos* censetur adiecta gratia demonstrationis, *Torr. de ma-*
56 *iorat. par.* 2. *qu.* 42. *num.* 7. *Altograd. cons.* 54. *num.* 110. *lib.* 1. *Rot. dec.* 377. *num.* 19. *par* 9. *dec.* 268. *n.* 12. *par.* 12. *& dec.* 359. *num.* 20. *par.* 14. *recent.* adeo ut plus operari non valeat, quam si post expressionem illius appellativi *Donatarios* subiecisset Donator, *videlicet Petrum, Franciscum, Bernardum, Paulum &c.* in quibus terminis adhuc procedit conclusio, quod vocati per collectivam, licet statim gratia maioris declarationis nomina singulorum exprimantur, tamen habentur loco unius, & unam tantum partem capiunt, ut in puncto tradunt *Dec. cons.* 320. *& cons.* 382. *per tot. Ruin. cons.* 97. *num.* 10. *usque ad fin. lib.* 2.
57 quos referunt, & sequuntur *Menoch. de præsumpt. lib.* 4 *præs.* 18. *num.* 33. *& seqq Simon de Præt. de interpret. ultim. volunt. lib.* 3 *interpret.* 1. *dubit.* 5. *solut.* 1. *sub num.* 5. *vers. ex quibus pag.* 201. *t. Mart. Medic. exam.* 33. *n.* 10.

Altera, quia cum sit clarum, quod in referente disponens adhibuit verbum appellativum *Donatarios*, & in relato nomina propria expressit, & occurrat dubitari, an successio, sit regulanda ad normam referentis, vel relati in conflictu duplicis scripturæ, quarum una præseferret successionem pro virili, altera vero pro medietate, potius attendendum venit referens, quam relatum
58 quoties, ut in præsenti, referens procedit a personis habentibus disponendi facultatem, *Torre de maior. p.* 2. *qu.* 22. *n.* 7. *pag.* 110. *Amat. dec. March.* 49. *num.* 11. *Rot. cor. Merlin. dec.* 432. *num.* 8. *&* 9. *Caprar. dec.* 126. *num* 11. *&* 12. *& dec.* 312. *num.* 19. *Emerix iun. dec.* 1087. *num.* 4. *in recent. dec.* 315. *num.* 18. *&* 19 *par.* 11. *dec.* 16. *num.* 12. *&* 13. *par.* 17. & magistraliter *in Mantiss. ad De Luc. de fideic. lib.* 10. *dec.* 79. *n.* 6. *&* 7. *tom.* 2. cum relatio suppleat id, quod deficit in referente, sed

non

non corrigat, vel immutet id, quod in ipso clare fuit expressum, ut probant authoritates mox relatæ, & signanter *Rot. cor. Emer. iun. dict. dec.* 1087. *num.* 5. *& seqq.* 59

Potissime, cum verba relationem præseferentia sint prolata per modum demonstrationis, ut iam diximus; quo casu sicuti 60 non disponunt, *Altograd. cons.* 86. *num.* 25. *lib.* 1. *Rot. dec.* 314. *num* 14 *par.* 5. *recent. coram Mantic. decis.* 59. *num.* 10 *& in Mantiss. ad De Luc de credit. lib* 8. *dec* 21. *num.* 10. ita apta non sunt ad tollendam efficaciam nominis collectivi, & mo- 61 dum successionis alterandum, quia ex hoc non tantum resultaret dispositio, sed & quod plus est, dispositio correctoria, seu derogans dispositioni in referente expressæ.

Nec obstat textus ex adverso allegatus in *Leg. Lucius* 90. § *Lucius in prim. de legat.* 2. quia verum est in specie illius 62 textus Seiam specialiter nominatam admitti ad virilem cum libertis, libertabusque vocatis nomine appellativo, at ratio decisionis non consistit in illis verbis relativis adiectis libertis „ ibi „ = quos hoc testamento manumisi „ sed in eo, quod etiam Seia erat de libertis, & comprehensa in collectiva vocatione libertorum, ut patet ex illa ratione statim adiecta post mentionem Seiæ = ita ne de nomine familiæ exeat = & solum gratia maioris de- 63 clarationis testator de illa specialem mentionem fecerat, ut quandoque fieri solet salva ratione recti sermonis de quo est cospicuum exemplum in sacris paginis apud *D. Marcum cap. ultim.* referentem verba Angeli sic dicentis mulieribus = sed ite, dicite = discipulis, & Petro = qui licet esset de discipulis, specialiter tamen fuit nominatus; in qua sane circumstantia, non autem in prædictis verbis relativis fundari textus decisionem, aliis etiam interpetrationibus reiectis, firmat *Soccin. iun. cons.* 104. *num.* 24. *vers. vel secundo & num.* 25. *lib* 1. *Laderch. cons.* 18. *num.* 2. *&* 3 *Duaren. de iur. accrescend. lib.* 2. *cap.* 9. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt* 18. *num* 21. *&* 22. & post *Cuman.* & alios docte de more discusso articulo *Bellon de iure accrescend. cap.* 5. *qu.* 35. *num.* 12. *& seqq.* & signanter *n.* 20. *& seqq.*

Quare curandum non est de authoritate, *Barry de success. lib.* 2. *tit.* 7. *sub.* 12 *vers. sed quid si in substitutione*. Tum quia 64 fundatur in dicta falsa intelligentia *text. in Leg. Lucius* desumpta ex verbis relativis, quem tamen textum ipse quoque aliter explicat supra *n.* 4. *&* 5. Tum quia re vera quæstio, quam proponit, diversa est a specie casus nostri; non enim dicit, quod si adiectum sit expressum nomen appellativum, & ulterius adsint verba relativa, divisio sit facienda in viriles ob vim relationis, sed ponit speciem, quod deficiant expressa nomina appellativa,

& propria, eo quia testator dixerit = substituo hæredes, quos su- = pra nominavi = quæ verba *quos supra nominavi*, palam est, esse relativa, sed ambiguum, an ex illis dicatur facta substitutio nominibus propriis, vel appellativis, & hoc est, quod examinandum proponit „ ibi „ an nominibus appellativis, an propriis vi- = debitur facta = & utraque contraria sententia relata, tandem inclinat, quod censeatur facta nominibus propriis, sed hoc, ut ad sensum patet, a nostra hypothesi est prorsus alienum, quia non dubitatur in contingenti an vocatio sit facta per nomina propria, vel appellativa, cum appellativum *Donatarios* sit expressum in instrumento reservationis iurispatronatus, sed dubitatur an tale appellativum vim suam amittat ob verba relativa eidem adiecta, quod sane *Barry* loco citato nunquam dicere somniavit ut legenti patet.

Tertio tandem afferebantur coniecturæ, ob quas certum est,
65 recedi a natura collectivæ, & fieri æqualem divisionem in viriles etiam inter vocatos appellativo, vel collectivo nomine una cum vocato nomine proprio, ex traditis per *Mantic. de coniect ultim. volunt. lib* 4. *tit.* 10. *sub num.* 9. *Crass in* § *Ius accrescendi qu.* 13. *num* 6. *Gratian. discept. for. cap.* 70. *sub num.* 19. *Bellon. de iur. accrescend. cap.* 5. *qu* 35. *num* 51. *&* 52.

At istæ nobis visæ non fuerunt tanti ponderis, ut recessum a regula suadere possent, sed tamquam leves, æquivocas, & insussistentes, reiiciendas esse censuimus.

Prima enim, quod ageretur de Donatariis consanguineis
66 Fundatoris, eique summopere dilectis, quos non esset verisimile, voluisse honorare minus, quam Gubernatores Confraternitatis ex adductis per *Fusar. de substitut. qu.* 477. *num* 28. *Piton. controv. patron. allegat* 25. *sub num.* 15. *& n.* 16.

Præterquamquod parum urget utpote fundata in argumento sumpto a prædilectione, quod in se satis est debile, & peri-
67 culosum, *Fusar. cons.* 43. *num.* 54. *Peregrin. de fideic. artic.* 11. *num.* 44. *& seqq. Rot. cor. Benincas. decis.* 80 *num.* 12. corruit ex eo, quod æqualis effectio, quam Donator erga suos Donatarios ostendit in donatione, ac respectiva prædilectio respectu con-
68 fraternitatis, quæ in donatione comprehensa non fuit, non est trahenda ad alium casum, & ad aliam dispositionem diversam, qualis est reservatio iurispatronatus, de quo Fundator diversimode disposuit, *Rip. in Leg hæredes mei* §. *cum ita num.* 66. *vers. præterea ff. ad trebellian. Giovagnon respons.* 82. *num.* 35. *Peregr. de fideic art.* 21. *num.* 37. *vers respondeo. Mantic. de coniect. ultim. volunt lib.* 11. *tit.* 20. *sub num.* 21. *vers. est advertendum. Rot. nostr. post Torr. de primog. dec.* 5. *num.* 64.

Acce-

Accedente præsertim ultra diversitatem casus, & dispositio- 69
nis, diversitate rationis, quæ, utcumque etiam levissima, tollit argumentum a prædilectione desumptum, ut post *Ruin. Decian.* 70
& Trentacinq. firmat *Altograd. sen. consʃ. 6. num.* 83. *lib.* 1. quem sequitur *Altograd. iun. controv.* 97. *num.* 41. Diversitas autem rationis tum consistit in eo, quod in reservatione iurispatronatus non agitur de bursali commodo, sed de iure mere honorifico, & spirituali, unde de uno ad aliud argui non valet ex relatis per *Rot. dec.* 100. *num.* 9. *par.* 12. *rec.* Tum quia cum agatur de Confraternitate, & Loco Pio, erga quem Fundator ma- 71
ximam devotionem ostendit præcipiendo in Templo eiusdem destinatis temporibus, Missam celebrari a Rectore in eius animæ suffragium, favor piæ causæ, & enixa voluntas Fundatoris erga dictum Locum Pium, congruam præbent rationem præsumendi in hac re spirituali maiorem affectionem erga Confraternitatem, quam erga Donatarios.

Quod si aliter diceremus, argumentum in prædilectione fundatum nimis probaret, quod nimirum Confraternitas, quæ in Donatione honorata non fuit, in nihilo etiam honorata censen- 72
da foret in iurepatronatus, de quo si contraria voluntas apparet, utique præsumi valet, quod ratio, quæ movit Fundatorem eam invitandi ad virilem, potuerit etiam illum movere ad eam invitandam ad medietatem.

Altera coniectura, quod Donatarii essent Personæ de Fundatore benemeritæ ob beneficia in eum collata, ut legitur in in- 73
strumento donationis, subvertitur ex eadem consideratione, quod assertio beneficiorum est emissa in instrumento donationis non autem in altero reservationis iurispatronatus; & merito cum mediante donatione satis beneficia repensa fuissent, ac propterea 74
non valet illatio ab actu donationis ad actum reservationis iurispatronatus.

Tertia, quæ eruebatur ex dictione *similiter* æqualitatem importante, *Barbos. dict.* 369. *num.* 1. *Bellon. de iur. accrescen. cap* 75
5. *qu.* 26. *num.* 167. & sic æquipollente dictioni *æqualiter*, qua 76
interveniente, omnes appellativo, seu collectivo nomine vocati ad virilem cum honoratis proprio nomine admittuntur iuxta te- 77
xtum literalem in *Leg. interdum* 13. *in princ. ff. de hæredib. instituend. Crass. in § institutio qu.* 20. *sub n.* 15. *in fin. Mantic. de coniect. ultim volunt. lib.* 4. *tit.* 10. *sub num.* 6. *versʃ. nisi etiam dixerit. Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 18. *num.* 17. *Gratian. discept. forensʃ cap.* 70. *num.* 17. *Barry de success. lib.* 2. *tit.* 7. *num.* 3. *Bellon. de iur. accrescend. cap.* 5. *qu.* 35. *num.* 50. *Rot. dec.* 180. *num.* 9. *par.* 6. *rec.*

Intellectum nostrum captivare non valuit. Licet enim in ali-
78 quibus dictio *similiter* æquipolleat dictioni *æqualiter* & signanter ad effectum inducendæ simultaneæ vocationis inter plures, qui alias vocati præsumerentur ordine successivo, in quibus terminis loquitur *Bellon. de iure accrescend. cap. 5. qu. 26. n. 167. et 168.*
79 in contrarium allegatus, cui consonat in individuo *Rot. coram Pamphil. dec. 706. num. 2.* tamen quoad effectum dividendi quotas rei, ad quam plures vocantur, magis est univoca dictio *æqua-*
80 *liter*, quam dictio *similiter*, quia dictio *æqualiter* proprie refertur ad distributionem in capita inter vocatos, *Gratian. discept. forens. cap. 774 num. 51. Tiraquell. de retract Lignager. §. 11. gloss. 6. num 2. Barbos. de dict. usufrequent. dict. 14. num. 1.* & sui na-
81 tura est distributiva, & divisiva, *Rot. dec. 57 num. 13. & 14. par. 9. tom. 1. rec.* secus autem dictio *similiter*, quæ est solum
82 repetitiva præcedentium cum suis qualitatibus, *Rot. dec. 28. n. 4. & seqq. par. 8. dec. 346. num. 2. par. 10. dec. 354. num. 30. par 11. dec. 355. num. 12. par. 17. rec. cor. Peuting. dec. 382. num. 2. Coccin. dec. 2121. num. 18. & seqq. Seraphin dec. 1384.*
83 *num. 1.* & quandoque solius substantiæ actus sine qualitatibus, & conditionibus, *Rot. cor. Coccin. dec. 1526. n. 22.* & ideo in præsenti operatur similitudinem pertinentiæ Iurispatronatus, ita ut sicuti vigore reservationis spectat ad Donatarios, ita spectare debet ad Gubernatores Confraternitatis, & sicuti ad Donatarios spectat in perpetuum „ ibi „ in perpetuum spectet &c. „ ita
84 in perpetuum spectare debet ad dictos Gubernatores, & sicuti omues Donatarii vocantur simultanee, & eodem tempore, ita eodem tempore non autem ordine successivo, & post extinctas omnes Donatariorum familias vocati censentur Gubernatores, *Rot. dec. 706. num. 2. cor. Pamphil.* hæc enim omnia veniunt ex
85 vi repetitionis, quam dictio *similiter* importat; sed quod Donatarii vocati per unicum nomen appellativum, & sic verbo, ac re coniuncti non repræsentent unicum corpus, & unicam vocem solidalem, sed tot constituant capita, & voces, quot sunt personæ, & sic tollatur coniunctio, & solidum, est effectus, qui dictioni *similiter* attribui non valet, quæ si nil aliud operatur quam repetere præcedentia in sequentibus, & in præcedentibus divisio, & distributio partium non adest, immo adest coniunctio ratione verbi appellativi, potius retorquetur, & divisioni, & distributioni resistit.

Neque obstat, quod ultra repetionem, dictio *similiter* inducat etiam quandam æqualitatem, *Honded. cons. 4. sub num. 83.*
86 *lib. 1. Menoch. cons. 124. num. 60. Bellon. de iur. accrescend. cap. 5. qu. 26. num. 167. Rot. cor. Ubald. iun. dec. 167. num. 2. Gob.*

cons.

conf. dec. 98. *num.* 19. *lib.* 1. quia hæc æqualitas intelligitur inter terminum a quo, & ad quem, hoc est inter Donatarios, 87
& Gubernatores; non autem inter partes eiusdem termini a quo, scilicet inter Donatarios, ut colligitur ex auctoritatibus in obiecto relatis, & signanter ex *Gob. consult.* 98. *num.* 19. Et ratio est, 88
quia cum dictio *similiter* de per se non sit divisiva, & distributiva, sicuti dictio *æqualiter*, præsefert æqualitatem solum in 89
vim repetitionis, ac per consequens æqualitatem coniunctam, 90
& solidalem, iuxta naturam termini a quo, non autem divisam, ac distributam in partes, quando prout in hypothesi, in ipso termino a quo divisio, & distributio partium non adest.

Ulterius fuit ponderatum, quod etsi ad effectum, de quo agitur, dictio *similiter* omnino æquipolleret dictioni *æqualiter*, tamen non relevaret in proposito; quia non ponitur inter plu- 91
ra nomina, quorum aliquod sit proprium, aliud vero appellativum, vel collectivum, in quibus terminis procedunt iura, & authoritates ex adverso allegatæ sed inter duo nomina appellativa, qualia sunt illa *Donatarios, & Gubernatores*, in quibus terminis importat æqualem distributionem non inter personas, sed inter corpora ad textum in *cap. unic. in fin. de natur. success. feud.* „ ibi „ omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur, *Mantic. de tacit. & ambg. lib.* 23. *tit.* 28. *sub n.* 41. *Arnolphin. apud Mans. cons.* 89. *num.* 1. *& seqq. Torr de maiorat. ital tom* 2. *qu.* 3. *n* 6. *& seqq. & num.* 13. *& sub num.* 16. *vers. nec turbat. De Luc. de fideicomm disc.* 17. *num.* 8. 9. 10. *& seqq.* ubi concordantes, & in proximis terminis *Rot. dec.* 770. *in princ. par.* 1. *diversor.* „ ibi „ DD. tenuerunt admissionem Canonicorum ad distributiones, de quibus agitur, æquis tamen portionibus cum Beneficiatis, intelligendam esse æquis portionibus quoad corpora, non quoad personas, quia cum ambo tam Canonici, quam Beneficiati fuerint admissi ad huiusmodi distributiones per nomina collectiva &c. intrat regula, quod vocati per nomina collectiva regulariter censentur vocati pro æquali portione.

Quarta denique, quæ eliciebatur ex asserta observantia, ex quo pluries Confraternitas præsentasset pro sua rata, & portione, visa fuit in facto corruere, & potius retorqueri.

Et quidem in facto corruere, quia expressio illa generica „ pro sua rata, & portione „ æque congruit dimidiæ, quam vi- 92
rili, & ideo præsentatio hoc modo concepta censetur expleta pro ea rata, & portione, quæ de iure præsentanti competit, aut competere potest optime *Piton. controv. Patron. allegat.* 100. *num.* 117. *& seqq.* ubi concordantes.

Retorqueri autem, quia revera in duobus ultimis statibus
93 Confraternitas præsentavit pro dimidia, ac propterea istæ successivæ præsentationes univocæ, & quotam vocis specificantes, declarant præcedentes dubias, genericas, & ambiguas, *Gabriell. consil. 196. num. 6. lib. 2. Rot. dec. 515. num. 32. par. 14. & decis. 17. num. 8. par. 18. rec. Illustriss. D. Aud. De Comit. dec. Flor. 33. § 2. n. 29. & dec. 45. § 1. num. 7.*

Nec turbat, quod illa anni 1651. effectum sortita non fuerit attento laudo, & transactione sequta inter Præsentatos; altera vero anni 1678. tanquam cadens in subiecto ab aliis etiam Patronis præsentato sit æquivoca, cum effectus institutionis non
94 magis sit referibilis præsentationi Confraternitatis, quam aliorum *Rot. dec. 268. num. 14. & 15. par. 11. recent. cor. Pamphil. dec. 652. num. 7. & in Florentina Canonicatus 2. Iunii 1706. cor. Priol. impress. apud D. Audit. Calderon. resol. 47. num. 48.* maxime cum Ordinarius dimidiam Iurispatronatus favore Confraternitatis non canonizzaverit, sed ad assertionem ipsius Confraternitatis se retulerit ,, ibi ,, Patroni, ut dixit, dicto nomine pro = medietate Iurispatronatus dictæ Cappellæ =

Siquidem in ea quæstione, an præsentationes ineffectuatæ suf-
95 fragentur, distinguendum est; quod, aut agitur ad effectum acquisitionis quasi possessionis favore illius, de cuius iurepatronatus, & quasi possessione non constat, & procedit conclusio negativa, saltem pro regula; Aut agitur de conservanda quasi pos-
96 sessione, vel declaranda voluntate eius, cuius pertinentia iurispatronatus, & quasi possessio est certa, & tunc sufficit etiam præsentatio ineffectuata, dummodo expresse reiecta non fuerit ab Ordinario, *Rot. cor. Bich. dec. 382. num. 25. penes Vivian. de iurepatron. lib. 4. cap. 1. sub num. 71. §. effectuatio, & apud Piton controv. patron. alleg. 100. num. 574 num. 588. & num. 601.* ubi concordantes.

In hoc autem secundo membro distinctionis versamur; quia ex dictis apparet, quod ad Confraternitatem revera spectat me-
97 dietas iurispatronatus vigore instrumenti reservationis; itidemque constat, plures ex antiquis præsentationibus factas fuisse pro sua rata, & portione, quod idem est, ac dicere pro rata de iure competente; ideo cœteræ successivæ cum expressione specifica dimidiæ tendunt solum ad maiorem declarationem animi, ac voluntatis Confraternitatis, & ad conservandum ius, ac titulum veræ pertinentiæ, ideo sat est, quod non fuerint expresse reiectæ cum hac expressione, ad hoc ut non modo ex eis observantia contraria non resultet, sed etiam ad hoc ut pro quasi possessione, & observantia favorabili allegari possint.

Quin

Quin replicari valeat, illam saltem anni 1651.* fuisse reiectam, dum Præsentatus a Confraternitate institutionem assequutus non fuit, sed potius Præsentatus ab aliis Comparronis.

Id enim evenit mediante compromisso, & laudo emanato inter præsentatos, quorum factum nullo modo præiudicare valet 98 Patronis in possessione, vel proprietate, *Piton. controv. patronor. allegat.* 100. *num.* 381. *Rot. dec.* 136. *num.* 38. *par.* 19. *rec. cor. Duran. dec.* 74. *num.* 58. *Bich. dec.* 368. *num.* 9. *Benincas. decis.* 352. *num.* 11. attenta potissimum expressa iurium præservativa in eodem laudo emissa, tam respectu petitorii, qua possessorii, qua 99 stante, salva forent iura Patronorum, etiamsi transactioni expresse consensissent, *Posth de manutent. observat.* 32. *num.* 16. *& seqq. Garzia de benefic. par.* 5. *cap.* 5. *num.* 65. *Vivian. de iurepatron. par.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *sub num.* 12. *& lib.* 11 *cap.* 6. *sub n.* 13. *Marescott. variar. resolut. par.* 1. *cap.* 55. *num.* 30. *De Luc. de iurepatron. disc.* 63 *num.* 13 *Adden. ad Buratt. dec.* 633. *n* 16. *Rot. cor. Puteo dec.* 32. *num.* 1. *lib.* 1. *& decis.* 166 *sub num.* 3. *par.* 6. *recent.*

Ex quibus sublata remanent ea omnia, quæ pro parte Rev. Ceccarelli deducebantur pro exclusione Confraternitatis ab integra medietate Iurispatronatus. At cum iudex super iis, quæ ex 100 facto resultant, in iure ex officio supplere teneatur, *Leg. unic. Cod. ut quæ desunt. advocat. iud suppl* muneris nostri partes esse arbitrati fuimus ulterius examinare, an præsenti hypothesi esset 101 applicabilis limitatio, quam regulæ suprad *Leg interdum* communiter adducunt interpetres, ut scilicet non procedat, quoties nomine appellativo, vel collectivo adiecta est dictio aliqua distributiva ex relatis per *Bellon. de iur. accrescend. cap.* 5. *qu.* 35. *num.* 34. sumpta ratione dubitandi ex illis verbis = & eorum, & cuiuslibet eorum Donatariorum hæredes = cum dictio illa *cuiuslibet* 102 dubio procul sit distributiva, *Grat. diction.* 210. *num.* 2. *Gratian. discept. forens. cap.* 272. *n.* 30. *Rocc. select. iuris disput. cap.* 17. *num.* 10. *Castald. cons.* 77. *num.* 3. *Rot. cor. Caril. dec.* 105. *num.* 25. *Dunozzet. iun. dec.* 495. *num.* 14. *Rot. Flor. apud Palm. Nep. dec.* 426. *num.* 63.

Re tamen sedulo, ac mature perpensa, cognovimus huiusmodi exceptionem a doctissimis Scribentibus pro Ceccarello, consulto, utpote insubsistentem, fuisse prætermissam.

In primis enim dictio illa distributiva *cuiuslibet* non refertur ad personas Donatariorum in ingressu vocatorum, sed ad illorum hæredes successivos in progressu, & sic qualificat progres- 103 sum vocationis, non autem ingressum, sive initium, quia hæ- 104 redes

105 redes non sunt vocati simultanee cum Donatariis eorum authoribus, sed ordine successivo, & per posterius, cum in vita nemo habeat hæredes, *l. in suis ff. de lib. & posth. l. 1. ff de hered. vendit. Rub. de confus. iur. & act. cap. 27. n. 54. Torr. de pact. fut. success. lib. 1. cap. 4. n. 17. Rot. post eum dec. 3. n. 12.*
106 unde stat bene simul, quod in Donatariis primo vocatis nulla adsit partium distributio, & tamen fuerit expressa in illorum hæredibus; non enim a qualitate apposita in progressu argui valet ad illius repetitionem in ingressu, ut generalibus omissis, in
107 terminis distributivæ tenent *Fusar. de substit. qu. 475 sub n. 44. vers. nec doctrina, Gratian. discept. for. cap 272 num. 33. et 34.* maxime attenta rationis diversitate inter ingressum, & progres-
108 sum, quæ repetitionem regulariter excludit *Altograd cons. 54. n. 28. & seqq. & n. 43. in fin lib. 1. & cons. 90. num. 44. lib. 2. Palm nep alleg. 31. n. 31. & seq. Rota Lucen. post Torr. de primog. dec. 56. n. 7 Rot. Rom. post Michalor. de fratr. dec. 32. n. 4. e 6. cor. Beninca[s]. dec. 374. n. 8. & cor Emerix iun. dec. 894*
109 *n. 8 e 9.* prout etiam pariformem determinationem, *Menoch. de præs. lib 4. præs 124. n. 4 Fusar. de substit. qu. 393. num. 43. Mans cons. 280 n. 65. Castill contr. iur lib. 5 cap. 97. num. 5. Torr. var. iur. quæst tom 1. tit 1. qu. 7. n. 47. p 37. Rot. dec. 415. n. 46. par. 2. tom 2. rec. & cor. Peuting. decis. 495 n. 8.* Diversitas autem rationis consistit in eo, quia in hæredibus plu-
110 rium ab initio coniunctorum, partium divisio est consentanea iuris dispositioni. Postquam enim coniuncti fuerunt admissi, concursu illorum partes fiunt, & cuiuscumque hæredes in portione sui authoris
111 succedunt, *Gloss. in l. ult. §. separatim ff de usufr accresc. Crass. in §. ius accresc. q. 6. n. 1. Peregr. de fideic. art. 9. n 7. et sub n. 12. & art. 16. n. 79. late Bellon de iur. accresc. cap. 5. q. 32. n. 9. & plur. seqq. Mantic. de coniect. ult. volunt. lib 10. tit. 3. sub n. 4. Gomez var. lib. 1. cap. 10. n. 24. vers. coniuncti, Cancer. var. lib. 3. cap 22. n. 29. 31. e 64.* & in terminis plurium vocato-
112 rum per collectivam est *textus in l. si pater 9. ff. de vulgar. & pupill. Bellon. de iur accresc. libr. 5. qu. 27. n. 47. & qu 32. n. 2.* de quo latius infra in tertia Decisione. Quare distributiva hæredibus adiecta, est satis congrua, & proportionata subiectæ ma-
113 teriæ, & continet expressionem eius, quod tacite inest, ac per consequens eadem facilitate, qua adaptatur hæredibus in progressu, non adaptatur coniunctis in ingressu, & sic rationis diversitas inter coniunctos, & hæredes, seu inter ingressum, & pro-
114 gressum, est clara, cum verisimile sit disponentem voluisse quod magis iuri consonum est, *Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib. 6. tit. 6. n. 1. & seqq.*

Se-

Secundo quia, quatenus etiam per malam hypothesim, distributiva prædicta tam ad Donatariorum hæredes, quam ad ipsosmet Donatarios referretur, tamen vocationem Donatariorum, 115
& Confraternitatis ad viriles portiones non induceret, sed tantum distribueret medietatem Iurispatronatus spectantem Donatariis inter illos; quia ad hoc ut æqualiter distribuat inter omnes, requiritur inter cœtera, quod tam coniuncti, quam tertius disiunctus includantur sub unica oratione, & clausula. At si orationes, & clausulæ sint diversæ, & in prima vocentur coniuncti cum dictione distributiva, in alia vero tertius disiunctus ab- 116
sque distributiva, distributio facta intelligitur de rata, seu medietate competente pluribus appellativo, vel collectivo nomine vocatis inter se, non autem de toto relative etiam ad tertium disiunctum, & proprio nomine vocatum, ut post *Angel. Dec. Polit. & Alciat.* firmat *Bellon. de iur. accresc. cap. 5. qu. 35. n. 35.* & conferunt tradita per *Menoch. de præs. libr. 4. præs. 18. sub n. 17. vers hæc tamen declaratio*, *Rota cor. Coccin. dec. 549. n. 11.*

In præsenti vero clausulæ, & orationes sunt diversæ: non enim sub uno verborum compendio complicantur simul Donatarii, eorumque hæredes, & Confraternitas, & postea adiicitur 117
dictio distributiva *cuiuslibet*, sed discrete prius fit mentio de Donatariis, eorumque hæredibus „ ibi „ spectet, & pertineat ad di- = ctos suos Donatarios, & successores, & eorum, & cuiuslibet = eorum Donatariorum hæredes „ & deinde de Confraternitate per aliam diversam clausulam „ ibi „ & similiter Gubernatoribus = Fraternitatis Castri Floriani „ spectata tum indole illarum di- 118
ctionum *& similiter*, quæ sunt initiativæ novæ orationis, ut de dictione *Et*, *Altograd. sen. cons. 42. n. 17. lib. 2. Torr. var. iuris qu. tom. 1. tit. 4. qu. 1. n. 15. fol. 651 Rot. Ianuen. post eumdem de maior. Ital. dec. 16. n. 30. e 31. Mans. cons. 205. n. 1. et seq. De Luca de emphit. disc. 17. n. 6. in fin. Votum apud Palm. nep. decis. 275. n. 41.* & de dictione *similiter*, *Mans. cons. 649. num. 6.* 119
Gratian. discept. for. cap. 828. n. 11. Redenasc. cons. 14. num. 46. Rota dec. 813. n. 6. p. 18. tom. 2 rec. & cor. Coccin. dec. 1723. n. 12. Tum discontinuatione orationis mediante intermediatione vocationis hæredum Donatariorum, & sic illarum personarum, quæ debebant admitti ordine successivo ante vocationem Con- 120
fraternitatis, quæ simultanee vocabatur cum Donatariis, quam intermedietatem in simili perpendunt *Altograd. sen cons. 54 num. 29. & n. 92. libr. 1. Mans. cons 117. num. 24. Vot. apud Palm. nep d. decis 275. sub n. 41. vers. & interveniente*, *Rota Ianuen. post Torr. de maior. Ital. d. dec. 16 n. 54. e 55.*

Et licet deficiat expressa repetitio verbi *spectet*, tamen cum 121
ad

ad orationis perfectionem inducendam de necessitate subintelligatur, pro expresso habetur, eiusque defectus diversitatem orationis non tollit, ad *textum in leg. cum pater 79 § cum imperfecta ff. de legat. 2. Torr. var. iur. qu. tom. 1. tit. 4. qu. 1. num. 13 fol.* 651. *& tom. 2. par. 1. tit. 12. q. 23. n. 21. pag.* 530. *Bellon. de iur accresc. cap 5. q. 16. n. 36. 37. 38. e 39.* ubi concordantes, & in individuo casus nostri *Rota dec.* 308. *n.* 1. *e* 3. *par.* 2. *rec. repetita cor. Coccin. dec.* 549. *per tot.* & consonat *Menoch de præs. lib 4 præs.* 18. *sub n.* 18. *vers. idem est*, & in proximis terminis *Rota Ianuen. post Torre de maior. Ital. d. decis.* 16. *sub n* 31. *& seqq. De Luca de emphit. disc.* 17. *n.* 7. *late Mans. cons.* 205. *n.* 3 *& seqq. Rota dec.* 813. *n.* 7. *par.* 18. *tom.* 2. *rec.*

Et ita utraque &c.

Hieronymus Vieri Assessor.
Diotisalvius Mercati olim Neroni Assessor.
Philippus Rota Assessor, & Causæ Relator.

DECISIO XXV.

EADEM SUPER COMPUTATIONE VOCUM ALTERIUS MEDIETATIS IURISPATRONATUS.

Iisdem die, & anno cor. AUDIT. PHILIPPO ROTA.

ARGUMENTUM.

MAndatum procuræ ad præsentandum a Capitulo fieri debet collegialiter, & ex quibus collegialitas resultet, & sufficit maior pars Canonicorum præsentium, quando præsentes constituunt duas saltem partes Capituli. Canonici non vocati, & non intereslentes, qui postea etiam non collegialiter, sed singillatim mandato adhæserunt, illudque ratificarunt, contemptus exceptionem allegare nequeunt, istaque exceptio tanquam personalis ab aliis allegari non valet. Iuspatronatus pro rata non præsentantium accrescit præsentantibus; & transit in Fiscum propter bannum de generali consuetudine vigente in Statu S. R. C. Quasi possessio præsentandi, an resultet ex præsentationibus ineffectuatis, an transeat in successores, & an præservetur ex præsentatione aliorum compatronorum.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Mandatum Capituli ad præsentandum faciendum est capitulariter.*
2 *In dubio tamen ita gestum præsumitur.*
3 *Collegialitas probatur ex assertione eiusd. Collegialitatis emissa in apocha cum successiva subscriptione omnium Canonicorum.* & n. seqq.
4 *Subscriptio inducit approbationem omnium in scriptura contentorum.*
5 *Item probatur ex assertione Capitularium, seu enunciativa Collegialis Congregationis.*
6 *Ad validitatem actus capitularis sufficit consensus maioris partis præsentium, duas saltem partes totius Collegii constituentium.*
7 *Et signanter ad validitatem præsentationis factæ a Capitulo.*
8 *Exceptio contemptus, seu non vocationis ad interessendum allegari nequit a Canonicis, qui postea actum approbaverunt, vel ratificaverunt.*
9 *Qui consensus contemptorum accedere potest etiam post actum.*
10 *Solus contemptus hanc exceptionem allegare potest.*
11 *Electio, quibusdam non vocatis, non est ipso iure irrita, sed eis petentibus venit annullanda.*
12 *Electio ab initio nulla nequit postea convalidari ex superveniente consensu Capitularium.*
13 *Et solum valet ex nunc in vim novi actus, si in ipsa ratificatione interveniat consensus Collegialis Capitularium.*
14 *Declara conclusionem procedere, quando agitur de electione a principio nulla, secus vero si ob interventum maioris partis sit valida, & irritationi subiecta per exceptionem contemptus a contemptis, tunc enim interveniente etiam consensu illorum singulariter præstito, silet exceptio contemptus.* & num. seqq.
15 *Exceptio contemptus est personalis, & competit personis de Collegio uti singulis, & ratione tantum privati, & particularis interesse.*
16 *Ideo tolli potest per consensum, vel ratificationem ex actu privato, singulari, & non capitulari resultantem.*
17 *Electioni factæ a maiori parte Capituli minor pars adhærere potest etiam extra Capitulum, sed non econtra.*
18 *Ad reprobandum, vel redarguendum instrumentum nomine Capituli confectum etiam ipsi Canonici admittuntur.*
19 *Et an duæ, vel tres personæ de Capitulo sufficiant remissive Declara ut* num. 24.
20 *Fides extraiudicialis non recognita non facit fidem.*
21 *In materia præsentationis, seu impropriæ electionis non est servanda rigorosa forma cap. quia propter de electión. ideo sufficit consensus Capitularium collegialis quomodocumque præstitus.*

22 *Ad-*

22 *Adversus propriam confessionem nemo admittitur ad testificandum.*

23 *Admissio articulorum cum clausula* salvis exceptionibus *non præiudicat, nec operatur, quod sit deferendum ei, qui alias a testimonio erat repellendus.*

25 *Revocatio mandati procuræ facti a Capitulo ad præsentandum facienda est capitulariter, alias non valet.*

26 *Patronus post præsentationem expletam, & a præsentato acceptatam, ius eidem quæsitum nullo modo tollere valet.*

27 *Apocha privata carens requisitis l. scripturas C. qui potior. in pign. habeant. est de antidata suspecta.*

28 *Dispositio præcitati textus locum habet non tantum in concursu privatæ scripturæ cum publico instrumento, & ad effectum hypothecæ; & prælationis, sed generaliter in omnibus casibus in quibus agitur de tertii præiudicio.*

29 *Præsentatio facta a Procuratore revocato, ante revocationis intimationem valet, & de ratione* num. seqq.

31 *Ad redarguendum publicum instrumentum simplex, & sola assertio contrahentis non admittitur.*

32 *Sententia declaratur ex* vitis *eiusdem.*

33 *Quando rata, seu vox iurispatronatus spectat ad plures hæredes unius, si aliquis ex hæredibus non præsentet eius portio præsentantibus accrescit.*

34 *Qualitas hæreditaria ad effectum acquisitionis Iurispatronatus hæreditarii præsumptive probatur ex filiatione, & in hac quoque materia procedit regula, filius ergo hæres,* & num. 44.

35 *Aditio resultat ex actu præsentationis in Iurepatronatus hæreditario.*

36 *Fiscus quoad transitum iurium activorum, & passivorum est ad instar hæredis banniti.*

37 *In Fiscum transire nequit iuspatronatus ex causa pænali, & propter bannum, & de ratione.*

38 *Limita hanc conclusionem non procedere de notoria consuetudine vigente in Statu, & Dominio S. R. C. quando sequuta fuit actualis incorporatio.*

39 *Ex quibus actibus incorporatio resultet remissive.*

40 *Afferuntur authoritates, & res iudicatæ de huiusmodi consuetudine testantes.*

41 *Iuspatronatus transire potest cum universitate bonorum etiam in Fiscum*

42 *Ad effectum quasi possessionis requiruntur præsentationes effectum sortitæ.*

43 *Declara conclusionem procedere ad effectum acquisitionis quasi possessionis, secus autem ad effectum illius continuationis, consistito*

de

de pertinentia iurispatronatus, vel de antecedenti quasi possessione, tunc enim sufficiunt præsentationes etiam ineffectuatæ, dummodo expresse reiectæ non fuerint ab Ordinario.

45 *Pluralitas personarum eiusdem nominis, & possibilitas descendendi tam ab una, quam ab alia, dubiam, & æquivocam reddit descendentiæ probationem.*

46 *Quasi possessio præsentandi ad effectum iuris penes authores existens transit in successores.*

47 *Quasi possessio alicuius ex Compatronis non præsentantis etiam quoad factum præservatur ex præsentatione aliorum Compatronorum, nisi facta fuerit animo spoliandi socios non præsentantes.*

PRæter integram medietatem iurispatronatus, seu vocum spectantem ad Confraternitatem in octo unciis calculatam, ut præmisimus in præcedenti, plures etiam ratas aliarum octo, sive alterius medietatis reservatæ Donatariis, computandas esse censuimus ad commodum præfati Reverendi Petri Pauli Fiacchi.

Et primo integram vocem Capituli Ven. Ecclesiæ Collegiatæ Terræ Floriani hæredis Rev. Francisci ultimi de Familia de Gratiis, ac respective unum ex dictis octo Donatariis repræsentantis. De pertinentia enim dictæ vocis ad Capitulum non erat contentio inter Partes, & de præsentatione Rev. D. de Flacchis constabat ex actis, solumque adversus illam opponebatur 1
nullitatis exceptio, ex quo mandatum procuræ ad præsentandum capitulariter expletum non fuisset, prout de iure erat necessarium, ad tradita per *De Luca de iurepatr. disc. 34. n. 12. Fargn. eod tract. par 1. can. 5. cas. 7. n. 4. Rot. apud eumdem eod. can. 5. cas. 7. §. constito, & cor. Mantic. dec. 268. num. 3. Priol. dec. 91 n. 7. & in rec. dec. 295. n. 5. par. 6. & dec. 302. n. 10. p. 7.* quodque præterea a quatuor ex Canonicis, & sic a maiori parte Capituli, merito fuisset successive cassatum, & revocatum.

Utraque tamen exceptio detecta fuit sufficienti iuris fomento destituta. Nam quod attinet ad primam, præter iuris præ- 2
sumptionem militantem pro actus validitate, quodque rite, & recte, ac servatis de iure servandis gestus fuisset, *Pignattell. consi. canonic. tom. 10. consi. 18. n. 1. Rota dec. 289. n. 25. & seq. par. 6. & dec. 244 n. 34. & seqq. par. 8. rec. in specie cor. Crescent. dec. 6 n. 3. de procurat.* Collegialitas satis liquere visa fuit ex 3
lectura ipsius mandati procuræ, ubi hæc habentur verba „ *Noi infrascritti adunati capitolarmente nel solito luogo della Sagrestia*

della Collegiata Pieve di S. Martino di Foiano „ & in calce adest particularis subscriptio Canonicorum cum solita clausula *af-*
4 *fermo quanto sopra &c.* quæ inducit approbationem, & confessionem omnium superius contentorum, ac per consequens etiam collegialitatis, seu capitularis Coadunationis superius expressæ, ad tradita per *Actolin. resol.* 67. *n.* 1. *Pegas res.* 1. *n.* 113. *Palm. nep. alleg.* 32. *n.* 36. *Torre var. iur. qu tom.* 2. *tit.* 7. *qu.* 16 *n.* 45 *fol.* 184. *Menoch. de præs. libr.* 3. *præs.* 66. *n.* 7. *De Luca de iud. disc.* 29. *n.* 21. *Ansald. de commerc. disc.* 35 *n.* 5. *Bonfin. ad bannim. gener. cap.* 80. *n.* 2. *Rota Lucen. inter recollect per Palm. nep. dec.* 121. *n.* 13. *Rota Flor. apud Mans. cons.* 601. *n.* 5. *Rota Rom. cor. Buratt dec.* 419. *n.* 8. *Duran. dec.* 6. *n.* 8. *& post Albit. de inconst. in indic. dec.* 42. *n.* 23. ex qua assertione Capitu-
5 larium, seu enunciativa collegialis congregationis bene probari actum fuisse capitulariter expeditum dixit *Barbos. de canonic. & dignitat. cap.* 38. *n.* 16. & in proximis terminis *Capic. dec.* 4. *n.* 5. *Rota dec.* 20. *n.* 5. *par.* 6. *& dec.* 74. *n.* 28. *par.* 16 *rec.*

Non obstat, quod duo saltem ex sex Canonicis non essent præsentes, & ad interessendum vocati, vel intimati non fuerint, nam respectu absentiæ fuit responsum sufficere ad substinendum
6 actum capitularem consensum maioris partis præsentium duas saltem partes totius Collegii constituentium, *l. nulli, & l. plane ff. quod cuiusque universit. nomin. optime Fagnan. in cap. quia propter n.* 38. 40. *&* 41. *de elect. Tusch. pract. concl. lit. V. concl.* 258 *n.* 20. *Scarphanton. in animadv. ad Ceccoper. lucubrat. canonic. lib.* 4. *tit.* 2. *n.* 24. *& n.* 33. *&* 39. *Rota dec.* 20. *n.* 8. *par.* 6. *recent.*
7 & in specie præsentationis late *Barbos. de canonic. & dignit. cap.* 38. *n.* 1. *& seq. Piton. contr. patron. alleg.* 74. *n.* 4. *Lap. allegat.* 131. *n.* 3. *Rota cor. Cels. dec.* 85. *n.* 9. *dec.* 20. *n.* 8. *par.* 6. *rec. & post Vivian. de iurep. dec.* 147. *n.* 7. Respectu vero defectus intimationis ad interessendum, dictum fuit, exceptionem con-
8 temptus non esse allegabilem, ex quo Canonici non vocati, postea mandato adhæserant, illudque approbaverant, seu ratificaverant idem mandatum subscribendo, consensus enim contempto-
9 rum etiam postea accedere potest, *Barbos. de canonic. & dignitat. cap.* 39. *sub n.* 22. *vers. consensus, & de iure univers. ecclesiastic. cap.* 19. *n.* 114. *lib.* 1. *Scarphanton. ad Ceccoper. lucubr. canon. lib.* 4 *tit.* 2. *n.* 10. *Tusch. pract. concl. lit. C. concl.* 967. *n.* 10. *e* 13. & si propter illum exceptio nullitatis ab ipsis opponi nequit, utique nullus alius exceptionem contemptus allegare potest, *Fa-*
10 *gnan. in cap. publicato n.* 18. *de elect. Tusch. pract. conclus. lit. C. concl.* 967. *n.* 9. *& concl.* 969. *n.* 2. *Federic. de Sen. cons.* 148 *in fin. vers. præterea, & cons.* 214. *in fin. vers. item dico, Lavor. de*
Lau-

Laurino var. lucubr. tom. 1. *tit.* 4. *cap.* 17. *n.* 15. *Ceccoper. lucubr. canon. par.* 2. *lib.* 4. *tit.* 2. *n.* 41. *Scarphanton. in animadverſ. ad eumdem loc. cit. n.* 9. *& ſeq Piton. contr. patron. alleg.* 70. *num.* 80. *Barboſ. de iur. univerſ eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 116 *de canonic. & dignit. cap* 39 *n.* 24. *& vot. deciſ.* 78. *n.* 12. *Rota cor. Creſcent. tit. de procurat. dec.* 6. *n.* 2. *Buratt. dec.* 351. *n.* 4. *Celſ. dec.* 85. *n.* 10. cum electio quibuſdam non vocatis non ſit ipſo 11 iure irrita, ſed eis petentibus, veniat annullanda, *cap. cum in Eccleſiis* 33. *de præbend. in* 6. *Fagnan. in cap. quia propter n.* 39. *de elect. Pignattell. conſ. canonic. tom.* 1. *conſ.* 1. *n.* 25. *& tom.* 10 *conſ.* 14. *n.* 21. *e* 27. *Tuſch. pract. concl. litt. C. concl.* 967. *n.* 14. *Menoch. conſ.* 67. *n.* 31. *Lavor. de Laurin. var. lucubr. tom.* 1 *tit.* 4. *d cap.* 17. *num.* 19. *Ricc. in prax. for. eccleſ. par.* 4. *reſol.* 44. *Barboſ. de canonic. & dignit. cap.* 39. *n.* 43. *& vot. deciſ* 78. *n.* 11. *Rota dec.* 74. *n.* 31. *par.* 16. *rec.*

Hinc non adverſatur communis regula Canoniſtarum deducta ex *cap. auditis de elect.* quod nempe electio ab initio nulla, 12 nequeat poſtea convalidari, & ratificari ex ſuperveniente conſenſu Capitularium, ex relatis per *Piton. diſcep. eccleſ tom.* 1. *diſcep.* 24. *n.* 7. aut ſaltem ad hoc ut valeat ex nunc, & in vim novi actus, requiratur conſenſus Capitularium collegialiter præſti- 13 tus, nec ſufficiat privatus ſingulorum, *Ber. in cap. cum omnes n* 85 *de conſtit. Barboſ. de canonic. & dignit. cap.* 35. *in fin. Piton, d diſcept. eccleſiaſt.* 24 *n.* 9. *& ſeqq. lib.* 1. *Rota cor. Coccin. dec.* 1611. *num.* 3.

Quia obiectum procederet, ſi mandatum procuræ ad præſentandum celebratum cum interventu Collegiali quatuor Canonicorum, duobus tantum abſentibus, revera eſſet nullum; tunc 14 enim ratificari non potuiſſet mediante conſenſu Canonicorum ſingulariter præſtito, ſed ad validitatem ratificationis, alio conſenſu collegiali opus fuiſſet, ex authoritatibus in obiecto allegatis; At cum ex ſupra firmatis in §. *non obſtat n.* 6. interventus, ſeu congregatio duarum ex tribus partibus integri Capituli ſufficeret ad validitatem actus capitularis, abſente etiam minori parte, dummodo maior pars illarum duarum convocatarum conſentiat, eoque magis ſi omnes, ut in caſu noſtro, ratificatio, ſeu conſenſus poſtea ſingulariter præſtitus ab abſentibus non ponderatur in vim actus ſanatorii nullitatis, cuius præexiſtentia ſupponi nequit, ſed in vim renunciationis exceptioni contemptus, quam de cœtero ipſimet abſentes, & non vocati, fortaſſe allegare poſſent 15 ad annullandum mandatum procuræ, quæ exceptio cum ſit perſonalis, & Canonicis competat uti ſingulis, & ratione tantum privati, et particularis intereſſe cuiuſque, *Tuſch. pract. concl. litt.*

C. concl. 969. n. 1. Scarphanton. in animadv. ad Ceccoper. lucubr. canon. par. 2. lib. 4. tit. 2. n. 10. & 11. merito tolli potest per consensum, vel ratificationem ex actu privato, singulari, & non
16 capitulari resultantem, in puncto *Rota cor. Buratt. dec. 225 n. 5.* & consonant *Ceccoper. lucubr. canonic. lib. 4. tit. 2. n. 38. Barbos. de canonic. & dignit. d. cap. 39 sub n. 22. vers. nisi velit, Tamburin. de iure Abbat. tom. 1. disput. 5. qu. 3. n. 2.* & confert ad
17 propositum *Ceccoper. lucubr. canonic. libr. 4. tit. 6. n. 76. & 77.* ubi quod electioni factæ a maiori parte Capituli, minor pars adhærere potest etiam extra Capitulum, licet non econtra, quia nimirum agitur de electione ab initio valida.

Similiter non obstat, quod ex testimonio quatuor Canonicorum Collegialitas excludatur, eisque sit deferendum, cum ad redarguendum, vel reprobandum instrumentum nomine Capituli
18 confectum, etiam ipsi Canonici admittantur, ad *textum in cap. tertio loco de probat.* ad quem effectum duæ, vel tres personæ
19 de Capitulo sufficiunt, *Farinacc. de testib. qu 60. n. 492.*

Nam quicquid sit de ista conclusione, quod duo, vel tres Canonici sufficiant ad reprobandum instrumentum sub nomine Capituli celebratum, nec requiratur attestatio omnium, vel maioris partis illorum, quæ suos habet contradictores, ut patet ex *Abb. Dec. &c.* & aliis Canonistis ad *d. text. in cap. tertio loco de prob.* obiectum in facto non subsistit, & in iure non relevat.

Non subsistit in facto, quia prædicti quatuor Canonici duntaxat in apocha revocatoria mandati negant capitularem coadu-
20 nationem, quæ assertio extraiudicialis non recognita nullam fidem meretur, *Rot dec. 319. num. 10. par. 15. rec. et post De Luc de usur. dec. 5. num. 5* & alibi passim: in examine vero iudiciali ultra plures exceptiones, quas in dicto patiuntur, accurate perpensas a Defensoribus Rev. Petri Pauli Fiacchi, tantum abest, ut huiusmodi defectum Collegialitatis concludant, quin potius oppositum convincunt, fatendo subscriptionem mandati factam fuisse in Sacristia Ecclesiæ, loco ad actus capitulares explendos destinato, contestualiter, ac simultanee intervenientibus
21 quatuor ex sex Canonicis, quod sufficit in subiecta materia impropriæ electionis, & in qua non est servanda rigorosa forma *cap. quia propter de elect* ad hoc ut consensus dicatur collegialiter præstitus, & ad actus validitatem sufficiat, *Piton. discept. Ecclesiast. 24. num. 3. et seqq. et num. 11. et 17. tom. 1. Rota penes eumdem loc. cit. num. 58. et n. 69. in rec. dec. 210. num. 9. 10. et n. 16. et 17. par. 9.*

Non relevat autem in iure; quia etsi concludenter de non collegiali coadunatione deponerent, tamen eorum attestationi

non

non esset deferendum, utpote ex diametro contrariæ propriæ confessioni emissæ in apoca mandati procuræ contra quam nemo auditur, *Leg. generaliter Cod. de non numerat. pecun. cap. per tuos de probat. De Angel. de confession. lib.* 3 *qu* 20. *num* 1. *et* 2. *Rot. dec.* 250. *num.* 4 *par.* 10 *et dec.* 28. *num.* 1. *par.* 17. *recent. et apud Fargn. de iurepatron. par.* 1. *can* 4 *cas.* 2. *num.* 22. *et par.* 6. *canon* 9. *cas.* 1. *num.* 19 *cor. Benincas. dec.* 10. *n.* 6. *et cor. Zarat. dec.* 65. *num.* 2. & licet articuli fuerint admissi, tamen cum admissio facta fuerit *salvis exceptionibus* non præiudicat, nec operatur, ut sit credendum ei, qui alias a testificando erat repellendus, *Gayll pract. observat. lib.* 1. *observat.* 81. *num.* 12. *& seqq Conciol. resol. crimin. verb. articuli resolut.* 2. *num.* 4. *&* 5. *Michalor. de posit. cap.* 19. *num.* 36. *&* 37. *Tusch practic. conclus. litt. P. concl.* 944. *num.* 28. *Mascar. de probat. concl.* 132. *num.* 6. *Fenzon. ad Stat. Urb. cap.* 68. *n.* 35. *Rot. post eum dec.* 35. *circa med. & cor. Coccin. dec.* 1450. *num.* 24. 22 23

Minime refragante textu in *cap. tertio loco de probat.* cuius dispositio procedit, quando Canonici testantur adversus instrumentum nomine Capituli a Notario confectum, & sic contra factum tertii, non autem quando, prout in casu nostro, veniunt contra propriam confessionem, & assertionem, ut bene, unum casum ab alio distinguendo, observat *Paul. de Eleazar* in repetit. *d. cap. tertio loco num.* 26 *in fin.* „ ibi „ Sed licet ibi non possit confessionem suam reprobare, potest tamen dicere instrumentum falsum = & conferunt authoritates supra relatæ in § *Non relevat num.* 22. 24

Quo vero ad alteram exceptionem revocationis mandati factæ a dictis quatuor Canonicis, pariter visum fuit non refragari; Tunc quia non fuit facta collegialiter, uti de iure requirebatur ad retractandum mandatum antea celebratum a Capitulo, in puncto *Federic. de Sen. cons.* 100 *num* 5 *vers. ubi autem esset constitutus. Lap. allegat.* 78. *num.* 3. *& seqq. Barbos. de Canonic. & dignit. cap.* 35. *num.* 17. *& seqq. & cap.* 38. *num.* 16. *Rot. cor. Seraphin dec.* 1247. *per tot. & cor. Coccin. dec.* 1611. *num.* 2. *& seqq.* confirmata *dec.* 1621. *num* 2. & generaliter *Scaraphanton. ad Ceccoper. par.* 2. *lib.* 4. *tit.* 2. *n.* 4. *Lotther. de re benefic. lib.* 1. *qu.* 28. *num.* 21. & melius ad rem nostram *Ceccoper. lucubrat. canonic. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 79. *&* 80. ubi quod electores suam electionem impugnare non possunt, quia contra factum proprium venire non licet: Tum quia etsi fuisset capitularis, tamen Rev. da Flacchis præsentato præiudicare non potuisset, cum Patronus post præsentationem expletam, & a Præsentato acceptatam, ius eidem quæsitum nullo modo tollere valeat, *cap quod autem, et* 25 26

cap. cum autem de iurepatron. Barbos. de offic. & potest. Episcop. par. 3. alleg. 72. num. 158. & 159. Piton. controv. Patron. alleg. 100. num. 354. Vivian. de iurepatron. lib 10. cap. 1. num. 1. & per tot. Fargn. eod. tract. par. 2. can. 9. cas. 1. n. 12. pag. 157. Rot. cor. Merlin. dec 444. num. 1. Dunozett. iun. dec. 956. n 5. & 6. Benincasa dec. 50. n. 10. Cels. dec. 364. n. 3. in rec. decis. 235. num. 5. & 6. par. 9.

Non curato, quod apoca revocationis mandati appareat in data anterior, quam præsentatio procuratoris Capituli, & acceptatio Præsentati.

27 Non modo, quia cum agatur de apocha privata omni testium subscriptione carente, laborat vitio suspicionis antidatæ, ex textu in *Leg. scripturas Cod. qui potior. in pignor. habeant.* cuius dispositio procedit non tantum ubi agitur de concursu priva-
28 tæ scripturæ cum publico instrumento, & ad effectum hypothecæ, & prælationis, sed generaliter, & indistincte in omnibus casibus, in quibus agitur de præiudicio tertii, *Rip. in Leg. si creditor num. 24. ff. de privileg. credit. Tiraquell. de retract. convent. §. 1. gloss. 7. num. 43. & seqq. Negusant. de pignor. 2. memb. 5. par. princip. sub num. 49. vers ulterius est advertendum. Gabriel. commun conclus. tit. de probat. conclus 10. num. 6. Genua de scriptur. privat. lib. 1. qu. 16. conclus 2. num. 9. Caball. cons. dec 121. num. 3. tom. 1. De Franch. dec. 95. num. 4. Magon. dec Flor. 122. sub num. 9 vers quia dicta Lex Rot. cor. Bich. dec 403. n. 16. et cor. Emerix iun. dec. 1038 n. 2.*

Sed etiam quia, etsi per hypothesim, apocha revocatoria
29 supponenda esset anterior actui præsentationis, & acceptationis, tamen cum revocatio mandati intimata non fuisset procuratori ante præsentationem, ipsa præsentatio fuisset valida, eiusque vigore Rev. de Flacchis præsentatus ius perfectum quæsivisset, iuxta veriorem sententiam, de qua testatur *Add. ad Buratt. decis. 723. n. 21.* ea ratione, quia actus gestus a procuratore revocato
30 ante notificationem revocationis, est validus, nec ab eo datur recessus, ad textum in *§ Item si adest instit. tit. de mandato. L si mandassem 15. & Leg. si fideiussor 29. § si cum ff. mandat. Adden. ad Buratt. d. dec. 723. num. 12. Rot. cor. Emerix iun. decis. 1187. n. 11. & dec. 1270. in fin.*

Secundo loco in computatione vocum Rev. de Flacchis rationem etiam habuimus medietatis vocis, quæ in statu anni 1631. canonizata fuit ad favorem illorum de Manzis, seu Bernis; siquidem erat in confesso apud Partes, quod medietas dictæ vocis hodie spectaret ad Petrum Francisci Manzi, altera vero ad Hieronymum Ioannis Manzi, itidemque negari non poterat,

rat, prout non negabatur, dictum Petrum usque sub die 3. Decembris 1726. præsentasse Rev. de Flacchis mediante persona sui specialis procuratoris deputati per publicum instrumentum de die 26. Octobris eiusdem anni, solumque adversus dictam præsentationem pro parte Rev. Ceccarelli opponebatur revocatio ab eodem Petro facta cum assertione, quod erronee, atque seductus a falsis suggestionibus, & ebrietate, mandatum ad præsentandum confecisset; quodque deinde, atque sub die 11. Februarii eiusdem anni præsentationi Hieronymi patrui in persona Rev. Ceccarelli adæsisset; quam tamen exceptionem floccipendendam rati fuimus; cum nihil magis in iure absurdum audiri possit, quam quod contra fidem publici instrumenti simplex, ac sola assertio contrahentis ad illud reprobandum admittatur, *Leg. exemplo Cod. de probat. Leg. cum precum Cod de liberal. caus. Mans. consult.* 379. *num.* 9. *Thomat. decis.* 50. *num.* 28. *& plurib. seqq. Rot. decis.* 11 *num.* 2. *par.* 15. *recent. & post Albit. de inconstant. in iudic. dec* 9. *num.* 9. 31

Supposita vero subsistentia primi mandati procuræ effectum sortiri mediante præsentatione, eiusque acceptatione facta a præsentato, de plano consequitur nullius momenti extitisse subsequentem præsentationem ad favorem Rev. de Ceccarellis, maxime privative, & exclusive ad primam Rev. de Flacchis, ex authoritatibus supra relatis in § *Quo vero ad alteram*, *num.* 26. *&* §§ *seqq.*

Tertio loco in calculo vocum Rev. de Flacchis posuimus etiam medietatem alterius vocis, quæ in præfato statu anni 1631. declarata fuit spectare ad hæredes quond. Christophori Lucæ de Ceccarellis, quia ex *visis sententiæ* a quibus illa declaratur, *Rot. cor. Emerix iun. dec.* 122. *num.* 4. *et dec.* 847. *num.* 1. *cor. Pen. dec.* 261. *num.* 2. *in rec. dec.* 399. *num.* 10. *par.* 12. *et dec.* 469. *n.* 6. *par.* 19. apparet dictos hæredes extitisse Alexandrum quondam Pauli Nicolai de Ceccarellis, nec non Rosadum quond. Angeli pariter de Ceccarellis, qui de facto in illo statu præsentaverant, cumque nullus in hoc iudicio comparuisset hæres repræsentans dictum Rosadum, tota dicta rata fuit considerabilis in persona dicti Alexandri, eiusque successorum, si non ex titulo hæreditario concludenter non probato, saltem vigore iuris accrescendi, ad tradita per *Bellon. de iur. accrescend. cap.* 6. *qu.* 48. *num* 12 *et seqq. Vivian. de iurepatron. lib.* 14. *cap.* 2. *num.* 41. *De Luc. eod. tract. disc.* 42. *num.* 6. *et* 7. *Piton. controv. patron. allegat.* 7. *num.* 9. *et allegat.* 15. *num.* 20. *vers quatenus vero. Reverendiss. Dom. Puccinum tunc Vicarium Generalem Aretinum, postea Episcopum Cortonen. in suo Voto in Aretina Cappellaniæ de*

Bac-

Baccis, *et Pacinellis* 1712. §. *Quæ maior pars*, *et* §. *Sola igitur et seqq. Rot. cor. Cavaler. dec.* 571. *num.* 2. *Merlin. dec.* 448. *n.* 2. *Coccin. dec.* 2318. *n.* 2. *dec.* 258. *n.* 9. *par.* 9. *tom.* 1. *et dec.* 589 *n.* 3. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Hæres vero ex asse dicti Alexandri extitit Franciscus eius filius, quippe etiam ad effectum iurispatronatus hæreditarii pro-
34 cedit conclusio, filius ergo hæres, donec contrarium probetur, *Antonin. Maceraten. variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 109. *n.* 56. *Rota cor. Coccin. dec.* 1297. *num.* 27. *et seqq. Duran. dec.* 189. *num.* 5. idque evidentius comprobatur ex eo, quia de facto dictus Fran-
35 ciscus in sequenti statu anni 1651. præsentavit ex quo actu præsentationis in iurepatronatus hæreditario, aditio resultat *Rot. dec.* 265. *num.* 2. *par.* 3. *dec.* 77. *n.* 2. *par.* 4. *tom.* 1. *rec. cor. Cels. dec.* 85. *n.* 6. *et cor. Merlin. dec.* 539. *n* 9. *et* 10.

Hæc autem integra vox dicti Alexandri ad Franciscum perventa divisa fuit, ac pro medietate transivit in Antonium, & pro altera in Alexandrum iuniorem, filios dicti Francisci, ac præsumptive eiusdem hæredes. Medietas dicti Alexandri iunioris pervenit ad Paulum eius Filium, qui Rev. Ceccarelli præsentavit. Altera vero Antonii pervenit ad Iacobum, & Antonium iuniorem eius filios, quorum bona cum vigore sententiæ capitalis fuerint publicata, & a DD. Capitaneis Partis actualiter incorporata, & subhastata, a quibus præsentatus fuit Rev. de Flacchis, merito ad eius favorem illa quoque medietas erat computanda, quia Fiscus quoad transitum bonorum, & iurium activorum, & passivorum est ad instar hæredis, & pro vero hærede
36 banniti habetur, *Leg. cum quidam* § *Fiscus ff de usur.* late *Farinacc. in prax qu.* 25. *num.* 269. *&* 270. *Peregrin. de iur. Fisc. lib* 5. *tit.* 1. *num* 68 *Guazzin. de confiscat. concl.* 21. *num.* 1. *et* 2. *Massin eod. tract qu* 35. *num.* 1. *et seqq. Staiban. resolut.* 69. *n.* 29. *De Luc. de regal. disc.* 123. *num.* 5. *Rot. cor. Duran. dec.* 380. *num.* 1. *et seqq.*

Nec obicem ingerere valuit conclusio magis communiter
37 recepta, quod in Fiscum transire non possit iuspatronatus ex causa pœnali, & propter bannum, ex defectu potestatis laicalis confiscandi iura spiritualia, de qua *De Luc. de iurepatron. disc.* 38. *num.* 2 *et* 3. *Antunez de donat. reg. cap.* 28. *num.* 38. *lib.* 3. *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *qu.* 14. *num.* 30. *et* 31. *Lagunez de fruct. cap.* 3. §. 7. *n.* 64. *Pax Iordan lucubrat. lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 149. *Piton. controv patron. alleg.* 15. *n.* 26.

38 Etenim quidquid sit de veritate huius conclusionis in puncto iuris profecto de notoria consuetudine vigente in Statu, & Dominio S. R. C. contrarium omnino procedit, & observatur, quod

quod nempe in Fiscum ex capite pœnalis confiscationis transeat 39
etiam iuspatronatus spectans ad bannitum, quando prout in casu nostro, sequuta fuit actualis incorporatio resultans ex actibus enumeratis per *D. Aud. Bonsin. ad bannimen. general. cap.* 24. *n.* 47. *& seqq. Urceol dec Flor.* 30. *num.* 15. de qua consuetudi- 40
ne testantur *Sabell. in summ* §. *Confiscatio num.* 2 *Caball resol criminal. cas.* 40 *num.* 9. *Urceol. d. dec. Flor.* 30. *ante num.* 15 *vers. et quia D. olim Aud. Valerius Brignosa* in sua relatione facta DD. Capitaneis partis existen. in filtia relationum anni 1600. a 207. & clarius olim *D. Aud. et Senator Alexander Vettori* in alia eius relatione de anno 1638 facta S. R C. occasione vacationis Ecclesiæ S. Christophori *a Novoli* approbata mediante rescripto Serenissimi Magni Ducis existente in filtia 95. supplicationum dictorum DD. Capitaneorum Partis „ ibi „ Circa di che = si rappresenta, che essendo questo padronato familiare potrebbe = veramente in punto di ragione essere gran dubbio, se per qualsivoglia confiscazione fosse potuto trapassare nel Fisco, e nei = Signori Capitani di Parte; ma questo dubbio non è considerabile in questo Stato, dove è la consuetudine inveterata, che = il Fisco succeda indifferentemente in tutti i padronati, e tanto durante la vita, quanto anco per dopo la morte dei Condennati, come di tal consuetudine attesta il *Caballo nella sua = resoluzione criminale* 40. *nella fine, e più volte anco la Ruota = ha seguitata questa opinione, conforme la quale giornalmente si = pratica* =

Quæ quidem innegabilis consuetudo non est iuris fundamento destituta; quia si in Fiscum mediante publicatione, & sententia capitali, transit universitas bonorum banniti, utique cum 41
hac universitate non implicat, quin transeat etiam iuspatronatus ad textum in *cap. ex literis*, & ibi Doctores, & signanter *Fagnan. num.* 1. *et seqq. et num.* 53. *et* 54. *Covarruv. var resol. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 3. *et* 4. *Fargnan. de iur. patron par.* 2. *can.* 15. *in comment. ante num.* 1. *pag.* 228. *Piton. contr. patron. alleg.* 53. *num.* 20. & innumeris congestis *Rot. in Asculana subhastationis hereditat.* 6. *Iunii* 1704. *cor. Muto impress. apud Illustriss. D. Audit. De Comit. dec. Senen.* 15. *num.* 5. & in puncto ratiocinatur *Vivian. de iurepatron. lib.* 11. *cap.* 10. *n.* 8.

Nullatenus officiente, quod in ultimo statu anni 1678. præsentatio DD Capitaneorum Partis non fuerit admissa, sed iisdem 42
reservata fuerint dumtaxat iura talia qualia, & ob id careant quasi possessione præsentandi, pro qua regulariter effectuatio præsentationum requiritur, *Vivian. de iur. patron. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 36. *De Luc. eod. tract. disc.* 9. *num.* 2. *Rot. decis.* 71. *num.* 18. *par.* 7. *rec.*

Tum

Tum quia dicta reservatio iurium dd. Capitaneorum Partis respicit confiscationes aliorum bannitorum tunc prætensas, sed non probatas, & sic non cadit super iuribus dd. Fratrum de Ceccarellis, quæ transierunt in Fiscum mediantibus sententiis capitalibus annorum 1696. & 1707. & sic post ultimum statum anni 1678. unde pro quasi possessione iuris præsentandi ex persona dd. de Ceccarellis suffragatur præsentatio eorum authorum in statibus annorum 1631. & 1651. nec non aliorum compatronorum in dicto ultimo statu anni 1678. ex inferius dicendis in §. *Exceptioni vero n* 47.

43 Tum quia, etsi prædicta reservatio percuteret iura dd. de Ceccarellis, tamen ut in præcedenti Decisione probavimus §. *Siquidem in ea quæstione num.* 95. *&* 96 constito de pertinentia iurispatronatus, quasi possessio præsentandi præservatur etiam ex præsentationibus effectum non sortitis, dummodo expresse per Ordinarium reiectæ non fuerint; ea ratione, quod ad præservandam, & continuandam possessionem sufficit animus, & voluntas, quæ ex actu etiam nullo declaratur.

Quarto tandem rationem etiam habuimus in computatione vocum Rev. Petri Pauli saltem de medietate vocis illorum de Sarculis, seu Gratiosis, quia dicta vox in eodem statu anni 1631. canonizata fuit ad favorem Blasii, & Iannis q. Taddæi, Blasii de Sarculis, de quibus superfluum est hodie mentionem facere, cum nullus eorum comparuerit hæres, nec non ad favorem Ioannis, & Francisci fratrum, ac filiorum respective Blasii Taddæi de Gratiosis, seu Sarculis penes quos considerata integra voce, vigore iuris accrescendi ob defectum personarum, dictos Blasium, & Ioannem legitime repræsentantium, ex supra firmatis in §. *Tertio loco in fin. n.* 33. sequitur, medietatem pervenisse ad hæredes dicti Ioannis, alteram ad hæredes dicti Francisci, ac successive ratam dicti Ioannis hodie spectare ad DD. Capitaneos Partis mediante persona Petri, & Salvatoris bannitorum, quorum legitima descendentia a dicto Ioanne per gradus distinctos probata fuit, cum ex filiatione in
44 quolibet gradu, resultet etiam præsumptio qualitatis hæreditariæ respectu proprii parentis, ex authoritatibus supra relatis in §. *Hæres vero &c num* 34.

Quo circa, dato etiam, quod ex attestationibus pro parte Rev. Ceccarelli exhibitis, concludens resultasset probatio, quod Ioannes Baptista, & Dominicus quondam Francisci, Franciscus quondam Mariotti, & Franciscus Augustinus quondam Vincentii, nec non Petrus, & Dominicus quondam Angeli Sarcoli, a quibus ipse fuit præsentatus, descenderent ab eo Frascisco Seniore fratre Ioannis de Gratiosis, seu Sarculis, qui in dicto statu

anni

anni 1631. declaratus fuit Patronus (quod tamen pro parte Rev. de Flacchis acriter impugnabatur ea ratione, quod in rerum natura, tempore congruo ad dubium ingerendum, plures extiterint Francisci Sarculi ob quam pluralitatem æquivocum, & ambiguum foret, an dicti Præsentantes Rev. Ceccarellum, eorumque Authores re vera descenderent a dicto Francisco Patrono, vel ab aliquo eorum non patrono, quæ possibilitas sufficit ad excludendam plenam descendendentiæ probationem ad texum in *Leg. duo sunt Titii* 30. *ff de testament. tutelar. Dec. cons.* 26. *n.* 4. *Mascard. de probat. concl.* 875. *n.* 2. *Peregr. de fideic. art.* 44. *n.* 46. *Rot. cor. Coccin. dec.* 2342. *n.* 22. *& seqq. & post Vivian. de iurepatron. dec.* 74. *num.* 4. ideoque D. Flacchi etiam hanc integram vocem Sarculorum pro se enumerabat) tamen innegabile reddebatur, quod rexspectu istius vocis, saltem par esset ius utriusque Præsentati, quodque medietas favore unius, alia vero favere alterius computanda foret.

Exceptioni vero defectus quasi possessionis præsentandi eorumdem DD. Capitaneorum Partis respectu ratæ illorum de Sarculis bannitorum responsum fuit, post bannum nullam sequutam fuisse vacationem, & quo ad quasi possessionem bannitorum sufficere præsentationem illorum authoris in statu saltem anni 1631. quæ cum ad effectum iuris transeat in successores ex traditis per *Vivian. de iurepatr. par.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 64. *Piton. contr. patr. alleg.* 91. *n.* 2. *vers. movet. & alleg.* 94. *n.* 19. cum utrobique late concordantibus *Rot. dec.* 268. *n.* 11. *p.* 15. *rec.* quoad factum præservatur ex actu præsentationis aliorum Compatronorum, quoties non constat istos præsentasse animo spoliandi consocios non præsentantes, *Ruin. cons.* 50. *n.* 10. *lib.* 5. *Federic. de Sen. cons.* 147. *n.* 3. *Vivian. de iurepatr. lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 37. *& seqq. Piton. contr. patr. alleg.* 9. *n.* 31. *circa fin. & alleg.* 100. *n.* 156. *Rot. apud eumdem alleg.* 20. *n.* 28. *et d. alleg.* 100. *n.* 586. *in rec. dec.* 174. *n.* 10. *p.* 5. *dec.* 272. *n.* 18. *p.* 13. *& dec.* 569. *n.* 6. *p.* 19. *t.* 2. *cor. Arguell. dec.* 115. *n.* 8. *&* 9. *Ludovis. dec.* 417. *n.* 9.

Et ita, neglecta voce Dominici q. Hieronimi, & Antonii q. Ioannis Antonii Sarculi ob defectum probationis descendentiæ, & qualitatis hæreditariæ a veris Patronis, nec non Regii Fisci ex titulo bonorum vacantium prætendentis se hæredem aliquorum ex d. Donatariis, quorum nullus alius in præsens comparebat hæres cum nihil pro eius parte deductum fuerit ab inducendam agnitionem, resolutum fuit, utraque &c.

Hieronymus Vieri Assessor.
Diotisalvius Mercati olim Neroni Assessor.
Philippus Rota Assessor, & Causæ Relator

DE-

DECISIO XXVI.

EADEM SUPER VOCUM PRÆPONDERANTIA.

Iisdem die, & anno cor. AUDIT. PHILIPPO ROTA.

ARGUMENTUM.

REservato iurepatronatus Confraternitati, & octo Donatariis, & cuiuslibet eorum hæredibus, & supposita pertinentia medietatis illius ad Confraternitatem, & alterius medietatis ad octo Donatarios, resolvitur vocem unius ex octo Donatariis accedentem voci confraternitatis illam impinguare, & inducere præponderantiam, nec maiorem partem Donatariorum minorem absorbere. Distinguuntur plures casus collectivæ vocationis plurium per modum Collegii, uti singulorum, non tamen singulariter, & uti singulorum, & singulariter, cum qua authoritates quæ inter se pugnare videntur ad concordiam reducuntur, & signanter *Rota dec.* 408. *par.* 1. *diversf.* declaratur, perpensa singulorum casuum rationis diversitate ad explicationem theoricæ *Hostien. in rubric. de concess. præbend. num.* 3. *prope fin.*

SUMMARIUM.

1 *Præsentato a maiori parte potronorum, sive habenti plures voces danda est institutio.*
2 *Amplia etiam in concursu alterius præsentati de sanguine patronorum, vel fundatoris, cum ista qualitas sit considerabilis solum in paritate vocum.*
3 *Iuspatronatus quando est relictum uni proprio nomine, & pluribus aliis sub nomine collectivo, medietas vocis spectantis ad proprio nomine vocatum non impinguatur, ex aliqua parte vocum aliorum collective vocatorum, si comparative ad alios collective vocatos sit minor. Declara ut nn. seqq. & per tot. dec.*
4 *Idem procedit in iurepatronatus hæreditario ab initio reservato duabus, vel pluribus personis, duos, vel plures stipites repræsentantibus.*
5 *Item in familiari reservato pluribus familiis, vel lineis ab initio discretive, designatis.*
6 *In dictis casibus, si integræ voci unius stipitis accedant aliqui hæredes, vel aliqui de familia alterius stipitis, vel lineæ minorem partem constituentes, quorum maior alium præsentet, hæc*

minor

minor pars a maiori attrahitur, nec coniungitur cum integra voce alterius stipitis ad praeponderantiam inducendam.

7 *Afferuntur in proposito auctoritates loquentes in terminis iurispatronatus haereditarii.*

8 *Afferuntur auctoritates loquentes in terminis iurispatronatus familiaris, vel gentilitii.*

9 *Supradicta conclusio procedit etiam in terminis iurispatronatus reservati uni, veluti Praelato, Episcopo, Rectori, aut simili, & aliis pluribus nomine appellativo, vel collectivo vocatis per modum unius generis, veluti Parochianis, Incolis, Canonicis, vel similibus.*

10 *Secus vero, quando ab initio iuspatronatus fuit reservatum uni sub nomine proprio, aliis vero pluribus sub nomine appellativo, vel collectivo pro uno consideratis respectu illius tertii, inter quos tamen statim concursu partes fiunt.*

11 *Tunc enim si unus ex hisce stipitibus integer adhaereat praesentationi habentis alteram dimidiam illam auget, & impinguat.*

12 *Inter plures haeredes eiusdem stipitis succeditur in iurepatronatus in stirpes.*

13 *Ideo plures haeredes unius stipitis per modum unius considerantur, & vice unius corporis funguntur.*

14 *Et illa vox ex legis dispositione suam unicitatem semper retinet.*

15 *Et habens maiorem numerum haeredum totam vocem habere dicitur.*

16 *Idem procedit in voce ab initio reservata uni familiae, quae inter omnes de familia successive transit in folle.*

17 *Et comparative ad aliam, suam retinet unicitatem.*

18 *Et ob id maior pars cuiuslibet familiae constituit totam familiam & minorem partem attrahit.*

19 *Unicitas vocis, quae ab initio consideratur inter plures coniunctos, vel collective vocatos, comparative ad tertium disiunctum, statim cessat ob cessationem coniunctionis.*

20 *Ratio est, quia mediante concursu coniunctorum inter eos partes fiunt, & quilibet coniunctus suum proprium, & separatum stipitem efformat.*

21 *Ideo maior pars vocis unius stipitis computatur ad augendam vocem alterius.*

22 *Inter plures stipites ab initio designatos successio regulatur in capita in progressu vero, & inter illorum haeredes in stirpes.*

23 *Collective vocati, vel collegialiter, veluti singuli, sed non sinlariter repraesentant unum corpus, non tantum relative ad tertium, cum quo concurrunt, & relative ad actum acquisitionis sed etiam in ordine ad se ipsos, ac respective ad exercitium iuris*

iaris præsentandi post acquisitionem.

24 *Sive tam in ingressu, quam in progressu.*

25 *Ideo stante perpetua unicitate corporis intrat regula, quod qui maiorem partem unius corporis vel cœtus habet, inteprætative totum habere dicitur.*

26 *At collective vocati non per modum collegii, vel generis, sed uti singuli, & iure singularis vice unius funguntur, solum comparative ad illum tertium, cum quo concurrunt, & respective ad actum, & initium acquisitionis.*

27 *Post admissionem vero concursu partes fiunt.*

28 *Et dimidia illis obventa subdividitur inter eos pro virili.*

29 *Et repræsentantia unius corporis cessat.*

30 *Et unum statim in plura dissolvitur, quot sunt personæ, & totidem diversi stipites efformantur.*

31 *Unde proceditur cum regula, quod si integer stipes alteri integro accedat, præponderantiam inducit.*

32 *Idque verificatur in vocatione alicuius nomine proprio, & plurium sub nomine appellativo donatariorum, inter quos statim medietas dividitur in viriles, & quilibet donatarius singulariter, ac de per se unum stipitem efformat, & unam consequitur unciam.*

33 *Ratio est quia omnes donatarii non sunt vocati per modum collegii, nec tamquam genus in progressu, sed dumtaxat vice unius personæ in ingressu, & relative ad concursum cum tertio.*

34 *Maxime accedente dictione distributiva* cuiuslibet, *quæ collegialitatem excludit, cum sit separativa, & dispositionem uti singulis attribuat.*

35 *Fortius, accedentibus præsentationibus factis a donatariis pro sua rata, & portione.*

36 *In iurepatronatus pluribus competente uti universis, & per modum collegii, nemo propriam partem habere dicitur.*

37 *Ideo præsentatio cum ea expressione expleta demonstrant iuspatronatus ad præsentantes pertinere singulariter, & uti singulos.*

38 *Stat bene simul, quod donatarii, vel aliter collective vocati, comparative ad tertium, unum corpus repræsentent, & comparative ad se ipsos singuli unum stipitem diversum constituant.*

39 *Decisio Rot. 408 par. 1. divers. loquitur in vocatione collectiva plurium uti singulorum, sed non singulariter.*

40 *Plures sub nomine collectivo tripliciter vocari possunt, primo scilicet tamquam universi, & collegialiter, secundo non collegialiter, sed uti singuli, non tamen singulariter, tertio uti singuli, & singulariter.*

41 *Affertur exemplum vocationis collectivæ per modum universitatis, & collegii.*

42 *Et*

42 *Et isto casu consensus privatus singulorum extra collegium, & præsentatio aliter facta, quam in forma actus collegialis non valet.*
43 *Item in computatione suffragiorum ad constituendum maiorem numerum rexpectu habetur ad totum collegium, nec sufficit maior pars comparative ad minorem, quod exemplo declaratur ibidem.*
44 *Affertur exemplum vocationis collectivæ plurium uti singulorum non autem singulariter.*
45 *In his terminis in dubio non censetur vocatis præscripta forma veri, & rigorosi collegii.*
46 *Ideo cessant effectus vocationis collegialis supra relati num. 42. & 43.*
47 *In vocatis collective uti singulis adest perpetua coniunctio realis, & verbalis, quæ numquam dissolvitur mediante concursu.*
48 *Ideo illorum vocatio non dicitur facta singulariter, hoc est ut inter eos fiat divisio partium.*
49 *Affertur exemplum vocationis collective plurium uti singulorum, & singulariter.*
50 *In istis, eo ipso, quod concurrunt, & admittuntur ad iuspatronatus, concursu fit partium divisio, & coniunctio dissolvitur.*
51 *Et ob id vocati dicuntur uti singuli, & singulariter comparative ad se ipsos.*
52 *Sicuti dicuntur vocati uti singuli, & singulariter plures vocati proprio nomine, sed re ac verbis coniuncti, qui pariter comparative ad tertium disiunctum vice unius funguntur, & tamen coniunctio realis, & verbalis inter eos non impedit, quin inter se, facta partium divisione, vox unius ex eis voci tertii disiuncti accedere possit.*
53 *Nomen appellativum importat realem, & verbalem coniunctionem, quodque sub eo contenti vice unius fungantur.*
54 *In iurepatronatus competente pluribus non per modum collegii, sed uti singulis, in computanda maioritate vocum non fit comparatio partis ad totum, sed partis ad partem.*
55 *Vox patronorum non præsentantium non habetur in consideratione quia non præsentando pro ea vice faciunt se extraneos,*
56 *Ideo computatio regulatur non a numero patronorum in abstracto, sed a numero legitime præsentantium.*
57 *Contra quod rata patronorum non præsentantium præsentantibus accrescat.*
58 *Declara hoc secundum procedere, quando agitur de pluribus hæredibus unum stipitem repræsentantibus, quorum aliqui præsentant, alii vero non, tunc enim intrat ius accrescendi favore præsentantium.*
59 *Primum vero, quando agitur de voce integra alicuius patroni*

totum stipitem repræsentantis, qui nullum præsentat, quo casu eius vox non computatur, nec alterutri ex præsentantibus suffragatur.

60 *Subdeclara, ut etiam isto casu portio non præsentantis non remaneat in suspenso, quod esse non potest,*

61 *Sed ob æquale ius accrescendi tam uni, quam alteri stipiti pro rata, inutilis remaneat calculatio vocis patroni non præsentantis ad effectum dignoscendi maioritatem vocum.*

62 *Præponderantia etiam unius vocis sufficit.*



X firmatis in præcedentibus decisionibus, in necessariam, & evidentem consequentiam descendit nullatenus dubitari posse de præponderantia vocum favore Adm. Reverendi Petri Pauli de Flacchis; Nam quovis modo, etiam Defensoribus Reverendi Ceccarelli magis bene viso, illarum computatio fiat, semper luce meridiana clarior emicat ista veritas, maiorem partem vocum dicto Rev. Petro Paulo assistere.

Et primo quidem retento themate pertinentiæ medietatis integri Iurispatronatus ad Confraternitatem, iuxta deducta in prima decisione, huic enim adiuncta unica etiam tantum integra voce Capituli Venerabilis Ecclesiæ Collegiatæ Floriani ex altera medietate Donatariis reservata, palam fit Reverendum Petrum Paulum habere novem ex sesdecim unciis totius Iurispatronatus, adeo ut, calculatis etiam omnibus aliis septem vocibus Donatariorum favore Reverendi Ceccarelli, quod tamen in facto non verificatur ex dictis in secunda *decisione*, aliisque inferius dicen-
1 dis, adhuc tamen pluralitas vocum in persona præfati Reverendi Petri Pauli concurrat, eidemque propterea in concursu præsentati a minori parte institutio debeatur *cap.* 3. & ibi *Gloss. de iurepatron. Garz de benefic. par.* 9. *cap.* 2. *num* 257. *Vivian. de iurepatron. par.* 2. *lib.* 12 *cap.* 8. *num.* 1. *&* *n.* 19. *Rot. coram Peuting. dec.* 246. *n.* 8. *in rec. dec.* 129. *n.* 7. *par.* 19. *& penes Piton. contr. patron. alleg.* 20. *num.* 22.

Non curato, quod Reverendus Ceccarellus præsentatus a minori parte sit de sanguine Patronorum, quia hæc circumstantia
2 est solum considerabilis in paritate vocum ad effectum gratificationis, secus autem quoties, ut in contingenti, extraneus in numero vocum prævalet consanguineo Fundatoris, vel Patroni, *De Luca de iurepatron. disc.* 61. *n.* 15. *Fargn. eodem tractat. par.* 1. *can.* 5. *cas.* 9. *n.* 8. *pag.* 181. cum ibi relatis.

Neque

Neque huiusmodi computationi resistere visum fuit, quod vox prædicta Capituli repræsentantis unum ex octo Donatariis, coniungi nequeat cum alia integra medietate Confraternitatis ad præponderantiam inducendam, ea ratione, quod si una medietas spectat ad Confraternitatem tamquam proprio nomine vocatam, alia vero ad octo Donatarios, urpore re, ac verbis coniunctos, & sub uno, eodemque nomine appellativo, vel collectivo invitatos, minor pars Donatariorum suffocetur a maiori, adeo ut totam medietatem Donatariorum habere dicatur, qui maiorem illorum partem habet, neque minor accedere possit alteri medietati reservatæ Confraternitati, ut reprobata opinione *Hostien. in rubr. de concess. præbend. num* 3. *prope fin.* contrarium substinentis, de veriori testantur *Roch. de Curt. de iurepatron. in verb. ipse, vel is sub num.* 7. *vers. & adverte*, *Gonzalez ad regul. Cancell.* 8. *gloss.* 45. *num.* 61. *Vivian. de iurepatron. lib.* 12. *cap.* 8. *num.* 15. *&* 16. *par.* 2. *Lotther. de re benefic. lib.* 2. *qu.* 11. *n.* 135. *Antonell. de regimin. Eccles. lib.* 3. *cap.* 6. § 2. *n.* 11. *Angel. de patron. suffrag. post tractat. de impens. opuscul.* 3 *num.* 10. *De Luc. de iurepatron. disc.* 32. *sub num.* 6. *&* 7. *& disc.* 61. *num.* 20. *& de benefic. disc.* 30. *num.* 8. *&* 9. *Piton. controv. patron. alleg.* 100 *n.* 365. *Fargna de iurepatron. par.* 2. *can.* 3. *cas.* 5. *num.* 5. *& sub num.* 7. *vers. ergo etiam*, *& num.* 8. *&* 9. *& par.* 4. *can.* 2 *cas.* 1. *num.* 5. *Ferentill. ad Baratt. dec.* 942. *n.* 5. *Rot. dec.* 408. *n.* 2. *&* 3. *par.* 1. *divers. cor. Cassador. tit. de iurepatron. dec.* 2. *per tot. Cavaler. dec.* 436. *num.* 1. *& per tot.* confirmata *dec.* 519. *num.* 1. *& sub num.* 3. *&* 4. *Dunozzett. iun. dec.* 956. *num.* 4. *Cerr. dec.* 645. *num.* 6. *Coccin. dec.* 2197. *num.* 20. *Penna dec.* 763. *num.* 4. *&* 5. *Duran. dec.* 199. *num.* 8. *& dec.* 230. *num.* 2. *in rec. dec* 443. *num.* 4. *&* 5. *par.* 2. *dec.* 2. *num.* 5. *&* 6. *par.* 7. *dec.* 273. *n.* 6. *par.* 13. *dec.* 424. *num.* 5. *&* 6. *par.* 18. *& dec.* 589. *n.* 7. *par.* 19. *in Mantiss. ad De Luc. de iurepatron. dec.* 10. *num.* 1. 2. *et* 13. *et apud Fargn. eod. tractat. par.* 2 *can.* 3. *cas.* 5. *num.* 18. 3

Nam pro intelligentia huius conclusionis, congruaque applicatione authoritatum, que pro ea allegantur, vel allegari possunt, plures casus sunt distinguendi.

Primus est, quando agitur de Iurepatronatus hæreditario ab 4 initio reservato duabus, vel pluribus personis, duos, vel plures stipites constituentibus, vel de familiari similiter reservato pluribus familiis, vel lineis ab initio discretive designatis, in quo 5 pariter sit considerabilis diversitas stipitum, & tunc vera est conclusio in obiecto adducta, quod si integræ voci unius stipitis 6 accedant aliqui hæredes, vel aliqui de familia alterius stipitis,

vel lineæ, minorem tamen partem facientes, quorum maior alium præsentet, hæc minor pars non inducit præponderantiam, nec
7 coniungi valet cum integra voce alterius stipitis, sed attrahitur, & absorbetur a maiori parte eiusdem, & in his terminis, & in supposito Iurispatronatus hæreditarii, loquuntur *Roch. de Curt. de iurepatron. in verbo ipse, vel is sub num. 7. vers. et adverte. Gonzalez ad regul. Cancell. 8. gloss. 45. num. 61. Vivian. de iurepatron. lib. 12. cap. 8. num. 15. et 16. par. 2. Lotter. de re benefic. lib. 2. qu. 11. n. 135. De Luc. de iurepatron. disc. 61. n.* 20. *Fargn. eod. tractat. par. 4. can. 2. cas. 1. num. 6. Rot. coram Cassador. tit. de iurepatron. dec. 2. per tot. Cavaler. dec. 436. n.* 1. confirmata *dec. 519. num. 1. et sub n. 3. et 4. Dunozzett. iun. dec. 956. num. 4 Cerr. dec. 645. num. 6 Coccin. dec. 2197. num.* 20. *Duran. dec. 199. num. 8. et dec. 230. num. 2. in rec. dec. 2. n. 5. et 6. par. 7. dec. 273. num. 6. par. 13. dec. 424. num. 5. et 6. par. 18. et in Mantiss. ad De Luc. de iurepatron. dec. 10. n. 1. 2. et 13.* & in supposito alterius iurispatronatus familiaris,
8 vel gentilitii *Antonell. de regimin. Eccles. lib. 3. cap. 6. §. 2. n. 11. Angel. de patron. suffrag. post tractat. de impens. opuscul. 3. n. 10. et seqq. Fargn. de iurepatron. par. 2. can. 3. cas. 5. n. 7. Piton. contr. patron. alleg. 100. n. 364. et seqq. Ferentill. ad Burat. dec. 942. num. 5. Rot. dec. 443. n. 4. et 5. par. 2. et dec. 589. num. 7. par. 19. rec. cor. Penna dec. 763. num. 4. et 5. et apud Fargn. de iurepatron. loc. mox citat. n. 18. et 20.* sed hic non est casus noster, ut ex dicendis patebit.

Alter casus est quando Iuspatronatus fuit reservatum uni, veluti Prælato, Episcopo, Rectori, aut simili, & aliis pluribus nomine appellativo, vel collectivo vocatis per modum unius ge-
9 neris personarum inter se coniunctarum, non tam in ingressu, sive actu acquisitionis medietatis in concursu alterius proprio nomine vocati, sed etiam post successive in progressu, quoties detur casus vacationis beneficii, veluti quia sit reservatum Parochianis, Incolis, Canonicis, vel similibus, qui medietatem eisdem relictam semper retinent in folle, & tamquam genus, hoc est uti Parochiani, Canonici, vel Incolæ, & exercent perpetuo eodem iure generico, idque vel per modum unius Collegii, & collegialiter, vel per modum unius, sed uti singuli ad effectus dumtaxat, de quibus infra in §: *Exemplum collectivæ vocationis plurium n. 44. et seqq.* non tamen singulariter, iuxta distinctionem, de qua in dicto §: *Exemplum, et §§: seqq.* firma nihilominus remanente utroque casu perpetua repræsentantia unius cœtus, vel personæ, seu functione vice unius ob perpetuam eorumdem realem, & verbalem coniunctionem, & isto quoque casu vera est

est conclusio, quod si medietati competenti Rectori, vel Episcopo, accedant aliqui ex Parochianis, vel Canonicis, qui tamen minorem partem Parochianorum, vel Canonicorum constituant, vox Rectoris, vel Episcopi non impinguatur ex dicta portione vocis aliquorum Parochianorum, vel Canonicorum, sed ista portio attrahitur, & absorbetur a maiori cœterorum Canonicorum, vel Porochianorum. Unde inter præsentatos hinc inde intrat paritas vocum ad effectum gratificationis, vel gratiæ derogatoriæ, & in his terminis loquuntur cœteræ authoritates in obiecto relatæ, & signanter *De Luca de iurepatronat. disc.* 32. *sub num.* 6. *et* 7. *et de benefic. disc.* 30. *num.* 8. *et* 9. *Fargn. de iurepatron. par.* 2. *can.* 3. *cas.* 5. *num.* 5. *et sub num.* 7. *vers. ego etiam. Piton controv. patron. alleg.* 100. *num.* 113. *Rot. dec.* 408. *num.* 2. *et* 3. *par.* 1. *divers.* & hic pariter non est casus noster, ut infra dicetur.

Tertius denique casus est, quando ab initio Iuspatronatus fuit reservatum uni sub nomine proprio, aliis vero pluribus sub nomine appellativo, vel collectivo, qui respectu illius tertii proprio nomine vocati unum corpus constituunt, unamque dimidiam consequuntur tamquam re, ac verbis simul coniuncti, sed quia hæc coniunctio est instantanea, non autem perpetua, & consistit in solo actu acquisitionis, sive in ingressu, & initio eiusdem actus, in progressu vero, & post acquisitionem semel factam, non durat, sed dissolvitur, ex quo inter coniunctos concursu partes fiunt, ut infra demonstrabimus; ideo tales coniuncti vocati censentur uti singuli, & singulariter, & quisque ex eis diversum, & separatum stipitem, efformat; & isto casu, si unus ex hisce stipitibus integer, integramque virilem habens in ista dimidia, adoreat præsentationi alterius Patroni habentis alteram dimidiam, illam auget, & impinguat, nec intrat attractio istius rate a maiori parte aliorum Patronorum sub nomine collectivo ad hanc dimidiam vocatorum, cum omnes in progressu sint vocati uti singuli, & singulariter, non autem per modum Collegii in folle, & tamquam genus, ut bene distinguendo observant *Tusch. practic. conclusion. lit. M. conclus.* 14. *num.* 18. „ ibi „ Amplia „ in præsentatione patronorum, quia si habens dimidiam Iurispa„ tronatus, & alii decem habent aliam dimidiam, attenditur præ„ sentatio facta ab habente dimidiam, & ab uno ex decem al„ terius dimidiæ, quando illis decem competit uti singulis „ *Rot. in Aprutina Parochialis* 15. *Ianuarii* 1703. *cor. Priolo* impressa apud *Fargn. de iurepatron. par* 2. *canon.* 3. *cas.* 5. *n.* 19. *et* 20. ubi concordantes, & ab hac hipothesi extraneæ sunt omnes authoritates in obiecto late congestæ.

Ratio

Ratio diversitas inter primum casum, & istum, est mani-
12 festa, quia in primo, si agitur de unica voce ab initio obven-
ta uni hæredi, vel stipiti, in qua successio a iure præscripta est
in stirpes inter hæredes cuiusvis stipitis ad textum in *Clementin.*
plures de iurepatron. in progressu successionis plures hæredes per
13 modum unius considerantur, & vice unius corporis funguntur,
quia illa vox ex legis dispositione suam unicitatem semper re-
14 tinet; ideo ad dignoscendum, cui hæc assistat, attenditur maior
numerus, seu maior pars hæredum ad illam concurrentium, *De*
15 *Luc. de iurepatronat. disc.* 32. *num.* 4. *&* *disc.* 61. *n.* 8. *Vivian.*
eod tract. lib. 12. *cap* 8. *num.* 4. *& seqq. par.* 2. *Rot. cor. Coc-*
cin. dec. 2197. *num.* 19. *Penna dec.* 763. *num.* 3. *in rec. dec.* 272.
num. 1. *par.* 13. *dec.* 153. *num* 4. *par.* 18. confirmata *dec.* 424.
num. 3. *& seqq. eadem par.* 18. idemque procedit, si agatur de
16 voce pariter ab initio reservata uni familiæ, quæ inter omnes
17 de familia successive transit in folle, suamque unicitatem con-
servat comparative ad aliam familiam, ideo maior pars cuius-
18 libet constituit totam familiam, & minorem partem attrahit,
De Luc. de iurepatron. dict. disc. 32. *num.* 2. *& sub num* 3. *vers.*
iste vero, *& disc.* 61. *num.* 13. *Piton. controv. patron. allegat.*
100. *num.* 364. ubi concordantes. Diversum autem est in hoc
19 tertio casu, in quo unicitas vocis, quæ ab initio consideratur
inter plures coniunctos, vel collective vocatos comparative ad
tertium disiunctum, statim cessat ob cessationem coniunctionis, ex
20 qua unicitas inducitur; Cum enim mediante concursu coniun-
ctorum partes fiant viriles inter eos, ac per consequens quilibet
21 coniunctus suum proprium, ac separatum stipitem efformet, ma-
ior vox unius stipitis merito computatur ad augendam vocem
alterius, *De Luc de iurepatron. disc.* 32. *sub num.* 6. *vers. e con-*
verso, cum inter plures stipites ab initio designatos successio
22 reguletur in capita, ad differentiam progressus successionis in-
ter hæredes eorumdem stipitum, *Roch. de Curt. de iurepatron. in*
verb. ipse, vel is sub num. 4. *Tondut. resol. benefic. cap.* 32. *num.*
13. *&* 32. *par.* 1. *Rot. cor. Buratt. dec.* 481. *num.* 1. *& ibi Ad-*
den. num. 11. *Coccin dec.* 2197. *num.* 22. *&* 23. *Cerr. dec.* 645.
num. 5. *& in Mantiss. ad De Luc. de iurepatron. dec.* 10. *num.*
12. *&* 13.

Ratio vero diversitatis inter secundum casum, & istum
23 tertium ea est, quia quando collective vocati sunt etiam vo-
cati collegialiter, & per modum Collegii, vel si non collegia-
liter, sed uti singuli ad effectus, de quibus infra in §. *exem-*
plum collectivæ vocationis plurium num. 44. *& seqq.* tamen vocati
sunt saltem in folle, generice, & tamquam genus, non autem
sin-

singulariter, tunc repræsentant unum corpus non tantum relative ad illum tertium, cum quo concurrunt, & relative ad actum acquisitionis, sed etiam in ordine ad se ipsos, ac respective ad 24
exercitium iuris præsentandi post acquisitionem, & sic tam in ingressu, quam in progressu; qua stante identitate, & unicitate corporis perpetua, intrat consideratio, quod qui maiorem partem 25
unius corporis, vel cœtus habet pro se, interpretative totum habere dicatur, *Lambertin. de iurepatron. par.* 2. *lib.* 1. *quæst.* 1. *princ. art.* 25. *Lotther. de re benefic. lib.* 2. *qu.* 11. *n.* 136. *Angel. de patron. suffrag. post tractat. de impens. opusc.* 3. *n.* 16. *&* 17. *Rot. cor. Merlin. dec.* 394. *num.* 1. *& seqq. & cor. Cavaler. dec.* 419. *num.* 3. *in rec. dec.* 272. *num.* 6. *par.* 13. *& dec.* 589. *num.* 7. *par.* 19. *tom.* 2. sed quando collective vocati non sunt vocati per modum collegii, vel generis, sed uti singuli, & iure singulari, repræsentant unicum corpus, & vice unius funguntur duntaxat comparative ad illum tertium, cum quo concur- 26
runt, & respective ad actum, & initium acquisitionis, sed post- 27
quam fuerunt admissi, concursu partes fiunt, ut in prima *decisione* probavimus §. *in primis enim vers. diversitas autem num.* 110. *& seqq.* & dimidia illis obventa subdividitur inter eos pro virili ad textum in *Leg. si pater* 9. *ff. de vulgar. & pupillar.* 28
Bellon. de iur. accrescen. cap. 5. *qu.* 27. *num.* 47. late *qu.* 32. *n.* 28. *& seqq. qu.* 33. *num.* 2. & clarius *qu.* 34. *num.* 9. *&* 10. *Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib.* 10. *tit.* 3. *sub n.* 2. & ob id repræsentantia unius corporis amplius non durat, sed unum sta- 29
tim in plura dissolvitur, quot sunt personæ, & efformantur totidem diversi stipites; quare procedendum venit cum regula op- 30
posita, quod nimirum si integer stipes alteri integro accedat, 31
præponderantiam inducat, *De Luc. de iurepatron. disc.* 32. *sub n.* 6. *vers. e converso*.

Hac præmissa casuum distinctione, & discrepantia rationis inter eos intercedente, applicando modo activa passivis, patet nos 32
versari in tertio casu, nempe vocationis Confraternitatis ad medietatem Iurispatronatus, nec non octo Donatariorum ad aliam medietatem, quæ tamen in octo unciis subdividitur ratione concursus ex iuris dispositione, & præsumpta mente disponentis, adeo ut quilibet Donatarius singulariter, ac de per se unum stipitem diversum efformet, & unicam unciam consequatur, cum omnes Donatarii nec sint vocati per modum collegii, nec tan- 33
quam genus post acquisitionem in exercitio iuris præsentandi, & in progressu, sed dumtaxat in ingressu, & relative ad concursum cum Confraternitate, quod ad evidentiam comprobatur ex duplici circumstantia.

Qua-

Quarum prima est dictio distributiva *cuiuslibet* hæredibus
34 adiecta „ ibi „ eorum & cuiuslibet Donatariorum hæredes „ quæ sine dubio inter hæredes unius ex Donatariis, & hæredes alterius, excludit collegialitatem, quodque omnes per modum unius corporis concurrere debeant ad præsentandum, cum de sui natura sit separativa, & dispositionem uti singulis attribuat, *Rodulph. alleg.* 39. *n.* 17. *Roc. select. iuris disput. cap.* 17. *num.* 10. cum aliis in prima *decisione* relatis §. *ex quibus sublata num.* 101.

Altera est res iudicata Vicarii Generalis Aretini anni 1631. in qua declaratur, Iuspatronatus competere ad hæredes dictorum Donatariorum pro sua rata, & portione, iuncta præsertim univo-
35 ca, & inveterata observantia, ex qua constat, semper hæredes dictorum Donatariorum præsentasse pro eorum rata, & portione. Cum enim in Iurepatronatus competente pluribus uti universis,
36 & per modum collegii, nemo propriam partem habere dicatur, hinc eo ipso, quod actus præsentationis expletus apparet cum hac expressione propriæ ratæ, & portionis, datur intelligi Iuspatronatus ad Præsentantes pertinere singulariter, & uti singulos,
37 in puncto *Piton. contr. patron. alleg.* 100. *n.* 136. *Rot. post Vivian. de iurepatron. dec.* 48. *la* 2. *n.* 10.

Quibus ita se habentibus, nil refert, quod Donatarii collective vocati per modum unius corporis considerentur ad effectum concurrendi ad solam medietatem Iurispatronatus cum
38 Confraternitate, iuxta firmata in prima *decisione*, quia stante bene simul, quod Donatarii, comparative ad Confraternitatem, unum corpus repræsentent, & vice unius fungantur, & tamen quod comparative ad se ipsos, singuli unum stipitem diversum efforment, ut pluries diximus, prout ultra rationes, & authoritates supra relatas in §. *Tertius denique & plurib. seqq. num.* 10. *& seqq.* in puncto obiecto occurrit *De Luc. de iurepatron. disc.* 32. *sub num.* 4. „ ibi „ Neque obstare credebam, quod comparative „ ad duas alias familias, utraque habetur pro una, quoniam stant „ simul, ut quoad tertium plures personæ habeantur pro unica, „ & tamen, quod inter se, circa divisionem, seu exercitium illius unicæ vocis, seu iuris, considerentur tanquam diversa ca- „ pita, seu corpora „ *& num.* 5. ubi exemplificat, in specie casus nostri, & concordat, *Bellon. de iur. accrescen. cap.* 5. *qu.* 35. *n.* 66. *&* 67. & probat in litera textus in dicta *Leg. si pater* 9. *ff. de vulgar. & pupill.*

Sicuti nec refragatur *Rot. dec.* 408. *num.* 3. *par.* 1. *diversor.* ubi ponderata per modum obiecti circumstantia, quod Iuspatronatus ad plures collective vocatos spectaret uti singulos, statim illud resolvit per hæc verba „ ibi „ quia esto, quod hoc sit

ve-

» verum, dicitur tamen spectare ad singulos, non singulariter, » ita ut singuli habeant unam vocem, sed collective, ita ut omnes costituant unam vocem » ex qua doctrina destrui videtur distinctio superius allata inter secundum, & tertium casum.

Quippe *Rot. loc. cit.* loquitur in terminis vocationis Parochianorum, & in specie primi casus, in quo verificatur id, quod 39
Rota observat, nempe quod licet sint vocati uti singuli, tamen non sint vocati singulariter; pro cuius dicti perfecta intelligentia, animadvertendum est, contingere posse, quod vocati sub nomine collectivo sint vocati tamquam universi, & collegialiter; 40
Item quod sint vocati non collegialiter, sed uti singuli, non tamen singulariter, & demum ut sint vocati uti singuli, & singulariter.

Exemplum collectivæ vocationis per modum universitatis, & Collegii est, si vocentur personæ, quæ regulariter faciunt collegium, veluti Canonici, Capitulum, Magistratus, & his similia, 41
ea intentione, ut actum in forma Collegii explere teneantur, & isto casu collegialitas duos parit effectus. Primum nempe, quod consensus privatus singulorum extra collegium, & præsentatio aliter facta, 42
quam in forma actus collegialis non suffragetur, *Tondut. resol. benefic. par.* 3. *cap.* 159. *num.* 3. *De Luc. de iurepatr. disc.* 32. *sub num.* 2. *vers. retento & disc.* 61. *n.* 26. *in fin. Piton. contr. patron. alleg.* 100. *num.* 135. ubi concordantes; Alterum, quod in computatione suffragiorum ad constituendum maiorem numerum habendus sit respectus ad totum Collegium, nec sufficiat 43
maior pars comparative ad partem minorem, unde si ex decem, quatuor unum præsentent, tres alium, & aliis tres similiter alium, maior pars favore nullius adesse dicatur, quia non concurrunt circa eumdem duæ ex tribus partibus collegii, *Fagnan. in cap. quoniam sub n.* 13. *vers. quia loquitur de iurepatron. Vivian. de iurepatron. par.* 2. *lib.* 12. *cap.* 8. *num.* 3. *vers. secus est Fargn. eod. tractat. par.* 2. *canon.* 3. *cas.* 2. *num.* 2. *pag.* 113. *De Luca eod. tract. disc.* 61. *num.* 23. *vers. secus autem in actu. Barbos. de offic. & potest. Episcop. par.* 3. *alleg.* 72. *sub n.* 198. *vers. dicit quod, & vot. dec.* 121. *n.* 24.

Exemplum collectivæ vocationis plurium uti singulorum, non autem singulariter, est, si vocentur Cives, Incolæ, Parochiani, 44
vel similes, iuxta speciem *d. dec.* 408. *par.* 1. *divers.* qui licet perpetuo vice unius fungantur, tamquam vocati per modum generis, & in folle, iuxta superius notata in §. *Alter casus est n.* 45
9. in dubio tamen non censetur eis præscripta forma veri, & rigorosi collegii, nec ob id vocati dicuntur collegialiter, hoc est modo collegiali, sed uti singuli, *Felin. in cap. cum omnes sub n.*

29. de

29. *de constitut. Tondut. resolut. benefic. par.* 3. *cap.* 159. *num.* 5. *Lambertin. de iurepatron. par.* 2 *lib.* 2. *quæst.* 3. *art.* 8 *per tot. Garzia de benefic. par.* 5. *cap.* 9. *num* 222. *&* *n.* 227. *De Luca de iurepatron. disc.* 61. *num.* 26. *Fargn. eod. tract. par.* 2. *canon.* 3. *cas* 5. *num.* 10. *Barbos. vot. dec.* 121. *num* 24. *Rot. cor. Cæsar. de Grass. tit. de iurepatron dec.* 1. *&* 2. utrobique *n.* 2. *&* *cor. Mantic. dec.* 268. *num.* 2. *&* *post Vivian. de iurepatr. dec.* 148.
46 *la* 2. *num.* 1. & ideo cessant duo effectus vocationis collegialis supra ponderati, quod nimirum sit necessarius consensus præstitus in forma collegii, ut probant mox relatæ authoritates, & quod maior numerus attendatur comparative ad totum; cum re vera in his terminis sufficiat maior numerus comparative ad minores partes ex authoritatibus infra allegandis in §. *Secundo retento eodem themate num.* 54. verum quia isti, licet vocati uti sin-
47 guli, ad prædictos tamen effectus sunt vocati per modum generis, & intuitu qualitatis genericæ, in qua substantiatur vocatio, nempe uti Parochiani, non autem singulariter intuitu propriæ personalitatis, & singularitatis, hoc est tanquam Titius, vel Sempronius, hinc in isto genere perpetuo vocato adest etiam perpetua coniunctio realis, & verbalis in exercitio iuris præsentandi, quæ numquam dissolvitur mediante concursu. Quare vocatio il-
48 lorum non dicitur facta singulariter, hoc est, ut inter eos fiat divisio partium, sed perinde est, ac si vocata esset aliqua familia, in qua omnes de illa ab eodem stipite ab initio discreto derivantes, tamquam singuli gaudent iure præsentandi, sed comparative ad aliam perpetuo per modum unius corporis considerantur, quia vocatio perpetua familiæ perpetuam coniunctionem verbalem, & realem inter omnes de familia conservat.

Exemplum denique collectivæ vocationis plurium tamquam singulorum, & singulariter, est præcise casus noster, in quo Donatarii coniunctim vocantur comparative ad Confraternitatem, sed quia omnes sunt vocati intuitu propriæ personalitatis, & sin-
49 gularitatis, hoc est tamquam Titius, & Sempronius, cum nomen appellativum *Donatarios* stet solum demonstrative ad personas singulorum, non autem intuitu qualitatis genericæ, seu per modum generis, vel collectivi perpetui mediante verbo perpetuam coniun-
50 ctionem importante, eo ipso, quod concurrunt, & admittuntur ad Iuspatronatus, inter eos partes fiunt, & coniunctio dissolvitur
51 totque diversi efformantur stipites, quot sunt personæ; ac propterea merito dici debent vocati uti singuli, & singulariter comparative ad se ipsos, ex circumstantiis supra relatis in §. *quarum prima*, *&* §. *seqq. num.* 34. *&* *seqq.* eodem prorsus modo,
52 quo vocati dicerentur uti singuli, & singulariter, si illorum propriis

priis nominibus expressis facta esset coniunctio realis, & verbalis, & deinde vocata esset Confraternitas disiunctive ab illis. In his enim terminis palam foret, quod comparative ad Confraternitatem vice unius corporis fungerentur, unde medietas ad eos spectaret, alia vero ad ipsam Confraternitatem, & tamen coniunctio realis, & verbalis inter eos existens non impediret, quominus inter se vocati dicerentur uti singuli, & singulariter ad effectum ut unus ex eis voci Confraternitatis accedere posset, ut in puncto puncti firmat *De Luc. de iurepatron. disc.* 32. *n.* 5. *vers. ut puta.*

Quod si in his terminis res esset clara, nulla maior dubitatio intrat in nostra specie, quia nil aliud facit nomen appellativum *Donatarios*, quam importare inter eos realem, & verbalem coniunctionem, ex qua resultat, quod vice unius fungantur, ut 53
post *Bartol. in Leg. re coniuncti num.* 16. cœterosque scribentes *ff. de legat.* 3. tradunt *Crass. de success.* §. *ius accrescendi qu.* 6. *n.* 3. *Bellon. de iur. accrescendi cap.* 5. *qu.* 25. *num* 8. & *qu.* 27. *num.* 47. *Barry de success. lib.* 13. *tit.* 1. *num.* 3. quare prædicta *Rotæ decisio*, quæ data vocatione plurium uti singulorum, & singulariter, admittit concursum unius ex eis cum voce habentis alteram medietatem, retorquetur, & nostrum comprobat assumptum.

Secundo retento eodem themate pertinentiæ medietatis iurispatronatus ad Confraternitatem, & divisionis alterius medietatis in octo uncias relative ad personas octo Donatariorum, constat de præponderantia vocum favore Reverendi Petri Pauli, etiamsi destitutus esset voce capituli, aliorumque Patronorom, de quibus in secunda *decisione*, ac etiam dato, quod integræ voces aliorum omnium, qui in hoc statu præsentaverunt, assisteret Reverendo Ceccarello. Quandoquidem non omnium Donatariorum hæredes apparet actum præsentationis in præsens explevisse, sed quatuor dumtaxat, dempto Capitulo, & quatenus in istis præsentantibus supponi posset qualitas hæreditaria aliorum trium Donatariorum, de qua non constat, tamen semper deficeret præsentatio, & calculatio vocis Capituli, quod supposita nullitate præsentationis in persona Reverendi de Flacchis, neminem præsentasset. Quare supposito etiam concursu istarum quatuor, vel septem vocum in persona Reverendi Ceccarelli, adhuc superatus remaneret a voce solius Confraternitatis, in qua octo unciæ considerantur ex firmatis in prima *decisione*; quia in subiecta materia iurispræsentandi, 54
& ubi non agitur de iure competente pluribus per modum collegii, sed uti singulis, in calculanda maioritate vocum non fit comparatio partis ad totum, sed partis ad partem, adeo ut, licet inspecto toto Iurepatronatus in sexdecim uncias diviso, Confraternitas habens octo ex eisdem unciis non dicatur habere maio-

rem partem, sed æqualem parti deficienti; tamen comparative ad partem aliorum Patronorum præsentantium, nempe quatuor, vel septem dumtaxat ex octo quorum quilibet unam habet vocem, præponderantia negari non valet, & sufficit in proposito ex firmatis per *Fagnan. in cap. quoniam num.* 13. *de iurepatron. Abbat.* ibidem *num.* 13. *Vivian. de iurepatron. par.* 2. *lib.* 12. *cap.* 8. *n.* 3. *&* 8. *De Luc. eod. tractat disc.* 61. *num.* 17. *& n.* 23. *Fargn. de iurepatron. par.* 2. *canon.* 3. *cas.* 2. *num.* 1. *Barbos. de offic. & potest. Episcop. par.* 3. *alleg.* 72. *sub n.* 198. *vers. ad plura conducit, & vot. dec.* 121. *num.* 24. *Lambertin. de iurepatron. par.* 3. *lib.* 2. *art.* 4. *num.* 1. *Rot. coram Merlin. dec.* 443. *num.* 19. *&* 20.

Et ratio est, quia de rata Patronorum non præsentantium nulla consideratio haberi debet, ex quo non præsentando, pro ea
55 vice faciunt se extraneos; unde computatio non est regulanda a numero Patronorum in abstracto, sed a numero legitime præsen-
56 tantium duntaxat, *De Luc. de iurepatron. disc.* 42. *n.* 6. *& disc.* 61. *num.* 16. *Rot cor. Duran. dec.* 199. *num.* 10. *& dec.* 230. *n.* 5. *Cels. dec.* 106. *n.* 3. *Manzaned. dec* 893. *num.* 5. *in rec. decis.* 153. *n.* 5. *par.* 18. *& dec.* 589. *num.* 7. *par.* 19. *tom.* 2.

Nec adversatur conclusio superius adducta in secunda *decisione* §. *Tertio loco n.* 32. quod nempe rata Patronorum non præ-
57 sentantium præsentantibus accrescat, quia procedit in specie, in qua illam adduximus, nempe quando agitur de pluribus hæredi-
58 bus unum stipitem repræsentantibus, quorum aliqui præsentant, alii vero non; tunc enim portio non præsentantium accrescit præsentantibus, qui ideo totam vocem habere dicuntur ad effectum concurrendi cum vocibus aliorum stipitum: sed quando, prout
59 in hypothesi, agitur de voce integra alicuius Patroni totum stipitem repræsentantis, qui nullum præsentat, tunc aliter se res habet, ideo enim non computatur, nec alterutri ex præsentantibus suffragatur, ut firmant authoritates mox relatæ, & signanter
60 *Rot. dec.* 153. *n.* 5. *par.* 18. *recent.* non quia in isto casu revera portio non præsentantis remaneat in suspenso, quod esse non potest ex adductis in dicto §. *Tertio loco, num.* 32. sed quia, cum
61 ob diversitatem stipitum ius accrescendi pro rata detur singulis patronis præsentantibus (& ut fiat applicatio ad hypothesim, vox Donatariorum non præsentantium accrescat partim Confraternitati, partim vero aliis Donatariis præsentantibus) inutilis, & sine operatione remanet calculatio vocis patroni non præsentantis ad effectum dignoscendi maioritatem vocum inter præsentatos, quia sicuti mediante iure accrescendi tantum augetur ex una parte, quantum ex alia, ita ex vi proportionis arithme-

ticæ

ticæ pondus vocum ex eo non alteratur, sed discrepantia, quæ prius erat, adamussim perdurat.

Tertio tandem loco, admisso etiam per malam hypothesim, quod Confraternitati non integra medietas, sed una tantum vox æqualis singulis Donatariis competeret, ut pro parte Reverendi Ceccarelli prætendebatur, contra firmata tamen in prima *decisione*; nihilominus visum fuit, satis constare de præponderantia vocum favore Reverendi Petri Pauli. Siquidem Reverendus Ceccarellus ad summum habet integram vocem illorum de Danzis, tanquam præsentatus a Blasio Iulii Danzi, in cuius persona tota vox huius stipitis consolidatur ex firmatis in secunda *decisione* §. *Tertio loco n.* 32 item habet medietatem vocis illorum de Manzis, tanquam præsentatus a Hieronymo Ioannis, nec non medietatem illorum de Ceccarellis, tanquam præsentatus a Paulo eius patre, & ad summum medietatem illorum de Sarculis, quatenus ex documentis pro eius parte exhibitis constare dici posset de descendentia ipsorum præsentantium a veris patronis, quod non transit sine difficultate ex ponderatis in secunda *decis.* §. *quo circa*.

E converso autem Reverendus Petrus Paulus ultra medietatem dictarum trium vocum illorum de Manzis, Sarculis, & Ceccarellis iuxta firmata in secunda *decisione*, habet integram vocem Capituli Ecclesiæ Collegiatæ Floriani, & ulterius integram vocem Confraternitatis, quamobrem non calculatis pro alterutra parte tribus vocibus illorum, de Manzis, Sarculis, & Ceccarellis, quia in illis utraque pars habet ius æquale, supersunt dumtaxat tres integræ voces, quarum unam habet pro se Rev. Ceccarellus ex persona Blasii de Danzis, alias vero duas habet pro se Rev. Petrus Paulus de Flacchis ex iuribus Capituli Ecclesiæ Collegiatæ Floriani, & Confraternitatis, ac propterea de præponderantia saltem 62
unius vocis, ad eius favorem dubitari non valet, quæ sufficit in puncto *Ruin. cons.* 50. *num.* 5. *lib.* 5. cum de vocibus aliorum Donatariorum, & Patronorum, quorum nullus hodie ad præsentandum concurrit, vel nulla ratio in calculatione sit habenda ex authoritatibus supra relatis in §. *Et ratio est n.* 55. *& seqq.* vel supposito etiam iure accrescendi illarum ad favorem præsentantium ex deductis in secunda *decisione* §. *tertio loco num.* 33. tamen ob uniforme augumentum singulis ratis proportionabiliter ex eo resultans, præponderantia non destruitur, ut supra perpendimus in §. *Nec adversatur conclusio num.* 57. *et seqq.*

Et ita utraque &c.

Hieronimus Vieri Assessor.
Diotisalvius Mercati olim Neroni Assessor.
Philippus Rota Assessor & Causæ Relator.

DECISIO XXVII.

PLEBIS S. STEPHANI SUCCESSIONIS SUPER ANIMALIB.

die 7. Augusti 1731 cor. AUDIT. MANILIO URBANI.

ARGUMENTUM.

AN & quando Animalia dici debeant partes Fundi, & quando de destinatione constare dicatur.

SUMMARIUM.

1 *Filius qui in Patris Potestate est, nec permittente Patre Testamentum facere potest,*

2 *Sicuti bona immobilia deferuntur iuxta Statutum loci in quo sita sunt ita etiam mobilia in abstracto regulariter veniunt deferenda iuxta Statutum loci cui subest persona defuncti.*

3 *Animalia certis fundis addicta considerantur tamquam bona immobilia eodemque modo de illis, ac de immobilibus iudicandum, et sufficit quod fundos reddant instructos, vel aliquo modo fruttiferos ut censeantur membra, et partes eorum num.* 4.

5 *Confessio Domini, Coloni Testimonio confirmata probat animalium addictionem fundo.*

6 *Descriptio animalium in inventario tutelari probat eorum pertinentiam fundo.*

7 *Quoties una res pertinet ad aliam dicitur destinata pro usu illius, et tamquam accessoria sequitur naturam sui principalis.*

8 *Verbum = aspettanti, appartenenti = plures habet significationes, sed tamen accipitur pro accessorio, seu instrumento fundi.*

9 *Confessio super pertinentiis fundorum dici debet vera ideoque attendenda.*

10 *Verba enunciativa inter easdem partes, seu contra enunciantes, & in necessariis ad actum qui geritur plene probant.*

11 *Vis geminationis denotat specialem animadversionem confessionis emissæ, cui magis est deferendam quam Testibus.*

12 *Confessio in publico inventario emissa amplius nequit impugnari & num.* 13. *ubi quamvis prolata sit per verbum* Credo.

14 *Confessio dici non potest erronea, quia error non præsumitur maxime ubi confessio sit specifica num.* 15.

16 *Confessio de his quæ sunt iuris nullum irrogat præiudicium.*

17 *Destinatio Pecudum ad hoc potius, quam ad aliud prædium facti est non iuris.*

18 *Ex*

18 *Ex usu rei destinatæ destinantis voluntas manifestatur.*
19 *Testibus super destinatione pecudum omnino deferendum.*
20 *Animalia lucri causa in fundis posita instrumentorum nomine venire non possunt.*
21 *Si Lex a legato instrumentorum fundi aliqua excipit cœtera sub illo remanent comprehensa.*
22 *Idem est relinquere fundum cum pertinentiis, vel fundum instructum.*
23 *Ubi retentio animalium in fundo pro causa finali adparet stercoratio, & cultura, ista & non alia attendenda, ideoque dici debent accessoria fundi num. 24.*
25 *Ubi pecudes sunt fundi accessoriæ non considerantur earum fructus in se, sed tamquam fundi accessoriæ.*
26 *Animalia dicuntur instrumenta fundorum, vel istis accessoria quando in causa sunt ut pinguior ex fundis habeatur introitus.*
27 *Animalia retenta ultra modum suorum prædiorum eorum instrumenta dici non valent minusque cum illis devolvi.*
28 *Fida est prætium herbarum seu pascuorum debitum communi, seu communibus quæ habent ius pascendi in fundis privatorum quæ quolibet anno venduntur, seu ponuntur sub hasta. & n. 39.*
29 *In discrepantia depositionum attendi prorsus debet, quidquid Testes deposuere super interrogatoriis non autem super articulis cum sint magis suspecti.*
30 *Admissa animalium destinatione ad certos fundos cum illis deferuntur licet alio nutrimentum recipiant.*
31 *Licet destinatio animalium certo fundo sit extra modum, posita tamen destinatione in eo comprehenduntur.*
32 *Animalia licet alio missa, ad fundos tamen reversura eorum naturam non mutant & num. 33.*
34 *Declaratur Text. in Leg qui saltum 65. ff de legat. 3.*
35 *In successione nominum debitorum Statutum personarum, & non bonorum spectandum est.*
36 *Licet æstimatio regulariter faciat emptionem & venditionem, hoc tamen procedit in contractibus de quorum natura est ut res ex toto fiat alterius et num. 38. secus uti estimatio sit ad sciendum valorem.*
37 *Inter socios quorum unus ponit capitale, alter opera non fit communicatio capitalis quia lucrum debet esse, equale, declara n. 40.*
41 *Sterilitate bonorum ratione loci est semper eadem & perpetua, ita et destinatio animalium.*
42 *Exceptio in limine expeditionis deducta maxime ubi sit inverisimilis & ingeniosa reiici debet.*

UM Clarissimus inclytæ huius Civitatis Magistratus Supremus ad normam *Text. in Leg. qui in potestate 6. ff. de testament. & in Leg. tam is 25. § filius familias ff. de mort. causa donat.* per Sententiam declaraverit ,nullius roboris esse Testamentum olim D. Dominici de Marcuccis in quo scripta reperiebatur universalis hæres D. Maria Antonia Angelica Marcucci unica ipsius filia iugata modo nob. Viro D. Iosepho Pichi sicque testati causam ad intestatam redegerit, ex rationibus etiam de quibus late *Rot. cor. Eminentissimo Falconerio dec. 9. per tot. de testam.* placuit insuper eidem Senatui, sanctionibus locorum servatis, designare modum, seu formam successionis, quo ad omnia bona hæreditaria dict. D. Dominici inter dictam D. Mariam Antoniam Angelicam, eiusque Patruos per infrascripta verba *videlicet*.

= Quanto ai beni stabili con i loro bestiami, e mobili esistenti nei Comuni della Pieve a Santo Stefano, Collelungo, = Sintigliano, Fresciano, essersi deferita, e appartenere alla Sig. = Maria Antonia Angelica Marcucci Moglie del Sig. Giuseppe = Pichi figlia unica del Sig. Capitano Domenico, a forma della = disposizione degli Statuti dei detti respettivi Luoghi.

= E quanto ai crediti, ragioni, semoventi, e mobili non = destinati, o affissi in certo luogo, rimasti in detta Eredità = esser questi devoluti, ed appartenere al quond. Sig. Ugolino = Marcucci, e al Sig. Capitano Gio. Gualberto, e Fratelli Marcucci figliuolo di detto Sig. Ugolino, a forma della disposizione degli Statuti del Comune di Firenze, alli quali si rimette lo Statuto di Chiusi.

Ex præfata successionis designatione alia exorta fuit prætensio DD. Fratrum de Marcuccis, & signanter quod Animalia existentia super bonis delatis dictæ D. Mariæ Antoniæ Angelicæ essent duplicis differentiæ, alia nempe domestica, tamquam eorum instrumenta necessaria in stabulis, seu ovilibus perpetuo retenta, alia vero maritima, ex quo hyemali tempore ad hyberna pascua mittebantur, æstivo tamen reversura super compascuis, ut aiebant, publicis eorumdem Communium, ubi præfata bona sita sunt, quodque huiusmodi animalia secundo loco posita, uti certis fundis non destinata, seu affixa cum eisdem deferri non possent, sed potius successio, quo ad ea, tamquam vagantia, & mercimonii causa ad tempus retenta decernenda esset favore ipsorum DD. Fratrum de Marcuccis; delata igitur huiusmodi

præ-

prætenſione ad trutinam Iudicii, enunciati Fratres in prima inſtantia voti compotes effecti, in hac tamen ſecunda coram me, prævia in integrum reſtitutionem a DD M. Antonia Angelica, & Ioſepho Pichi Coniugibus petita, & obtenta ſuccubuerunt, ex rationibus inferius exprimendis.

Admittebatur etenim, quod ſicuti bona immobilia, & quæ immobilibus æquiparantur deferenda ſunt, iuxta Statuta Locorum, in quibus ea reperiuntur, ita etiam mobilia in abſtracto 2
regulariter veniunt deferenda, iuxta Statutum Loci, cui ſubeſt perſona defuncti, prout latiſſime firmarunt, *Bellon. de iur. accreſcen. cap. 10. qu. 2. num. 147. & ſeqq. Tiraquell. de iur. primogen. qu. 48. num. 1. & ſeqq. Michalor. de fratrib. par. 3. cap. 7. num. 32. Card. De Luca de ſucceſſ. ab inteſt. diſc. 19. num. 7. & diſc. 141. in fine Rot. noſtr. cor. Magon. dec. 107. n. 8. & ſub n. 11. §. licet*, cum concordantibus per eoſdem.

Attamen tuto aſſerebatur, quod etiam mobilia, ſemoventia ſeu animalia, quæ prout in præſenti, ſunt certis fundis, perpetui uſus cauſa addicta, ſeu deſtinata, rectæ circumſcribuntur loco, quia cohærentia, ſeu inſervientia bonis immobilibus conſiderantur tanquam bona immobilia, eodemque modo de illis, ac 3
de immobilibus iudicatur, *Leg. Seiæ § Tyrannæ ff. de fund. inſtr. Gatt. conſ. 26. num. 25. & 26. Menoch. de retin. poſſ. remed. 3. num. 284. Tiraquell. de iur. primog. qu. 48. n. 3. & ſeqq. Brun. de ſtat. excluſ. fæmin. art. 8. num. 131. verſ. prædicta concluſio, Schrader. de feud. par. 3. cap. 4. ſub num. 11.* „ ibi „ Idem ius = ſtatuendum de bobus, æquis, ovibus, cœteriſque animalibus = ad perpetuam utilitatem fundi, vel Caſtri. *Gob. de ſucceſſ. obſervat. 2. num. 51. & 53. De Luc. eod. tract. diſc. 19. n. 11. & in fin. Tartagl. de reſervat. Stat. art. 39. n. 22. Pecch. de aqueduct. lib. 4. qu. 9. n. 15. cum ſeqq. Cyriac. contr. 141. n. 29. cum ſeqq. uſque ad 53. Capyc. Latr. dec. 93. num 10. cum ſeqq. Manſ. conſ. 176. num. 6. 7. 8. & 21. & latius conſ. 498. num pr. & ſeqq.* ubi refert ita fuiſſe iudicatum.

Quod locum obtinet, tam ſi præfata animalia gregem conſtituant, quam non, imo ſufficit, quod fundos reddant inſtructos, ſeu aliquo modo fructiferos, ut cenſeantur membra, & 4
partes eorum, quibus inſerviunt. *Leg. 3. ff. de fund. inſtruct. L. 2. Cod. de verb. ſignificat. Gatt. dict. conſ. 26. num. 24. Manſ. d. conſ. 176. num 8. erga med. verſ. quia deſtinata tom. 2. Rot. cor. Criſp. dec. 458. num. 17. ubi concordantes tom. 3. noviſſime DD. Iudices Commiſſarii in Florentina Primogenituræ de Squarcialupis ſuper Animalibus 13. Auguſti 1728. §. Inſtitutionem coram Dom. meo Graſſioni.*

Pun-

Punctus igitur difficultatis in eo stetit, an Animalia reperta tempore mortis dicti Capitanei Dominici super bonis delatis dictæ Dom. Mariæ Antoniæ Angelicæ essent illis pro eorundem bonorum servitio perpetuo addicta, seu destinata, necne? Nam in casu affirmativo, certum erat, quod successio, quo ad ea, debita erat dictæ D. Mariæ, eo modo, quo devoluta fuit successio dictorum bonorum, seu prædiorum.

Serio exinde discusso articulo, satis superque constitit de præfata animalium destinatione. Primo ex confessione Partis. Secundo ex depositionibus trium Testium ab eadem Parte inductorum, & formiter examinatorum, & Tertio ex ipsamet bonorum delatorum qualitate.

Quo ad primum, ex confessione Partis constitit de dicta animalium destinatione, quia DD. Fratres de Marcuccis, post obitum Capitanei Dominici eorum germani, in confectione primi Inventarii tutelaris bonorum illius *diei* 23. *Novembris* 1711. recte distinguentes animalia data Sociis, ab aliis concessa Villicis seu Colonis dictorum bonorum, ingenue fassi fuerunt, hæc animalia esse de pertinentiis dictorum prædiorum, ea unitim exprimendo cum eisdem prædiis, in quibus existebant per ea verba „ ibi „ Nota dei Bestiami aspettanti a detti Poderi, ed in = essi esistenti come dissero i medesimi Sigg. Tutori Marcucci = & infra = Al Podere di Frassineta pecore in Maremma, &c. pe- = core bazze a Casa, &c. pecore in Maremma &c. = & in secundo Inventario *diei secundæ Martii eiusdem anni* de ordine Magistratus Pupillorum Civitatis Senarum confecto ad instantiam Patrui, nempe Sacerdotis, & Doctoris D. Antonii Francisci Marcucci „ ibi „ Inventario dei Bestiami &c. e fu trovato esservi gli = infrascritti spettanti a detta Eredità, ed alla prefata Sig. Pupil- = la = Tutti i Bestiami Maremmani del Podere di Frassineta, = del Podere della Villa, &c. che si tralasciano per essere stati = descritti nell' Inventario fatto, &c. sotto il dì 23. Novembre = 1711. come asserì detto Sig. Dottor Marcucci, e conforme an- = che dissero Gio. di Lorenzo fratello di Ambrogio lavoratore = a detta Frassineta, ed Ambrogio di Giuseppe Salimbeni lavo- = ratore al detto Podere della Villa = Quæ quidem geminata dict. DD. de Marcuccis confessio, Colonorum testimonio confirmata, ad effectum dignoscendi, an res mobilis existens in fun-
5 do sit illius usui addicta, & destinata, & sub eius nomine contineatur, plenissimum gradum probationis constituit. *Rot. in terminis coram Bich. dec.* 506. *num.* 12. *&* 13. *tom.* 2. ubi quod hoc est speciale in Inventario Tutoris, ex quo illud sit maxima solemnitate, & in puncto animalium, quod huiusmodi descriptio

in

in Inventario tutelari satis probet eorum pertinentiam, donec 6
contrarium exadverso concludentissime probetur. *post Bartol. in Leg. tutor. qui repertorium num. 12. & seqq. ff. de administrat. & pericul. Tutor firmavit Rot. cor. Crisp. dec. 458. n. 10. & dec. 477. sub n. 9. vers. nam præter quam quod tom. 3.*

Quoties enim una res, sicut notatum habetur in dict. Instrumento, pertinet ad aliam, dicitur destinata pro usu, & servitio illius, cum in istis rerum generibus, alius titulus, præter 7
illum subiectionis, & servitutis dari non valeat, *Mans. cons. 186. n. 32.* & per consequens tamquam res accessoria sequitur naturam sui principalis, *Gatt. dict. cons. 26. n. 2.* & id quod spectat ad aliquam rem censetur pars, & membrum illius, a quo in iudicando separari non potest. *Menoch. cons. 379. num. 6. Mans. cons. 186. n. 32. tom. 2. Caprar. dec. 366. num. 10.*

Non obstitit quod verbum illud *aspettanti*, vel *appartenenti* plures habeat significationes. *Leg. verbum. illud 181. ff. de verb. signific.* quia cum fuerit adhibitum in actu solemni confectionis Inventarii tutelaris pro designandis animalibus, uti spectantibus, vel pertinentibus ad prædia paterna delata Pupillæ a suis Patruis recte scientibus illius patrimonium, & respective fratris præmortui, non poterat aliter accipi, nec intelligi, quam, eo modo, quo communiter Doctores nostri prædiorum accessoria, seu pertinentias accipiunt, & intelligunt nempe instrumenta fundo- 8
rum, vel pecudes, quæ pro dictis instrumentis inserviunt. Ad *Text. in Leg. si quando 2. Cod. de bonis vacant. lib. 10. ubi gloss. verb. adiacentibus Menoch. cons. 140. num. 23. & 24. Natt. cons. 243. sub num. 8. Boccafer. respons. 52. num. pr. & seqq. & per tot. Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib. 9. tit. 2. sub n. 19. in fin. Barry de success. lib. 9. tit. 10. sub num. 5. post med. Altimar. de nullit. tom. 4. rubr. pr. par. 2. qu. 15. num. 629. Mans. cons. 176. n. 16. cum seqq. votum b. m. Horat. Piccolomin. Aragona in Seneu. Successionis de Turaminis 3. Augusti 1709. § perpendendum est ulterius*, & novissime DD. Iudices Commissarii *in Florentina Primogenituræ de Squarcialupis super animalibus 13. Augusti 1728. §. & in primis coram Dom. meo Grassioni, & in eadem super bonorum identitate, dictis die, et anno §. et quoniam in fine coram eodem.*

Absque eo, quod officeret huiusmodi confessionem peractam fuisse enunciative, incidenter, & extra actum respicientem separationem Patrimoniorum, novissime sequutam, cum tunc omnia spectare crederentur ad dictam Pupillam hæredem testamentariam Capitanei Dominici Patris; quoniam hæc ratio potius retorquebatur, quia cum dicta Tutorum confessio emanaverit tempore

non

non suspecto, & posuerit in claris addictionem, & destinationem controversorum Animalium illis prædiis, de quibus agebatur, sive illa ex causa testati, sive intestati spectarent ad Pupillam, sive non, semper confessio super pertinentiis eorumdem prædiorum dici debet vera, non aliud agendo, seu ad alium finem emissa, sed in actu congruo, per modum assertionis, & cum iudicio, ac
9 multa præmeditatione facta, adeoque omnino attendenda. *Leg. desiderium 7. ubi Bald. C. deposit. Ripa in Leg. admonendi num. 154. ff. de iur. iurand. Surd. cons. 151. num. 44. & cons 546. n. 7. Castill. quotidian. contr. lib. 4. cap. 46. num. 9. & 10. Mans. cons. 128. num. 26. et in fin. De Angel. de confes. lib. pr. qu. 8. limit. 7. n. 2. et melius limit. 10. num. 8. Balducc. rer. indic. tit. 4. dec. 33. num. 12. Rot. cor. Arguell. dec. 63. num. 25. et cor. Cels. dec. 124. num. 2.*

Et in debilioribus terminis, quod etiam verba enunciativa
10 plene probent inter easdem partes, seu contra enunciantes, & in necessariis ad actum, qui geritur, connotant, *De Angel. de confess. lib. 2. qu. 3. num. 11. et 12. Mascard. de probat. concl. 622. num. 28. Gen. de enunciat. lib. 1. q. 4. num. 73. Bonden. collect. 4. n. 56. tom. 1. Rot. cor. Cavaler. dec. 276. num. 3. & in recent. dec. 499. n. 10. par. 4. tom. 2.*

Quinimo, cum dicta confessio Tutorum sit geminata, & geminatio non fuerit facta simul, & eodem instanti, sed ex intervallo trium, & ultra mensium, & in diverso actu postquam ipsi, ut dictum est, cum præsentia, & confirmatione Colonorum, recte scientium qualitates, & pertinentias prædiorum, eorum custodiæ, & curæ adsignatorum, hoc idem in dictis solemnibus Inventariis fassi fuere, non poterant postea contrarium asserere, tum quia vis geminationis denotat specialem animad-
11 versionem confessionis emissæ, cui magis est deferendum, quam testibus, ut bene firmat *De Angel. de confes. lib. 1. qu. 8. limit. 4. num 8. & 9. Rot. in rec. dec. 37. n. 20. par. 14.* tum etiam quia primæ eorum confessiones super qualitate, & quantitate animalium in eisdem Inventariis descriptorum nequibant am-
12 plius ab eis impugnari, *Leg. ultima C. arbitrium tutelæ vers. sin autem* „ ibi „ Sin autem Inventario publice facto res pupillares, „ vel adulti inscripserit, & ipse per huiusmodi scripturam con- „ fessus fuerit ampliorem quantitatem substantiæ, non est aliud „ inspiciendum, nisi hoc, quod inscripserit, & secundum vires „ eiusdem scripturæ patrimonium Pupilli, vel Adulti exigi, ne- „ que enim sic homo simplex (imo magis stultus) invenitur, „ qui in publico inventario scribi contra se aliquid patiatur „ *Montan. de tutel. cap. 32. effect. 5. num. 56. cum seqq. Bersan. de*

pupill.

pupill. cap. 5. *qu.* 7. *num.* 1. *cum seqq.* & *n.* 11. ubi quod confessio dicitur iudicialis, idemque probat *de Angel. de confes. lib.* 2. *qu.* 12. *num.* 41. & 42. *tom.* 1. *Cancer. var. resol. qu.* 3. *cap.* 2. *n.* 10. *Gratian. discept. forens. cap.* 766. *n.* 59. & 60. & *cap.* 878. *num.* 3. *tom.* 5. ubi quamvis confessio prolata sit per simplex verbum *credo*; *Torr. var. iur. quæst. tom.* 2. *miscellan. par.* 1. *qu.* 27. *tit.* 12. *num.* 15. *fol.* 538. *Pacion. alleg.* 6. *num.* 25. *Barz. dec.* 5. *num.* 20. *Rot. cor. Duran. dec.* 337. *num.* 18. *coram Buratt. dec.* 557. *n.* 6. *cor. Cerr. dec.* 76. *n.* 4. *in rec. decis.* 208. *num.* 5. *par.* 4. *Rot. Senen. cor. Illustriss. D. meo Audit. de Comitibus dec.* 33. *sub num.* 7. *vers. ratio vero*, & *Rot. Marchiæ cor. Thomato dec.* 124. *num.* 18. 13

Hinc recte etiam tollebatur obiectum, quod huiusmodi confessiones fuerint emissæ per errorem, quia error non præsumitur. *Rot. dec.* 584. *num.* 10. & 11. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.* & post reiteratos actus proportionatos, & solemnes, ut dictum est, opponi 14 amplius non poterat, præsertim quia dictæ confessiones emanarunt cum specifica distinctione pecudum, quæ pertinebant ad prædia, eisque inserviebant, ab illis vagantibus, certoque loco non circumscriptis, ut ultra relatos *in* §. *quinimo* firmant *Me-* 15 *noch. de præsumpt. præs.* 97. *num.* 2. *lib.* 6. *Borgnin. Cavalc. de tutor. cap pr. num.* 66. *Mascard. de probat. concl.* 939. *num.* 3. *Rot. cor. Bichio d. dec.* 506. *n.* 21. *tom.* 2.

Eoque minus dubitari poterat, quin prædictæ confessiones fratrum de Marcuccis in actib. adeo congruis confectionis utriusque solemnis Inventarii tutelaris emissæ, & sic tempore non suspecto, essent veræ, & reales, non autem incidenter, seu per errorem inconsulto peractæ, quia illæ ab omnibus tribus testibus ab eisdem fratribus inductis, & examinatis mirifice comprobatæ remanebant, ut in proximo sequenti fundamento apparebit.

Neque resistere visum fuit, quod quæstio hæc, an pecora circumscribantur loco, vel ad fundum pertineant sit mere iuris, adeoque confessio de his, quæ sunt iuris, nullum irroget præ- 16 iudicium, *Leg. si post divisionem C. de iur. & fact. ignorant. De Angel. de confes. lib.* 2. *qu.* 1. *num.* 50. *Mans. cons.* 129. *num.* 22. quia quidquid sit de quæstione scilicet, an pecora circumscribantur loco necne? quæ respicit effectum iuris, certe destinatio 17 eorum ad hoc potius, quam ad aliud prædium est quid facti & non iuris. *Card. De Luca de succes. ab intest. disc.* 19. *in fine vers. cum enim*, prout similiter videmus in unione Ecclesiarum vel beneficiorum, vel etiam plurium Agrorum ad conficiendum unum integrale corpus, seu prædium ex destinatione Patris familias, quæ est quid mere facti consistens in usu rei destinatæ,

ex quo destinantis voluntas recte manifestatur. *Leg. quod in re-*
18 *rum* 24. §. *si quis post testamentum & in Leg. si ex toto* 8 *ff. de legat. primo Leg. Seiæ* 20. §. *Tyrannæ ff. de fund. instruct. & instrum. legat. Cæphal. cons.* 144. *num.* 16. *cum seqq. Card. De Luc. de fideicomm. disc.* 270. *num.* 24. *& seqq.* & melius *de legat. disc.* 7. *num.* 11. *cum seqq. Mantic. de coniect. lib.* 9. *tit.* 2. *num.* 13. *Pecch. de aquæduct. lib.* 3. *cap.* 13. *& ult. a num,* 20. *cum duobus seqq. Surd. dec.* 241. *per tot. Rot. in rec. dec.* 249. *num.* 9. 13. *&* 15. *par.* 11. *cor. Priol. dec.* 74. *n.* 12. *dict. DD. Iudices Commissarii in dict. Florentina Primogenituræ de Squarcialupis super bonorum identitate* 13. *Augusti* 1728. §. *istud tamen in fine cor. Dom. meo Graffioni*.

Quo ad secundum, ex depositionibus Testium Dominorum de Marcuccis formiter examinatorum, clare habetur, quod prædiis existentibus in præfatis Communibus, Domini seu possessores eorum assignant, seu destinant partem animalium, quæ hyeme transmittuntur ad pascua maritima, seu tot capita pro quolibet prædio, quodque eius Villicus, seu Colonus debet de dictis animalibus reddere rationem Domino, & participare cum eo lucrum, & damnum pro medietate, ut ait primus Testis Capitaneus Laurentius Salvetti *super* 12. *interrogatorio* „ ibi „ = I possessori dei Beni, e poderi posti in detti Comuni assegna- = no ai loro poderi una porzione di Bestiame, cioè Vacche, = Capre, Pecore &c. ne destinano però tanti capi per Podere, = come appartenenze a quel Podere, del qual Bestiame il Con- = tadino ne deve render conto al Padrone colla partecipazione = dell' utile, e del danno, come sopra per metà = & melius Lazarus da Sintigliano secundus Testis *super eodem* 12. *interrog.* „ ibi „ assegnano ai loro Poderi una parte di Bestiame, cioè = Vacche Capre, ed altro Bestiame, che mandano nell' Inver- = nata in Maremma, e ne destinano tanti capi per Podere, del = qual Bestiame il Contadino ne deve render conto al Padrone = colla partecipazione dell' utile, o danno, come sopra, per = metà = per quæ eadem verba deponit etiam Bartholomeus da Sintigliano tertius Testis *super eodem* 12. *interrog.* iunctis etiam responsionibus omnium *super* 7. *interrog.* quibus quidem Testibus de eisdem Communibus, de eisdem prædiis Pupillæ delatis, & de eorum Dominis, & possessoribus bene consciis, & a præfatis DD. de Marcuccis inductis, & approbatis ad concludendam dictam
19 animalium destinationem, omnino deferendum videbatur, ut de testibus bene consciis, & informatis, *Rot. cor. Zaratt. dec.* 116. *num.* 15. *dec.* 243. *num.* 7. *par.* 6. *& decis.* 472. *num.* 16. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.* & passim de testibus a parte adversa inductis, & appro-

approbatis, *Spad. conf.* 363. *num.* 23. *tom.* 2. *Farinacc. de test. q.* 62. *num.* 243. *Censal. dec. Lucen.* 25. *num.* 5. *Rot. cor. Dunozzett. iun. dec.* 343. *num.* 4. *tom.* 1. *& dec.* 812. *num.* 5. *& cor. Emerix iun. dec.* 1010. *num.* 2. *cor. Zarat. dec.* 11. *num.* 16 *& cor. Ansald. dec. pariter* 11. *num.* 9. *in rec. decis.* 110. *num. pr. par.* 14. *& dec.* 409. *num.* 7. *par.* 19. *tom. pr.* in quibus decisionibus idem firmatur etiam de teste unico.

Penitus non relevante, quod saltem hæc animalia non essent de illis, quæ fundis inservire, vel esse deberent eorum instrumenta, sed potius forent posita ad effectum mercimonii, seu, ut de eis Pater familias lucrum faceret, vel principaliter fructus perciperet, in quibus terminis instrumentorum nomine venire non possunt, ut est *Text.* specialis in *L. de grege* 9. *ff. de fund. instruct.* ubi *Paulus ait* = De grege ovium ita distinguendum est, ut si = ideo comparatus sit, ut ex eo fructus caperetur non debeatur; = si vero ideo, quod non aliter ex saltu fructus percipi poterit, = contra erit = quem *Text.* sequitur *Cuiac. in L.* 4. *ff. de servit. rustic. præd. Barry de success. lib* 9. *de legat. tit.* 12. *n.* 12. *vers. non est omittenda Thomat. de collect. inter tract. magn. edit. Venet.* 1584. *pag.* 168. *n.* 9. ubi, quod si principaliter comparata sint pecora, ut ex eis fructus capiatur, & si postea etiam ad exstercorandum inserviant, & ad augendos fructus, inspicitur solum, quod principaliter agitur, & secunda intentio non attenditur. 20

Quoniam *Text.* & Doctores in obiecto allegati dicunt solum, quod Animalia non valent dici instrumenta fundi, ac a tali qualitate sunt excepta, dum ostenditur, quod illa fuerint principaliter destinata ad mercimonium, seu ad capiendos fructus ex eis ut bene explicat *Gloss. in dict. Leg. de grege verb. comparatus*; Unde dum ex parte DD. de Marcuccis non probabatur hoc requisitum, quod videlicet pecudes, de quibus erat sermo, a Domino principaliter retinerentur ad mercandum, seu ad capiendos ex eis fructus, semper erat verum dicere, quod illæ inter instrumenta fundi essent recensendæ ex regula, quam in puncto adducit *Text. in Leg. quæsitum* §. *denique*, *ubi gloss. verb. non potest vers. & sic nota ff. de fund. instruct.* inquiens, quod si Lex a legato instrumentorum fundi aliqua excipit, cœtera sub illo remanent compræhensa, & sequendo dictum *Text.* advertit *Mans. cons.* 176. *num.* 30. *Rot. cor. Emerix iun. dec.* 32. *num.* 5. 21

Imo *Barry de success. lib* 9. *tit.* 12. *n.* 12. *v. non est omittenda*, superius allegatus, ait, quod licet non veniat sub instrumento fundi legato pecus comparatum, ut ex eo frctus perciperentur, & ex eo Pater familias lucrum faceret, & negotiaretur sed censeatur instrumentum Patris familias, attamen addit, quod etiam illud instru-

mentum venit sub legato fundi instructi, ut ex illis verbis „ ibi „ = Sed censeatur esse tantum instrumentum Patris familias, & in- = structo fundo legato cedat, quoniam istud legatum plenius est = *Leg.* 2. *Cod. de verb. significat.* hodie autem, obsoletis veteribus
22 formulis, idem est apud modernos reliquere fundum cum pertinentiis, quod erat apud antiquos relinquere fundos instructos, vel cum instrumentis, ut ex *Simon. de Prætis* advertit *idem Barry de success. lib.* 9. *tit.* 10. *sub num.* 6. *post med.* quem sequuntur *dicti DD. Iudices Commissarii in dict. Florentina Primogenituræ de Squarcialupis super bonorum identitate* 13. *Augusti* 1728. §. *&* *quoniam in fin. cor. D. meo Grassioni.*

At quorsum terere tempus in perquirendo, ad quem spectet onus probandi, quod dictæ pecudes haberentur principaliter causa retrahendi ex eis fructus, seu lucri faciendi, dum totum oppositum demonstrabant DD. Coniuges Pichi, quod nempe illæ retinebantur in dictis prædiis non ad capiendos ex eis fructus, neque ad mercandum, ut illico distraherentur, ut ait *Mans. consult.* 498. *num.* 2. *in fine tom.* 6. sed pro eorundem prædiorum servitio, & quidem ex omnibus testibus dictorum de Marcuccis, dum *super* 4. *interrog.* ita concorditer respondent = I Padronati = di detti Beni, e Poderi, per rendere fertile il terreno di detti = Beni, tengono oltre il bestiame solito dei Manzi da lavoro an- = co molt' altro bestiame, cioè Vacche, Pecore, Capre, e Ca- = valle per adunare del concio, e concimare detti Beni = adeoque, si omnes dicti Testes concludunt retentionem dictorum animalium esse pro stercorandis bonis eisque reddendis fertilibus, ista, & non alia dicenda erat causa principalis, & finalis eorum
23 retentionis, propter quam, iure optimo dictorum bonorum instrumenta nuncupari debebant, iuxta *Text.* claros *in Leg. instrumenta fundi* 8. *ff. de fund. instruct.* „ ibi „ Instrumenta fundi ea = esse, quæ causa fructuum parata sunt, veluti homines, & pe- = cora stercorandi causa = *Leg. quæsitum* 12. *post princip. verb. constat ff. eod.* „ ibi „ Constat enim eos, qui agri gratia ibi sunt = instrumento fundi contineri = *Leg.* 2. *Cod. de verbor. significat.* „ ibi „ Stercorandi, vel pascendi causa = *Barry de success. dicto lib.* 9. *tit.* 12. *sub num.* 12. *vers.* = similiter instrumentum fundi = est pecus, quod habetur in fundo causa eius stercorandi = *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 154 *num.* 10. „ ibi „ sunt etiam = fundi instrumenta Boves, Pecora stercorandi causa = *Cyriac. controv.* 141. *num.* 28. *&* 29. *& contr.* 468. *num.* 21. *& seqq. Mans. cons.* 176. *num.* 7. *&* 8. *cum seqq. cons.* 186. *num.* 35. *& cons.* 498. *num. pr. & per tot. Gratian. discept. forens. cap.* 564. *num.* 41. *cum duobus seqq. Gatt. cons.* 26. *n.* 27. ubi etiamsi agatur

tur de animalibus ad multiplicandum, eumque refert *Rot. Senen cor. Illustrisf. D. meo Aud. De Comitibus dec.* 33. *num.* 12. 13. *&* 14. ubi refert etiam Rotam Romanam in *Maceraten. Fideicommissi* 2. *Maii* 1695. §. *ratio cor. Molines* „ ibi „ Reperta = fuerunt animalia, quæ ibi retinebantur non casu, & ad tempus, sed tanquam destinata ad culturam, & extercorationem = eorundem prædiorum, ut ex illis uberiores fructus percipian- = tur propter quod talia animalia dicuntur instrumenta necessa- = ria fundi = *& cor. Crisp. dec.* 458. *num.* 16. *& dec.* 477. *n.* 9. *tom.* 3. *& post dissert. Paul.* 45. *dec. unic. n.* 28. *& dicti DD. Iudices Commissarii in Florentina Primogenituræ de Squarcialupis super animalibus* 13. *Augusti* 1728. §. *pr. cor. D. meo Graffioni*.

Comprobabant DD. Coniuges Pichi eandem causam retentionis dictorum Animalium fuisse vere principalem, & finalem ex iis, quæ addebant iidem Testes dictorum fratrum de Marcuccis *super* 8. *&* 9. *interrog.* primus nempe *super* 8. „ ibi „ Senza i Bestiami, che si mandano in Maremma i Poderi, e Be- = ni dei suddetti luoghi sarebbero di minor rendita, ma non po- = chissima. *Super* 9. renderebbero meno, ma non quasi niente = Secundus vero, & tertius concorditer respondent *super eodem* 8. = sarebbero di pochissima rendita = *& super* 9. secundus ait = non = frutterebbero se non per la metà = Tertius vero *super eodem* = non renderebbero quasi niente = licet enim dicti Testes inter se aliqualiter discrepent, ex eorum tamen dictis colligi poterat absque scrupulo, præfata bona, absque dictis animalibus esse minoris redditus, infra, vel saltem usque ad medietatem pro quo minore reditu removendo recte, ac prudenter se gessit Capitaneus Dominicus comparando, & retinendo super dictis bonis enunciata animalia, quæ utpote principaliter retenta ad reddendos uberiores eorum redditus dici debebant eisdem bonis acces- 24
soria, in puncto *Cyriac. contr.* 141. *n.* 30. *cum seqq. tom. pr.*

Nec isto casu erat inquirendum quot, & quales essent dictorum animalium annui fructus, quia, quando pecudes sunt fundi accessoriæ, earum fructus non considerantur principaliter pro- 25
pter se, sed uti fundi accessorii, ut per *Text. in Leg. de grege ovium* 9. *ff. de fund. instruct.* tradit in puncto *Cyriac. dict. contr.* 141. *num.* 51.

Minusque aliquam ingerebant difficultatem verba eiusdem *Text. in dicta Leg. de grege* „ ibi „ Si vero ideo, quod non ali- = ter ex saltu fructus percipi poterit = quia non per hoc intelligitur, quod bona, absque animalibus nullum penitus fructum faciant, sed sat est, quod parum fructum reddant, cum parum, & nihil æquiparentur, *Gloss. in cap. commissum* 4. *de decim. in fin.*

Text. in Leg. minus ff. de verb. signific. Menoch. cons. 184. *n.* 3. & propterea Doctores communiter admittunt, quod animalia nun-
26 cuncapantur instrumenta fundorum, vel istis accessoria, quando in causa sunt, ut pinguior ex dictis fundis habeatur introitus, seu redditus. Recte *Cyriac. dict. contr.* 141. *n.* 33. „ ibi „ quod = ubi pinguior habetur introitus, & redditus, tunc in concessione = fundi venit etiam instrumentum = *cum seqq. tom pr. Fulv. Lanar. in addict. ad repetit feudal. Io. Ant. Lanar in cap. prim. de success feud. n.* 46. *fol. mihi* 269. „ ibi „ Si aliquod feudum = proponatur, in quo oves, & boves, & cætera animalia ita de- = stinata sunt, ut ex his fructus feudi, vel maior pars colliga- = tur, tunc pertinent ad primogenitum successorem in feudo, = quia destinata ad usum feudi, sunt partes feudi, & pro feu- = dalibus reputantur = & sequitur *Mans. dict. cons.* 176. *num.* 8. *cons.* 186. *num.* 35. „ ibi „ Destinata pro fructibus percipiendis = ex illis agris, & sine quibus fere steriles, & inutiles rema- = nerent = & melius *dict. cons.* 498. *sub num.* 11. §. *secundo pariter versic.* „ & sine quibus fructus, & redditus ex eis, aut = non perciperentur, aut certe non in tanta quantitate, &c. = tunc certum esse, etiam animalia pro eisdem bonis destinata = comprehendi = *tom. 6. Rota Senen. cor. D. meo Aud. De Comitibus dict. dec.* 33. *num.* 17. *in fin. & in dict. Maceraten. Fidei-commissi super animalibus dict.* §. *ratio vers.* „ sed tanquam desti- = nata ad culturam, & extercorationem eorumdem prædiorum, = ut ex illis uberiores fructus percipiantur, propter quod dicun- = tur instrumenta necessaria fundi, &c. = *coram Molines*.

Constito ex prædictis, quod retentio, seu destinatio dictorum animalium, ultra pecudes in stabulis retentas, necessaria sit ad impinguandos agros, de quibus agitur, ut ex istis uberiores fructus percipi valeant, parum iuvit obiicere, quod eadem animalia nunquam stercorentur, nec nutriantur nisi per accidens in fundis, quibus dicuntur assignata, utpote debita pastione carentibus, semperque depascant in alienis terris, cum hyeme transmittantur ad pascua maritima, æstate vero pabulum sumant super compascuis publicis illorum Communium, ad quæ redeunt, & propterea uti retenta, ultra modum suorum prædiorum, nec eorum partes, neque instrumenta dici valeant, minusque cum illis devolvi, *ad Text. in Leg.* 78. *in fin. & L.* 86 *ff. de legat.*
27 3. *& Leg. quæsitum* 12. §. *Papinianus ff. de fund. instruct.*

Etenim pro congrua responsione omnibus contentis in obiecto præmittendum erat, quod in Communi Sintigliani, de quo agitur Domini, & possessores bonorum existentium in illo, post messem peractam, dempta aliqua certa quantitate animalium, debent

bent solvere Proventuario pro pascuis reliquorum, solitam fidam, etiamsi dicta pascua sint super bonis propriis ipsorum Dominorum, quæ fida in præsenti non est aliquod vectigal, de quo *De Luc. de regal disc.* 94. *num* 2. *& disc.* 95. *num* 3. sed est potius pretium herbarum, seu pascuorum debitum Communi, seu Communibus, quæ habent ius, seu loca pascendi in fundis privatorum, ut recte observant *ex Iason. in Leg. pr. in pr. lectur. num.* 19. *& in secunda lectur. n.* 25. *Cod. de Sacrosanct. Eccles. Oter. & Bonden de pascuis cap.* 39. *num.* 48. *erga medium vers. cæterum Episcop. Roc. disput. select. cap.* 170. *num.* 2. *& sub num.* 10. §. *quo vero. Idem De Luc. de regal. disc.* 94. *num.* 2. *in fin.* & forsan ex eisdem rationibus, de quibus ipsemet *de servit. disc.* 35. *a num.* 5. *cum seqq.* dictaque pascua, quolibet anno venduntur, seu ponuntur sub hasta in festivitate Sancti Bartholomæi, ut deponit D. Cpit. Laurentius Salvetti primus Testis *super* 10. *interrog.* „ ibi „ e ritrovandosene più di quel bestiame, che gli = assegna la Comunità, si paga (scilicet fidam) al Proventua- = rio della Bandita di detto Comune, che ogn' anno per San = Bartolommeo si mette all' incanto alla Chiesa di detto Comu- = ne = & in causa scientiæ *super primo Capitulo* „ ibi „ per ave- = re lui Testimonio preso all' incanto la Bandita di detto Co- = mune di Sintigliano saranno due anni &c. = *& super* 2. *Capitulo* „ ibi „ esser vero, che i Poderi di Frassineta, e della Vil- = la, che in oggi si posseggono dalla Sig. Antonia Maria Mar- = cucci, e Sig. Giuseppe Pichi suo Marito, sono posti, e situati = nella Bandita della suddetta Comunità = in causa scientiæ = per = avere, e possedere più Poderi in detto Comune. 28

Rursus huiusmodi pascua non sunt de omnibus bonis possessorum, sed de parte tantum, ut concorditer respondent secundus, & tertius Testis ad *dictum* 10. *interrog.* „ ibi „ dopo che è = levato il grano dei medesimi Poderi, quel terreno, dal quale = è levato il grano diventa in parte pastura delle Comunità, e = vi possono andare a pascolare i bestiami dei Possessori di detti = Comuni = itidem dict. secundus Testis *super* 2. *Capitulo* ait „ ibi „ poter deporre che i Poderi di Frassineta, e della Villa, = di che in detto Capitolo, parte delle Terre adiacenti a detti = Poderi sono ancora poste fuori delle suddette Bandite delle = dette Comunità = & concordat etiam tertius Testis *super eodem secundo Capitulo* „ ibi „ il Podere di Frassineta è posto la = maggior parte dentro la Bandita di Sintigliano, siccome parte = del Podere della Villa.

His præmissis diluitur obiectum, quod dicta animalia nunquam stercorentur super bonis, quibus fuerunt assignata; nam

post reditum a locis maritimis, nempe a mense Maii, usque ad mensem Octobris, seu Novembris, semper potius stercorantur in propriis bonis Dominorum, ut recte colligitur ex uniformi confessione omnium trium Testium *sup. 6. interr.* ibi „ quando = tornano i Bestiami di Maremma, che appartengono al Padrone = dei beni posti in detti Comuni, procurano i lavoratori di farli = stabbiare sopra i medesimi Beni, per rendere più fruttifero = il Terreno = & primus *super* 4 *Capitulo* „ ibi „ quando ritor- = na di Maremma il detto Bestiame grosso, e minuto, si costu- = ma farli stabbiare alla Campagna: ma i Padroni di detti Be- = stiami, o loro Lavoratori tengono a stabbiare il detto Bestiame = nei loro Beni non ostante siano dentro la suddetta Bandita = licet enim stercoratio sequi dicatur in campestria iuxta dictum capitulum, attamen, attenta causa supradicta impinguandi, & fertiles reddendi proprios agros, nedum verisimile, sed etiam necessarium omnino est, quod Domini, seu Laboratores in eisdem bonis propriis, etiam obnoxiis solutioni fidæ Communibus reversos greges, post diurnum pastum, retibus concludant, quod vulgo dicitur *ricondurre all' agghiaccio*, ut ex nocturna eorum commoratione præoptatum stercorationis, & fertilitatis finem assequantur.

Nullatenus attentis depositionibus secundi, & tertii Testis *super eodem Capitulo* 4. ubi per eadem verba aiunt = quando ri- = torna di Maremma il detto Bestiame grosso, e minuto, si pra- = tica, e si costuma di farlo stabbiare alla Campagna tanto nei = Beni del Padrone del Bestiame, che nei Beni d' altri, or qua = or la dentro detta Bandita = quia, vel hoc intelligi debet sequi pro aliqua vice præcario, seu in gratiam alicuius possessoris finitimi, vel de pecudibus alicui prædio non destinatis, alias iidem Testes suis prioribus dictis adversarentur, dum omnes *sup. interrogatorio 6.* ut dictum est ingenue deposuere = procurano i = Lavoratori di detti Beni di farli stabbiare sopra i medesimi Be- = ni per rendere più fruttifero il terreno = & in hac discrepan- = tia attendi prorsus debet quidquid Testes deposuere super in- = terrogatoriis, non autem super articulis, cum super articulis
29 sint magis suspecti, quod voluerint inservire parti, quæ illos induxit. *Constantin. ad Statut. Urb. tom. pr. annot.* 9. *num.* 99. *Rot. cor. Seraphin. dec.* 1703. *n.* 9. *post Post. de manut. dec.* 488. *n.* 4. *post Bonden. alleg.* 79. *n.* 10. *cor. Cerro dec.* 421. *num.* 13. *coram Emerix iun. dec.* 121. *num.* 3. *& dec.* 402. *num.* 7. *in rec. decis.* 249. *num.* 3. *par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 312. *num.* 4. *par.* 9. *dec.* 169. *num.* 6. *par.* 14. *& dec.* 263. *num.* 4. *par.* 18. *coram Falconer. tom.* 1. *tit.* 4. *de cens. dec.* 16. *sub n.* 13. *& tom.* 4. *de Miscellan. dec.* 18. *n.* 12.

Eo-

Eodemque modo cessat, quod dicta animalia nunquam nutriantur in dictis bonis, quibus fuerunt assignata, sed in bonis alienis, quia a tempore reditus a locis maritimis, usque ad novam transmissionem ad ea, & sic per sex menses evenit potius totum e contra; nam ante pascua a Communibus vendita, certe dicta animalia pabulum recipiunt in propriis bonis; durante autem tempore fidæ, seu dictæ venditionis, cum in ea comprehendantur etiam pascua prædictorum Dominorum Coniugum de Pichis, ut aiunt omnes Testes *super* 10. *interrogatorio*, & *in secundo Capitulo*, ex quo dicti Coniuges fidam solvant Proventuario pro pascuis, non per hoc dici potest, quod eorum animalia non nutriantur in bonis propriis, & nihilominus, quando etiam nutrirentur promiscue in alienis finitimis, satis superque esset, quod sub vesperam reducerentur, pro ut reducuntur ad proprium ovile ex causa præfatæ stercorationis ut necessario eruitur ex omnibus dictis Testibus *super* 6. *interrog.* & melius ex primo Teste *super* 4. *Capitulo* „ ibi „ Ma i Padroni di detti Beni, o i loro = Lavoratori tengono a stabbiare detto Bestiame nei loro Beni, = non ostante sieno dentro la detta Bandita = ut superius ostensum est; quinimo admissa illorum destinatione ad certos fundos, hæc operatur, quod animalia, uti accessoria, vel tanquam partes cum illis deferantur, tametsi in alieno loco suum nutrimentum recipiant, & prædia pro ipsorum pastione, vel herbam non ferant, vel minus sufficientem producant, *Text.* optimus *in Leg. pecoris* 4. *ff. de servit. rusticor. prædior. ubi gloss. in figuratione* 30
casus „ ibi „ acquiro servitutem in vicino agro, ut in eo pa= scantur pecora agri mei, cum ager meus non ferat herbam, = vel minus sufficientem, tenet servitutis acquisitio, & est præ= dialis, quia ob utilitatem agri mei est imposita, quæ aliter = percipi non potest = egregie *Cyriac. dict. contr.* 141. *n.* 32. ibi „ nulla habita ratione ovium, sed prædii tantum, cui de= serviunt, & cuius causa tenentur, atque iudicantur una res = cum eodem prædio „

Hinc non obstitit, quod dicta animalium retentio esset extra modum suorum prædiorum, quæ non sunt magni prætii, quia etiamsi dicta prædia non sint magni valoris ob eorum sterilitatem, sunt tamen latissimæ estensionis, & sic plusquam sufficientia pro pastu eorundem animalium, & tamen quando etiam 31
talis retentio esset extra modum, adhuc posita dicta destinatione præfata animalia sub fundi instrumento forent comprehensa. *Textus est clarus in Leg. fundi instrumento legato* 25. *ff. de fund. instruct.* ubi *Iabolenus* sic ait = Fundi instrumento legato id pe= cus cedere putabat Tubero, quod his fundus sustinere potuisset.

= Labeo

= Labeo contra, quod enim fiet inquit, si cum mille oves fun-
= dus sustinere potuisset, duo millia ovium in eo fundo fuerint;
= quas oves potissimum legato cessuras existimabimus, nec quæ-
= rendum esse, quid debuisset parari pecoris instrumenti fundi
= causa, sed quid paratum esset; non enim ex numero, aut mul-
= titudine legata æstimanda esse Labeonis Sententiam probo = quem sequitur *Bartol. ibidem Leisser. de prædiis lib. 2. cap. 14. num. 9. Camerel. de legat. lib. 3. qu. 2. num. 18. fol. 326.*

Pariter non relevante, quod pecora in hyeme mittantur ad pascua maritima, quia non per hoc deserunt eorum destinationem, & sic ademptam qualitatem rei immobilis, præsertim, cum id agatur ex necessitate ad evitandam hyberni temporis intemperiem, ac frigoris rigorem, & non ex voluntate, neque ex tali transmissione elici poterat, quod essent animalia vagantia, & nullo loco circumscripta, cum illuc transmittantur, ad suos fundos reversura, quo casu peculiare est, quod eorum naturam non mutant, ut docet *Text. in Leg. ex facto 35. ff. de hæred. institnen. vers. veruntamen*, ubi quod si Testator habeat servos in suo patrimonio Italico, eosque mittat in Provinciam forte Galliam, ad aliquid faciendum, redituros tamen ad dictum patrmonium
32 Italicum, dubium non est, quin debeat dici ad Italicum patrimonium eos pertinere debere. Item si servi consueverunt operari in agro non destinato, quia in alios agros, ad quos erant destinati revertebantur sub legato primi agri non continentur, quia non ita in agro fuerant, ut ei agro viderentur destinati.

Idque clarius comprobat *Gloss. in d. Leg. quæsitum §. saltuarium ff. de fund. instruct.* ubi quæstionem hanc per ista verba resolvit „ ibi „ quæritur numquid fundo instructo legato continean-
= tur saltuarii, & dicitur quod sic, sive custodiant fructus, sive
= fines &c. = & infra = Item continentur pecora, quæ aliqua parte
= anni in fundo pascuntur, & in alia parte anni pabulum bis
= conducitur aliunde, & servi, qui aliqua parte anni colunt fun-
= dum, & in alia parte anni mittuntur ad lucrandum alibi = *in dict. Leg. vers. si aliqua parte anni*, & comprobant *Gatt. dict. cons. 26. num. 28. Mans. dict. cons. 176. n. 8. cum seqq.* ubi explicat *Thomat. de collect. superius allegat. Tiraquell. de retract. liguager. §. pr. gloss. 7. num. 119. Camarell. de legat. lib. 3. tit. de fund. instruct. qu. 2. n. 10. fol. 326. Cyriac. dict. contr. 268. num. 21. & seqq. Paulut. dissert. 17. num. 22. cum duob. seqq.*

Atque hic est sensus suprascriptæ exadverso laudatæ *Legis quæsitum §. Papinianus ff. de fund. instruct.* ubi dicitur, quod sub legato fundi instructi non veniebant mancipia, quæ temporis causa ibi commorabantur, stante, quod illa in tali loco existebant

bant per accidens, reversura ad suos fundos, quod data paritate ad unguem succedit in grege, qui hyberno tempore ducitur ad loca maritima; nam cum sit reversurus ad proprium ovile, hinc fit quod sub legato gregis maritimi non continetur, licet e converso sub legato prædii comprehendatur, sicuti optime indicat præfatus *Text. in dict. Leg. quæsitum post dict.* § *Papinianus in subsequenti* §. *idem* „ ibi „ Idem respondit prædiis instru- 33
= ctis legatis actorem ex his in provinciam missum, ut ordina-
= tis negotiis ad pristinum actum rediret, legato prædiorum ce-
= dere, quamvis nondum redierit = ubi *gloss. & repetentes*.

Nullam quippe difficultatem ingessit alter *Text.* qui pro literali asserebatur *in Leg. qui saltum* 65. *ff. de legat.* 3. quia ideo in casu a *dict. Leg. proposito* (ut observat *Gloss.*) statuitur quod, 34 sud legato Villæ æstivæ veniebant dumtaxat pecudes, & boves, & non capræ, quia boves, & pecudes erant destinatæ pro illa Villa æstiva quod alienum erat in capris, quas etiam Testator habebat ad proprium usum, & indistincte, modo in unam ex dictis suis Villis, & modo in alteram in qua morabatur, secum ducebat; quamobrem si bene perpendatur, determinatio dictæ Legis potius confert ad intentum, dum resolvit, quod in legato relicto de Villa æstiva includuntur boves, & pecora, quæ ad ipsam apparent assignata, non autem capræ de quarum destinatione nullatenus constabat.

Firmato itaque ex hactenus deductis, quod animalia hæc utpote propriis fundis affixa, & destinata debebant cum illis in suum successorem pertransire, nihil curandum videbatur, quod ea fuerint tradita Colonis, prævia ipsorum estimatione, & ita res versaretur in terminis nominum Debitorum, in quorum successione Statutum personarum, & non bonorum veniat spectandum, 35 *Michalor. de fratr. par.* 3. *dict. cap.* 7 *num* 33. *& seqq. Bellon. de iur. accresc. dict. cap.* 10. *qu.* 2. *num.* 151. *Card. De Luc. de success. d. disc.* 19. *n.* 4 cum aliis in principio allegatis.

Quandoquidem, omisso, quod in libro sociorum dicti Capitanei Dominici, quo ad oves, capras, aliaquæ animalia minuta, legitur solum numeratio, non autem æstimatio, ut ex *fol.* 232. 237. 242. 275. *&* 277. hac etiam supposita, nullum supradictis iuribus oriebatur obstaculum, quia licet æstimatio regulariter faciat emptionem, & venditionem, hoc tamen procedit in contractibus, de quorum natura est, ut res ex toto fiat alterius. 36 *Ubald. de duob. fratrib. par.* 5. *qu.* 24. *Michalor. de fratr. par.* 3. *cap.* 59. *num.* 15. *&* 16. ubi quod inter socios, quorum unus ponit capitale, alter operas, non fit communicatio capitalis, 37 quod ex eo constat, quia lucrum debet esse æquale. *Leg si non fuerint*

fuerint ff pro soc. & tale non esset, si capitale evaderet commune;
nam ponens operas, habere deberet partem lucri tanquam operas
ponens, & portionem alterius partis, uti Dominus capitalis. *L. cum
duobus § damna ff pro soc.* cui dicit non posse responderi, & per
consequens in huiusmodi generibus animalium, æstimatio fit solum
ad sciendum illorum valorem, seu lucrum, & damnum, non
autem ad effectum transferendi, & communicandi in Colonos,
& Custodes illorum dominium, quod de cœtero, non obstante
simili appretio semper penes Dominos remanet, & conservatur,
38 ut in puntualibus terminis animalium docet *Text. in d. L. cum
duobus §. damna ff. pro soc.* recteque etiam firmant *Michalor. de
fratr. dict. par. 3. cap. 59. a num. 13. cum seqq.* ubi quod intel-
ligitur facta æstimatio ratione societatis, *Bonden. collect. 5. num.
13. & 14. tom. 2.* ubi, quod dicitur communicatus usus, com-
moditas, & omnimoda utilitas capitalis non autem proprietas il-
lius. *Ludovic. dec. Perusin. 10. num. 4. cum seqq. Rot. dec. 136.*
39 *per tot. par. 2. & dec. 227. sub num. 12. § nam pro responsione
par. 4. diversor. cor. Millin. dec. 201. n. 2. & 3. & cor. Man-
zaned. dec. 94. a num. 15 cum seqq. usque ad finem*, ubi, quod
ista est consuetudo, & in dubio, ita iudicandum est. *Tartaglia
de reservat. statut. cap. 59. num. 89.* ubi, quod deficiente pa-
cto ab initio communicationis capitalis, istius dominium non
communicatur, *Duard. de societ. qu. 3. num. 35. & 38.* nec dis-
40 sentit *Pacion. de locato cap. 12. num. 37. 38. in fine, & n. 40.*
ubi quod stante pacto, quod fructus, & damna sint commu-
nia, prout hic ut concorditer respondent omnes dicti Testes *su-
per 7. & 12. interrog.* tunc animalia ipsa non censentur com-
municata, *Michalor. de fratrib. dict. cap. 59. n. 16. 19. & 22.
Ludovic. dict. dec. Perusin. 10. n. 3.* & similiter, stante pacto,
quod quolibet anno dividatur quicquid superat capitale, viden-
tur solum communicata incrementa, & fœtus, non autem Ca-
pitale, quod totum remanet Domino, non obstante æstimatione.
*Rot. cor. Manzaned. dict. dec. 94. num. 15. & 16. Ludovic. dict.
dec. Perusin. 10. num. 3.*

Quo denique ad tertium, ob affluentiam boni iuris, ex ipsamet bonorum qualitate, ne dum verisimilis, sed clarissima resultabat destinatio Patris familias dictorum animalium prædiis delatis dictæ D. Mariæ Antoniæ Angelicæ; nam ultra dictas geminas confessiones Partis, nempe dictorum DD. Fratrum de Marcuccis, inter quos aderat *Presbiter, & Doctor*, & ultra concordes responsiones Testium *ab eisdem inductorum, & approbatorum*, super præfata destinatione, de quibus omnibus fuit hucusque habitus sermo, illa etiam necessario oriri debebat ex na-

turali

turali sterilitate dictorum bonorum positorum in Podio, ut excepto primo concorditer aiunt secundus, & tertius Testis *super* 3. *interrogatorio* „ ibi „ I Poderi, e Beni, che sono posti nei = Comuni di Collelungo, e Sintigliano, sono situati in poggio = e sono di terreno sterile = Quamobrem, sicuti hæc naturalis sterilitas bonorum ratione loci, absque laboribus, industria, & expensis non potest non esse semper eadem, & perpetua, iuxta *Gloss. in dict. cap commissum* 4. *verb. pascuis de decim.* „ ibi „ = & quæ prius quasi inutilia, ut montana, paludes &c. „ quam sequitur *Rot. in rec. dec.* 99. *num.* 4. *par.* 15. & iuxta statum alterius fundi descripti *a Paulo I. C. in Leg. si fundus* 13. *ff. de reb. eorum* „ ibi „ Si fundus sit sterilis, & saxosus, ibique = *Gloss. verb. saxosus*, idest saxis plenus, nihil, vel parum utilitatis habens = in quo pariter citra labores, expensas, & industriam, perpetuo deficientibus frugibus, carduus, & spinis 41
acutis surgit paliurus, aut infelix lolium, & steriles avenæ dominantur, ita perpetua etiam debebat esse destinatio animalium, facta dictis bonis, ad finem ea impinguandi, & fertilia reddendi, ut uno ore super dicto *interrogatorio* 4. omnes Testes responderunt.

Altera in limine expeditionis Causæ excitata fuit prætensio a DD. de Marcuccis, quod videlicet, præfata animalia hucusque controversa fuissent de ipsorum proprietate, & ab eis immissa post mortem dicti Capitanei Dominici fratris in bona delata dictæ Mariæ Antoniæ Angelicæ eius unicæ filiæ, & hæredis testamentariæ, ex nonnullis testificationibus exhibitis; Verum quia huiusmodi serotina prætensio erat extra quæstionem per duas instantias strenue ab eis discussam cum formali examine trium Testium, contra dictas reiteratas confessiones ab eisdem emissas in duobus solemnibus Inventariis de bonis ad ad fratrem prædefunctum, & respective ad dictam Pupillam spectantibus, cum præsentia, & approbatione Colonorum, ac etiam contra omnem rei verisimilitudinem, tanquam ingeniosum commentum, ad remorandam expeditionem allatum, fuit iuremerito 42
reiecta, *Leg. si quis forte* § *pr. ff. de pœn.* „ ibi „ nec enim = debebant tam magnam rem tandiu reticere = *Castrens. cons.* 281. *sub num. pr.* § *primo quia & cons.* 282. *num.* 3. *vers. unde, & versic. præsumendum ergo lib. pr. Aucaran. cons.* 234. *sub num.* 3. *vers. & cum tempore Surd. cons.* 173. *num.* 20. *Spad. cons.* 252. *num.* 5. *lib.* 2. *Mascard. de probat. concl.* 740. *num.* 17. *Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 91. *num.* 8. *Cyriac. contr.* 62. *num.* 28. *Episcop. Rocc. disput. cap.* 46. *num.* 16. *cum tribus seqq. & cap.* 141. *num. pariter* 16. *Rota coram Royas dec.*

474. *n.*

474. *n.* 4. *vers. iniustitia cor. Cels. dec.* 280. *n* 9. *cor. Caprara dec.* 373. *in fine, e cor. Falconer. dec. prima num.* 4. *tit.* 13. *& in rec. dec.* 562. *num* 16. *&* 17. *par.* 19. *tom.* 2. *& in Liburnen. prætensæ Mercedis Martis* 22. *Maii* 1731. §. *quibus addebatur coram D. meo Aud. Venturini.*

Et ita utraque &c.

Manilius Urbani Rotæ Audit.

DECISIO XXVIIII.

FIVIZANEN. EVICTIONIS.

die 17. *Augusti* 1731 *cor.* AUD. ANTONIO GABRIELE CALDERONO.

ARGUMENTUM.

Evictionis actio quando competat ex contractu divisionis.

Societas universalis omnium Bonorum quando inter Fratres contracta dicatur, & an tacite contrahi possit, & ex quibus illa probetur, ac qualia sint requisita necessaria ad illam inducendam.

An in ea veniant solummodo quæstuaria, an omnia quovis modo obvenientia, sive hæreditaria, sive legata, sive donata, aut alio quomodolibet titulo quæsita.

Et an possit contrahi cum minore, & contracta cum Patre, an, & quando renovata censeatur cum filiis etiamsi minoribus.

SUMMARIUM.

1 *Evictio debetur a condividentibus, etiamsi in contractu divisionis non fuerit promissa.*

2 *Præcipue quando agitur de divisione inter fratres.*

3 *Et debetur cum damnis, & interesse inspecto valore rei de tempore evictionis, & non divisionis.*

4 *Societas alia est universorum bonorum, quæ contrahi potest tam expresse, quam tacite, &* num. 5 *in qua specie societatis omnia provenientia a fratribus communicanda sunt, &* num. 6.

7 *Societas alia est universorum, quæ ex quæstu, & opera descendunt, & in ea communicanda sunt omnia, quæ ex quæstu, & industria proveniunt &* num. 8.

9 *Societas quando est duorum, vel plurium negociorum, tunc lucri eorum fieri debet communis, atque æqualis divisio, habita ratione ad maiorem partem sortis, vel industriæ.*

10 *So-*

10 *Societas alia est unius rei tantum, & in hoc casu quidquid socius extra illam lucratur sibi acquirit, & num. 11. ubi quod non præsumitur extensum mercimonium ultra mercem in communione positam, & num. 12.*

13 *Societas alia est hæreditaria quia in hæreditate paterna, vel alia contrahitur, quæ quidem dicitur particularis.*

14 *In societate hæreditaria intelliguntur communia, quæ procedunt ex bonis hæreditatis.*

15 *Societas, & communio bonorum paternorum ratione conviventiæ, & operarum rusticalium unitim exercitarum inter fratres rusticos de qua natura sit.*

16 *Societas universalis est indubitata quando bona fuerunt in communi, & pro indiviso retenta, quando omnes conviviunt ad eandem mensam, quando faciunt communia omnia lucra, & onera, & quando numquam fuit reddita ratio, & n. 17. ubi enumerantur quinque requisita ad illam inducendam, & n. 20.*

18 *Societas facilius præsumitur inter fratres, ac inter patruum, & nepotes.*

19 *Societas universalis inter fratres præsumitur ex lucri unius negocii comunicatione.*

21 *Societas universalis ex deficientia unius ex supradictis requisitis exclusa remanet.*

22 *Possessio probatur a descriptione bonorum in catastro, vel æstimo.*

23 *Communio iustificatur per solutionem onerum, vel collectarum.*

24 *Qui percipit fructus tenetur ad onera, & ad collectas.*

25 *Redditio rationis non præsumitur, & ab allegante probanda est. maxime si negetur id quod scripturam requirit n. 26. et sufficit negare talem redditionem rationis n. 27.*

28 *Ex communicatione dotium Uxorum inter socios resultat societatem universalem, et hæc est superlativa probatio num. 29. et e contra num. 30.*

31 *Ex solutione promiscua debitorum confirmata societas universalis.*

32 *Socius tenetur erga socium de dolo, lata, et levi culpa non tamen de levissima.*

33 *In societate universali non attenditur an unus habeat maiorem familiam quam alius, quia hoc provenit a casu non a culpa sociorum.*

34 *Confessio Partium de per se optime probat societatem universalem.*

35 *Sententia, et res iudicata facit rem claram, manifestam, et pro veritate habetur.*

36 *Maxime iuncta acquiescentia, et acceptatione litigantium.*

37 *Facta potentiora sunt verbis.*

38 *Declaratio efficacior est facto ipso quam verbis.*
39 *Facti demonstratio superat universas probationes verborum.*
40 *declaratio animi, quæ facto demonstratur certior est illius quæ verbis inducitur.*
41 *Verba cedere solent factis.*
42 *Nullum est nostræ mentis maius Testimonium, quam qualitas factorum quæ sine loquela intelliguntur.*
43 *Vita communis per longum spatium temporis inter socios comprobat societatem, & si verior sententia sit quod sufficiat decem annorum, & minus dum concurrant alia requisita n.* 44.
45 *Societas quibus modis contrahitur iisdem etiam tacite redintegratur, quod procedit etiam quoad societatem inter Patruum, & Nepotes num.* 46.
47 *Societas renovata, & continuata censetur secundum naturam antecedentis societatis.*
48 *Societas censetur continuata, & renovata etiam cum minoribus quando ab iis non fuit reclamatum, & in specie quando ipsis societas est utilis num.* 49.
50 *Maxime quando constat de continuatione non solum durante minori etate, sed etiam ea expleta, & in specie sese exercendo in iisdem laboreris, & operibus n.* 51. 52. *et petendo executionem Laudi in quo sit declarata societas n.* 53.
54 *Defectus etatis allegare possunt ipsi minores tantum.*
55 *Ex actibus qui fieri non possunt citra ius, et nomen societatis apparet bene fundata societas.*
56 *Bona omnia quoquomodo perventa alicui ex sociis sunt communicanda in societate universali, et non solum ea, quæ proveniunt ex negocio, questu, opera, et industria, sed etiam quæ proveniunt per hæreditatem, legatum donationem, et fortunæ beneficium, ac per alium quemcumque titulum, et n.* 57. *et* 58.
59 *Et hoc militat non solum in societate universali expressa, sed etiam in tacita, reprobata opinione aliquorum DD. contrarium tenentium num.* 60.
61 *Taciti, & expressi eadem semper est virtus.*
62 *Tacita societas habet eadem privilegia, quæ habet expressa.*
63 *Examinatur Textus in Leg. coiri ff. pro socio qui loquitur tantum de societate ex certis actibus limitatis constituta, & num.* 64.
65 *Contraria opinio est ab omnibus reprobata.*
66 *Opinio consulentium parvi ponderis est, non docto de Causæ Decisione.*
67 *Authoritas Doctorum in tractatibus maior fides mereretur, quam illa consulentium, maxime quando adsunt reiudicatæ pro eorum sententia n.* 68

69 De-

69 *Decisiones attenduntur in eo quod principaliter firmant non in eo quod enunciant perfunctorie, et materia non examinata.*
70 *Ex indivisa possessione paternæ hæreditatis non inducitur per necesse societas universalis inter fratres.*
71 *Sed potius societas particularis paternæ hæreditatis.*
72 *Nec sufficit simultanea cohabitatio fratrum.*
73 *Etiamsi Fratres per longum tempus insimul cohabitaverint percipiendo quoscumque redditus & proventus bonorum.*
74 *Quod debet probari per concludentes demonstrationes, quæ non possint verificari ad alios effectus.*
75 *Quando probantur requisita uniformia societati universali non est opus recurrere ad præsumptiones, & inductiones.*
76 *Ad dignoscendam intentionem contrahentium maturo iudicio perpendi debet qualitas actuum, & coniecturarum.*
77 *Quamvis ex sola possessione in commune bonorum dici non possit contracta societas universalis, attamen si ex fortioribus coniecturis deducatur, ut in casu, dicitur concludenter probata.*

POST Divisionem secutam usque ab anno 1666. & 1667. inter Nicolaum Pinellum ab una, & Michaelem pariter Pinellum ex altera de Terra Spicciani omnium bonorum ab illis in commune per longum tempus possessorum, & provenientium a Nicolao seniore Pinello eorum avo paterno, evictis bonis assignatis Nicolao in divisione per Sententiam latam a Rota nostra sub die 28. Iulii 1704. ad instantiam Iacobi de Vasolis, rationibus, de quibus in Processu Causæ, huius evictionis occasione intentata fuit Lis, primo in Partibus, & deinde coram nobis ad instantiam Nicolai filii Michaelis Senioris de Pinellis pro redintegratione bonorum evictorum, seu pro coæquatione portionum divisarum adversus Michaelem iuniorem condividentem, & adversus Reverend. Dominicum, & alios Fratres de Pinellis, & redintegrationi sane a dicto Nicolao, & successive a dicto Francisco Maria, & aliis Fratribus petitæ, locum esse Domini mei non dubitaverunt, ex eo quod, cum post sequutam dictam divisionem bonorum inter dictos Nicolaum, & Michaelem, evicta fuerint bona, quæ in divisione eidem Matthæo obvenerunt, pernecesse sequebatur, quod dictis fratribus, filiis, & hæredibus Matthæi competeret pro medietate evictionis redintegratio adversus dictum Rev. Dominicum, & alios fratres de Pinellis condividentes, quia obligatio redintegrationis oritur ex ipsa natura contractus divisionis, iuxta

quam præstanda est a condividentibus evictio, etiamsi non fuerit promissa, ad *Textum in Leg. non dubitatur Cod. de evict. L.*
1 *si fratres Cod. commun. utriusque iudic. Fachin. controv. lib. 6. cap. 68. vers. tertia conclusio, Cyriac. controv. 196. num. 9. & seqq. & controv. 514. per tot. Gusman. de evict. quæst. 33. num. 1. et seqq. Capon. discept. 112. num. 8. & seqq. Constantin. ad Stat. Urb. annot. 21. num. 232. cum aliis in Reatina Reintegrationis coram Eminentiss. Falconer. tit. 11. de empt. & vend. dec. 15. num 1. tom. 1. Rota nostra in Florentina prætensæ Evictionis quoad prædium S. Spiritus 20. Maii 1729 §. Etenim cor. meritissimo Dom. meo Auditore Urbani*.

Et in specie de divisione inter fratres, sive divisio facta sit
2 de bono, & æquo, sive de mandato Iudicis, *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 118. num. 1. Peregr. de fideic. art. 52. num. 54. & 59. Michalor. de fratrib. par. 3. cap. 39. num. 6. Gusman. de evict. qu 33. n. 7.*

Quæ evictio debetur cum damnis, & interesse, inspecto va-
3 lore rei de tempore evictionis, & non divisionis, *Cristin. dec. Belgic. 179. num. 12. & seqq. volum. 2. Constantin. ad Stat. Urb. annot. 21. art. 4. num. 233.*

Sed his non obstantibus, quia Rev. Dominicus, & alii fratres strenue excipiebant, prætensam redintegrationem, compensationem, & coæquationem iamdiu fuisse effectum sortitam, cum in divisione anni 1667. pervenerint in Nicolaum Patrem Francisci Mariæ, & aliorum fratruum actorum bona in maiori valore per Contractum anni 1641. ab Antonina Vasoli tradita Nicolao Seniori ex titulis, de quibus in Instrumento assignationis, & ex quo maiori valore, ac ex super excessu processit spolium supra passum a dicto Nicolao iuniore, & ulterius subinde in eundem Nicolaum iuniorem obvenerit ab hæreditate dictæ Antoninæ legitima debita Dominicæ illius Matri; propterea Domini mei attentis iuribus, & probationibus in actis deductis censuerunt coæquandos esse actores ex dictis bonis Antoninæ, iuxta modum in nostra Relatione respective expressum.

Fundamentum deductum ad ostendendam dictam coæquationem ex bonis Antoninæ integraliter perventis ad dictum Nicolaum, & Franciscum Mariam, & alios fratres filios, & hæredes, sistit in communione, & societate universali omnium bonorum allegata per dictum Reverendum Dominicum, & per dictum Michaelem, ac alios eius fratres inter condividentes, & eorum Auctores, cuius inspectionis occasione ad trutinam revocationis omnibus tam facti, quam iuris circumstantiis observandum proposui Dominis meis, diversas esse species societatis.

Alia

Alia enim est universorum bonorum, iuxta *Textum in Leg. societas contrahitur*, *& Leg. societatem universarum fortunarum ff. pro soc.* & de qua *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 2. num. 6. Sabell. in §. societas 20. num. 2. & 3. Michalor. de fratr. cap. 1. num. 12. & cap. 13. per tot. par. 2. Scopp. ad Gratian. decis. 127. num. 1. & per tot.* de qua Ego quoque *resol. 29. per tot. par. 1. tom. 1. Cardin. De Luc. de credit. & debit. disc. 87. num. 3. Illustriss. Dom. meus Iacobus De Comitibus decis. Florentin. 84. per tot. tom. 2.* 4

Quæ contrahi potest non tam expresse, quam tacite iuxta sententiam communi Doctorum voto receptam, cum qua pertranseunt, *Petrus de Ubald. de duobus fratrib. par. 3. num. 20. & 32. vers. sed his non obstantibus*, *Fachin. contr. iur. lib. 12. cap. 14. Felic. de societat. cap. 10. per tot. Caren. resol. 183. num. 1. & seqq. Gratian. discept. 643. num. 9. & 10. tom. 4. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 3. num. 10. & seqq. & tit. 9. num. 6.* ubi conglomerat plures alios de communi opinione attestantes, *De Rosa consi. 8. num. 5. Scopp. ad Gratian. dec. 127. n. 17. & seqq. Monac. dec. Bonon. 60. n. 1. Rot. cor. Cocciu. dec. 421. n. 1.* 5

Et in hac societatis specie omnia undequaque provenientia a fratribus comunicanda sunt, cum societas ipsa abhorreat, ut aliquid proprium socii omnium bonorum obtineant, ex *Leg. 1. Leg. ea vero §. cum specialiter*, *& Leg. si societatem universorum 74. ff. pro socio*, *Surd. cons. 138. num. 14. Felic. de societat. cap. 10. sub num. 25. vers. primo casu*, *Mascard. de probat. conclus. 1309. num. 38. Decian. respons. 85. num. 5. 6. 7. & seqq. lib. 2. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 15. num. 10. Milanen. dec. Sicil. 19. lib. 1. Gratian. discept. Forens. 643. num. 19. & discept. 904. num. 15. Michalor. de fratrib. par. 2. cap. 1. num. 12. & cap. 13. num. 10. & cap. 17. num. 2. & cap. 21. num. 9. vers. cum inter*, *& cap. 22. per tot. Scopp. ad Gratian. dec. 127. num. 11. & seqq. & num. 13. Rot. ad ornatum Card. De Luc. dec. 27. n. 14. tom. 9. & in rec. dec. 167. num. 18. par. 17.* 6

Alia est societas universorum, quæ ex quæstu, & opera descendunt, *dict. Leg. societatem universarum fortunarum*, *& Leg. coire cum seqq. ff. pro socio*, *Mantic. dict. tit. 2. num. 6. & n. 9. Caren. resol. 194. num. 19. Menoch. de præsumpt. præs. 56. n. 25. & 30. lib. 3. Card. De Luc. de credit. & debit d. disc. 62. num. 2. & disc. 87. num. 5. Scoppa ad Gratian. d. dec. 127. n. 10. & 11. & num. 17. in fin. & n. 46. Ciarlin. contr. 177. per tot.* 7

Et in ea communicanda sunt omnia, quæ ex quæstu, & industria proveniunt, ut notat *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 56. num. 28. 29. & 30. Michalor. de fratrib. d. cap. 1. num. 13.* 8

par 2. *Scopp. ad Gratian. d. dec.* 127. *num.* 38. 39. 40. *& num.* 41. ubi quod si duorum, vel plurium negociorum communicatio facta proponitur, tunc lucri, & quæstus eorum communis, atque æqualis divisio, fieri debet, habita tamen ratione maioris
9 partis ipsius sortis, vel industriæ, aut laboris, quo non constito partes erunt arithmetice æquales, secus si unus plus sortis, vel laboris, aut industriæ posuisset, quia tunc cœteris partibus partes erunt geometrice æquales, hoc est proportionabiliter dividendæ.

Alia est societas unius rei tantum, cui non est dissimilis societas unius tantum negociationis, *dict. Leg. societas contrahi-*
10 *tur. in princ. & Leg. cum duobus* §. *cum duo argentarii, & L. duo societatem coierunt ff. pro socio, &* §. *primo instit. de societ. Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 6. *tit.* 2. *n.* 7. 8. 9. *Michalor. de fratrib. cap.* 1. *n.* 13. *par.* 2.

Et in hoc casu, quidquid socius extra illam rem, seu nego-
11 ciationem lucratur sibi acquirit, nec tenetur socio conferre, quia societas non debet suos limites transilire, *Menoch. d. præsumpt.* 56. *num.* 26. *lib.* 3. *Mantic. d. tit.* 2. *num.* 9. *lib.* 6. *Michalor. de fratrib. cap.* 1. *num.* 13. *Scopp. ad Gratian. d. dec.* 27. *num.* 38. *&* 39. ubi quod si alicuius Mercimonii communicatio facta sit, animus ultra mercem illam extendi non præsumitur, & *num.* 41.
12 *Rot. in rec. dec.* 247. *num.* 6. *par.* 9. *tom.* 1.

Alia denique est societas, quæ in hæreditate paterna, vel alia particulari hæreditate contrahitur, quæ quidem dicitur societas
13 particularis, de qua *Mantic. eod. tit.* 2. *num.* 10. *lib.* 6. *& Michalor. de fratrib. dict. cap.* 1. *n.* 11. *& cap.* 6. *& per tot. par.* 2. *Catan. cons.* 26. *per tot. Monach. dec. Bononien.* 60.

Et in ea tantum communia intelliguntur, quæ sunt ex bonis illius hæreditatis acquisita, adeout, quod aliunde quæsitum est in commune non redigatur, & lucra facta propria industria, & labore communicanda non veniant, *Leg. ex parte* §. *Filius ff.*
14 *famil. ercifcun. Leg. cum duobus* 52. §. *cum duo, & Leg. si fratres in princ. ff. pro socio* §. *igitur vers. quod autem instit. tit. per quas personas nob. acquir. Ioseph. Ludovic. conclus.* 53. *vers. in societate vero particulari pag.* 122. *a tergo, Mantic. eod. tit.* 2. *n.* 10. *& tit.* 18. *num.* 2. *Soccin. sen.* omnino videndus, *cons.* 73. *n.* 9. 10. *vol.* 2. *Michalor. de fratrib. cap.* 11. *n.* 1. *par.* 2. *Catan. d. cons.* 26. *n.* 5. 8. *Mans. cons.* 437. *num.* 25. *tom.* 5. *Gratius controv. discept.* 71. *num.* 5. *& seqq. Dom. Palm. Nep. alleg.* 28. *num.* 13. *lib.* 1.

His in iure permissis, pro determinatione cuius deinde generis sit societas, & communio bonorum in casu nostro inter Collitigantes, & eorum authores proposita, atque allegata, ratio-

ne

ae scilicet indivisæ possessionis bonorum paternorum, & communicationis fructuum eorum, ac ratione conviventiæ insimul habitæ, & operarum rusticalium unitim exercitarum in laborando Prædia comunia, de qua societate inter fratres rusticos, *Corn. cons.* 98. *volum.* 4. *Cephal. cons.* 69. *n.* 7. 8. 9. 10. *& seqq. lib.* 1. *Ludovic. concl.* 53. *vers. & si unus, & vers. secus esset Andreol. controv.* 98 *n.* 14. *Borguin. Cavalcan. dec.* 11. *p.* 2. *Michalor. de fratrib. p.* 2. *cap.* 35. *Ubald. de duob. fratrib. tit. quod genus societatis in duobus contr. intellig. n.* 37. *et per Mozz de contract. in tract. de societat. sub titulo de personis, quae societ. contr. poss. sub n.* 10. *& Rot. post Constantin. ad Stat. Urb. dec.* 14. *num.* 4. prænotare opus fuit in facto ab hac vita migrasse Nicolaum seniorem Pinellum de Spicciano de anno 1643. avum paternum dictorum Condividentium, relictis post se duobus filiis masculis Michaele, & Matthæo, qui post adeptam possessionem, uti filii, & hæredes omnium bonorum Patris in communi semper permanserunt in eadem domo habitando, ad eamdem mensam convivendo, & communicando bona omnia, ac fructus bonorum omnium communium, & suarum operarum, ac lucra undequaque provenientia, & damna omnia itidem in communi exigendo, & de communi expendendo, nullo servato calculo, quis nam eorum plus, vel minus fuerit lucratus, nullaque reddita ratione, in qua communione continuarunt non solum durante eorum vita, & usque ad obitum Michaelis sequutum de anno 1649. & sic per cursum plurium annorum; verum etiam post obitum Michaelis inter Nicolaum eius filium cum Matthæo eius patruo, & postea inter Nicolaum, & Michaelem filium Matthæi usque ad annum 1666. seu 1667. in quo facta fuit inter eos divisio omnium bonorum & sic per alios annos decem, & octo cum iisdem conditionibus, quibus circumstantiis attentis manifeste contractam, & observatam fuisse societatem omnium bonorum inter filios Nicolai Senioris, & filiorum filios, & nepotes, visum fuit cum de requisitis huius Societatis universalis sufficienter pateat. Primo, quia bona in proprietate, & bonorum fructus per eos fuerunt in communi, & pro indiviso retenta, & possessa. Secundo, quia ad eandem mensam, & in eadem domo communibus expensis usque ad tempus divisionis convixerunt. Tertio, quia omnia undecumque provenientia, etiam ex eorum operibus communicaverunt, sicuti omnino damna, & onera. Quarto denique, quia inter ipsos Fratres, Nepotes, & alios successores numquam fuit reddita ratio, quibus insimul concurrentibus, nemo umquam ausus fuit negare societatem universalem inter fratres, & affines initam fuisse iuxta doctrinam *Bartoli in Leg. si patruus col. penult. Cod.* 16

com-

commun. utriusque iudic. Menoch. præsumt. 56. *num.* 37. *lib.* 3. *Mantica de tacit. lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 9. & *tit.* 10. *num.* 2. & *tit.* 11. *num.* 35. *Gratian. discept. forens.* 547. *n.* 1. & *seqq.* & *discept. forens.* 725. *num.* 8. & *discept.* 904. *num.* 4. *Michalor. de*
17 *fratrib. par.* 2. *cap.* 13. *num.* 3. ubi enumerat quinque requisita ad illam inducendam necessaria. *Postb. resol.* 110. *n.* 7. & *seqq. Hodiern. contr.* 22. *num.* 1. *Pacion. alleg.* 6. *num.* 28. & *allegat.* 134. *num.* 1. *R. P. D. Ansald. in eius celebri & doctissimo tractatu de commerc. et mercat. disc.* 49. *num.* 10. *Ciarlin. contr. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 16. *Andreol. contr.* 34. *num.* 14. *par.* 1. *Carena resol.* 183. *num.* 2. *et resol.* 194. *num.* 16. *et* 238. *num.* 1. *Cirocc. discept.* 65. *num.* 1. *Bonden collect. legal.* 36. *num.* 1. *tom.* 1. ubi alios congerit *D. Palm. Nep. allegat.* 28. *num.* 3. *tom.* 1. *Bertachin. vot. decisiv.* 65. *num.* 2. *Paulet. dissert.* 56. *num.* 84. *tom.* 2. *Rot. Rom. par.* 2 *divers. dec.* 169. *num.* 10. *cor. Coccin. dec.* 421. *n.* 3. *cor. Buratt. dec.* 397. *n.* 1. *et dec.* 908. *num.* 6. & *coram Otthobon. decis.* 84. *n.* 3. *et dec.* 116. *n.* 18. *et cor. Dunozzett. sen. dec.* 242. *num.* 9. *et in rec. dec.* 27. *num.* 16. *par.* 17.

Præcipueque inter fratres, ac inter patruum, & nepotes in-
18 ter quos facilius præsumitur inita societas, quemadmodum propter mutuam sanguinis coniunctionem *Alciat.* inquit *in tract. de præsumpt. regul.* 1. *præsumpt.* 25. *num.* 2. *vers. sed tamen*, qui propterea asserit ex lucri unius negocii communicatione univer-
19 salem bonorum omnium Societatem inter Fratres inductam censeri, quidquid sit inter extraneos, *Mascard. de probat.* 1315. *n.* 45. *et* 46. *Ciarlin d. cap.* 16. *n.* 4. *Gratian. discept. forens.* 547. *num.* 2. *Riminald. cons* 280. *num.* 49. *Michalor. de fratrib. cap.* 14. *num.* 16. *lib.* 2. *De Rosa d. cons.* 8. *num.* 5. *Capon. discept.* 394. *num.* 6. *Thomat. dec.* 124. *num.* 3. *et* 4. *Ciroch. discept.* 65. *num.* 10. *Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 49. *num.* 6. *et disc.* 50. *n.* 7. *Scopp. ad Gratian. dec.* 127. *n.* 24. *et* 25. *Mantic. de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 10. *num.* 3. *Caren. resol.* 183. *num.* 2. *Rot. in rec. dec.* 28. *n.* 10. *par.* 7. *et dec.* 129. *n.* 6. *par.* 10. & *dec.* 427 *n.* 3. *par.* 14. *tom.* 2. & *dec.* 27. *n.* 18. *par.* 17.

Quamvis ex illis tria solum substantialia requisita universalis communionis, & societatis necessaria in veriori sententia reputentur, nempe quod socii, seu fratres per longum temporis spatium insimul habitaverint, convivendo ad unam, eandemque mensam, & in una eadem domo, quod omnes redditus, & om-
20 nia, lucra invicem communicaverint, & quod numquam ratio finalis fuerit reddita iuxta Theoricam *Bartoli. in Leg. Titium § altero num.* 5. *et* 6. *ff. de amministratione tutorum*, *Gratian. disceptat.* 725. *num.* 8. *et disceptat.* 993. *num.* 1. *et* 2. *Scopp. ad*
Gra-

Gratian. decis. 127. *num.* 22. *Felic. de societ. cap.* 10. *num.* 20. *et seqq. Mantic. de tacit. et ambig. lib* 6. *tit.* 10. *num* 2. *Andreol. contr.* 34. *num.* 14. *Caren. resol.* 183. *num.* 2. *et resol.* 194. *num.* 16. *et resol.* 238. *num.* 1. *Gratius Contrius discept. Ferrar* 71. *n.* 5. *Ciarlin. contr.* 16. *num.* 16. *et* 17. *et contr.* 177 *num* 1. *Bondeu. collect. legal.* 36. *num.* 1. *tom.* 1. *Palm. Nep. allegat.* 28. *n.* 3. *tom.* 1. *Posth. resol.* 110. *n.* 7. 8. *et* 10. *De Rosa cons.* 8. *num.* 4. *et num.* 10. *et seqq. Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 56. *n.* 37. *et seqq. Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 49. *num* 10. *et disc.* 52. *num* 11. *Paulut. dissert.* 56. *num.* 84. *Card. De Luca de credit. disc.* 87. *num.* 3. *Constantin. ad Stat. Urbis annot.* 21. *num.* 28. *Hodiern. contr. forens. cap.* 22. *num.* 1. *et in addit. ad Surd. dec.* 49. *num.* 5. *Rot. cor. Coccin. dec.* 1442. *num.* 8. *et in Mantiss. ad Card. De Luca dec.* 30. *num.* 4. *tom.* 7. *et cor. S. M. Alex. VIII. dec.* 84. *num.* 3. *et dec.* 116. *num* 18. *et cor. Arguel. dec.* 51. *num.* 7. *et in divers. dec.* 169. *n.* 10. *par.* 2. *et in rec. dec.* 129. *per tot. par.* 10. ubi asserunt illa copulative necessaria esse, & quod uno ex dictis tribus requisitis deficiente universalis societas exclusa remaneat, & in specie *Gratian. discept.* 725. *n.* 8. *et discept.* 793. *n.* 1. *et* 2. *discept.* 932. *n.* 12. *et seqq. et discept.* 993. *num.* 1. *et* 2. *et dec. March.* 127. *n.* 6. *et Scopp. ad eum num.* 22. *Palm. Nep. alleg.* 28. *num.* 6. *Constant. ad Stat. Urb. d. annot.* 21. *n.* 29. *Monac. dec. Bononien.* 60. *num.* 5. 21

De quibus requisitis non deficiunt in præsenti necessariæ probationes, quia in facto de communione bonorum Nicolai senioris inter Matthæum, & Michaelem eius filios nulla potest oriri dubitatio, cum bona Nicolai per eius obitum illico transiverint ad eos prout constat ex immediata descriptione in Æstimo, seu Catastro nomine eorum, & postea ex continuatione eiusdem descriptionis nomine nepotum, & pronepotum usque ad tempus divisionis secutæ de anno 1666. & 1667. inter Michaelem & Nicolaum Iuniorem Patrem Francisci Mariæ, & aliorum Fratruum, cum ab Æstimo, & Catastro, seu descriptione Bonorum in Æstimo ad nomen eorum bene comprobetur possessio apud eos, *Peregr. de fideic. art.* 44. *num.* 7. *et dec.* 1. *num.* 1. *Magon. dec. Florent.* 10. *num.* 6. *et seqq. et dec.* 37. *n.* 3. *Gratius Contr. discept.* 48. *num.* 24. *in fin. Episcop. Rocc. discept. iur. select. cap.* 1. *num.* 51. 52. *et* 53. *Rot. in rec. dec.* 205. *num.* 6. *par.* 8. *et dec.* 166. *num.* 27. *par.* 12. *et dec.* 270. *num.* 10. *par.* 19. 22

Prout etiam communio iustificatur ex Libris publicis per solutionem onerum, & collectarum, ex quibus probari communionem, & societatem asseruerunt, bene *Roman. cons.* 291. *n.* 7. *Menoch. cons.* 12. *num.* 15. *& de præs. lib.* 3. *præs.* 56. *n.* 31. *Rolan. cons.* 23

conf. 4. *n.* 15. *Mascard. de probat. concl.* 31. *n.* 47. *& concl.* 1316. *n.* 29. *Mantic. de tacit. libr.* 6. *tit.* 10. *n.* 19 *Michalor. de fratrib. par.* 2. *cap.* 14. *n.* 24. 25. *& seqq. Paulut. differ.* 56. *n.* 103. *t.* 2.

Sicuti ex eadem solutione communi nomine collectarum, & onerum publicorum, probatur etiam communicatio fructuum dictorum bonorum, quia is, qui percipit fructus tenetur ad onera, &
24 ad collectas, iuxta regulam desumptam ex *Leg. hactenus vers. modica ff. de usufruct. l.* 1. *&* 2. *C. de annon. & tribut. lib.* 10. *Thesaur. dec.* 116. *n.* 5. *Mart. de iurisdict. par.* 4. *centur.* 1. *cas.* 112. *Garz. de expens. cap.* 11. *n.* 46. *&* 47. *Morot. resp.* 76. *n.* 4. *Ursill. ad Afflict. dec.* 262. *n.* 8. *Osasch. dec.* 83. *n.* 6. *Gratian. discept.* 294. *n.* 20. *Mauson. de caus. execut. ampliat.* 29. *n.* 25. cum aliis adductis per *Morot. de collectis cap.* 7. *n.* 1. *& seqq.*

Ergo si constat de solutione communi nomine talium onerum bene sequitur, ut appareat de perceptione, & communicatione fructuum inter eos.

Non deficiente quoque probatione communicationis omnium, & quorumcumque utilium provenientium ex eorum operibus, & laboreriis absque distinctione numeri personarum, & an quis plus, vel minus, quam alter fuerit lucratus, prout colligitur ex Compromisso, & Laudo postea super eo emanato, ex infra dicendis.

Et de non redditæ rationis requisito, satis etiam patet ex eo quod non probetur redditio rationis, quæ uti quid facti non præsumitur, & ab allegante est probanda, *Ciarlin. contr.* 16. *n.* 21. *et*
25 22. *libr.* 1. *De Rosa conf.* 8. *n.* 38 *Bertacchin. modern. vot. decisiv.* 65. *n.* 3. *Rota in Fanen. Successionis* 18. *Iunii* 1685. §. *nullum cor. Hervault*, *& in Potentina Census* 26. *Novem.* 1691. §. *nec dicatur cor. Cavalerino*, *& in ornat. ad Card. De Luca dec.* 27 *n.* 15 *t.* 9.

Maxime si negetur id, quod scripturam requirit, quo in casu
26 negans non tenetur probare, ut in terminis nostris *Ciarlin. dict. cap.* 16. *n.* 20. 21. *e* 22. ubi quod sufficiat negare rationum redditionem, cui concordat *De Rosa conf.* 8. *n.* 38. *Modern. Bertacchin.*
27 *vot. decis.* 65. *n.* 3. *Ansald. de commerc. d. disc.* 49. *n.* 23. *& ego ipse in resol.* 29. *n.* 10.

Concurrentibus quoque aliis circumstantiis, quæ societatem universalem ostendunt, videlicet præter supra enarrata, concurrente communicatione dotium uxorum eorundem sociorum, & fru-
28 ctuum earundem dotium, ex qua clare comprobari societatem universalem inter eos asseruerunt *Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 16. *num.* 10. *& seqq. De Rosa conf.* 8. *n.* 34. *Ciarlin. lib.* 1. *contr.* 16. *num.* 17. *de Comit. decis. Florentin.* 84. *num.* 2. *e* 3. *Rota coram Caprara dec.* 473. *n.* 8. *e* 9. ubi quod hæc sit superlativa probatio societa-
29 tis, & communionis universalis, *Rota in rec. dec.* 27. *n.* 16. *vers. talisque societas par.* 17.

Si-

Sicuti e contra ex non facta communicatione dotium deducitur signum exclusionis huiusmodi societatis, *Paulut. dissert.* 50 *n.* 95. *De Comit. dec. Flor.* 84. *n.* 5. *tom.* 2. 30

Atque etiam concurrente debitorum cuiuslibet promiscua solutione absque aliqua inquisitione, & distinctione, ex qua causa fuerint contracta, & in quam causam fuerint erogata, & absque aliqua præservativa in actu solutionis, seu extinctionis, nec particulari imputatione in actu divisionis, ex quo magis confirmata remanet huiusmodi societas universalis, de cuius natura est, quod debita a socio omnium bonorum contracta communia sint, & de communi solvi debeant, *l. ex parte §. filius ff. famil. ercisc. & l. omne æs alienum ff. pro soc. Mantic. de tacit. & ambig. libr.* 6. *tit.* 22. *n.* 1. *Felic. de societ. cap.* 26. *n.* 18. *Ciriac. contr.* 160. *n.* 35. *Gratian. discept. for.* 643. *n.* 6. *& discept.* 725. *num.* 5. *& discept.* 904. *n.* 2. 10. *&* 11. *Michalor. de fratr. par.* 2. *cap.* 35. *n.* 1. *Sabell. var. resol. cap.* 31. *n.* 1. *& seqq. Calvin. de æquit. cap.* 170 *n.* 4. *lib.* 2 *Bertacchin. vot. decis.* 65. *n.* 8. *Rota in rec. dec.* 58. *num.* 14. *par.* 17. nisi fuerint dolo, vel culpa contracta, quia tunc propria contrahentis, & non communia essent, cum socius teneatur erga socium de dolo, lata, & lævi culpa, non tamen de lævissima, *l. cum duobus §. venit ff. pro soc. Cravett. cons.* 159. *num.* 8. *Michalor. de fratr. cap.* 33. *n.* 8. *e* 9. *par.* 2. *Sabell. dict. resol.* 31. *n.* 2. 3. *& seqq.* cum aliis ab eo citatis. 31 32

Rursus alia circumstantia, quod Matthæus maiori familia erat gravatus, nempe uxore, & tribus filiis masculis, & fœminis, qui ali non poterant, nisi cum maiori impensa, & ex altera parte Michael eiusdem frater, & consocius minori numero filiorum erat oneratus, nempe uno tantum filio, & non obstante huiusmodi familiæ inæqualitate, nunquam illi inter se per cursum longi temporis conquesti fuerunt, ex quo bene arguitur, & elicitur inter eos societas omnium bonorum, in qua non consideratur, an unus maiorem familiam, quam alius habeat, quia hæc proveniunt a casu, non a culpa sociorum, *Felic. tractat. de societ. cap.* 26. *n.* 33. 34. *e* 35. *Menoch. de arbitr. iudic. cas.* 127. *n.* 2. *Ciarlin. contr. for. cap.* 16. *num.* 28. 33

De quibus etiam omnibus, nempe communione bonorum, communicatione fructuum, dotium, & aliorum lucrorum, ac de assiduis operibus rusticalibus unitim exercitis in cultura bonorum, & de conviventia etiam eorumdem insimul habita, & de habitatione in eadem domo ad eundem panem, & vinum, satis superque apparet ex dissensionibus postea ortis inter Michaelem, & Nicolaum iuniores, & ex Compromisso per eos exarato in persona Iulii de Sartceschis Insignis Iurisconsulti Fivizanen. ac etiam con-

constat ex Laudo super dictis controversiis publicato per eundem Sarteschium Arbitratorem, ex Instrumento Laudi, in quo omnia prædicta distincte, & clare explicantur, & in quo, prævia matura cognitione facti, & iuris, iudicatum fuit, veram, & realem societatem omnium bonorum per prædicta inter eos initam, & observatam fuisse, prout ex Laudo, & Sententia ipsa sequentibus verbis prolata „ ibi „ in principio Laudi, *sententiavit*, che stante „ essere stata fra li quondam Michele, e Matteo del primo Nic- „ colao Pinelli in loro vita comunione universale di tutti i Be- „ ni, siccome dichiarò, e lodò detto Sig. Arbitro in omni &c. „

34 Ita quod clare, & manifeste dicatur constare de allegata societate universali, illaque appareat confirmata, non tam per confessionem Partium, quæ per se optime probat ad hunc effectum, *Sabell. in summ. §. societas vers. quod præsumatur*, *Menoch. de præs. lib. 3. præs. 56. n. 33. Gratian. cap. 336. n. 5. & seqq. De Angel. de confess. lib. 1. qu. 8. limit. 8 n. 24. & lib. 2. qu. 73. num. 11. Bonden. collect. 26. num 2. tom. 2. Ansald. de commerc. & mercat. disc. 50. n. 12. & 20. Rota cor. Rembold. dec. 280. n. 3. cor. Seraphin. dec. 1303. n. 6. in fin. cor. Duran. dec. 90. num. 5. & 8. & Rota in rec dec. 22. n. 10. par. 7. dec. 240. n. 2. & dec. 518. n. 5. par 13. & dec. 27. n. 1. 4. & 5. par. 17. & dec. 602. n. 24. par. 19. tom. 2. & in Mantiss. ad Card. De Luca dec. 30 n. 5 tit. de donat. tom. 7.*

Quam per Sententiam, & rem iudicatam, quæ facit rem claram, & manifestam, ens de non ente, & pro veritate habetur, itaut amplius non veniat permissum illam impugnare, iuxta nota principia, de quibus est *Textus in l. 1. ff. de re indic. & vulgata*
35 *l res indicata ff de reg. iur. Rota in rec. dec. 127. n. 1. part. 15. & dec. 509 n. 15. par. 18. dec. 145. n. 18. & dec. 251. num. 41 & seqq. par. 19. Rota cor. Emerix iun. dec. 337. n. 7. & cor. Caprara dec. 289. n. 1. par. 1. & dec. 610. n. 18. part. 2. & coram Crispo dec. 58. n. 1. tom. 1. & dec. 312. n. 8. & dec. 318 num. 3 & dec. 228. n. 3. & dec. 502. n. 4. tom. 2. & dec. 470. n. 2. & dec. 489 n. 3. tom. 3.*

Fortius iuncta acquiescentia eorumdem Litigantium, & acceptatione, & executione eiusdem Laudi, & arbitramenti in Iudicio, & quia non obstante remissione per Arbitrum ad arbitrium earumdem Partium circa executionem, & approbationem Laudi, aut reclamationem, & impugnationem illius, hac libera facultate non obstante, Laudem ratificaverunt, & emologaverunt, instando pro illius executione coram Prætore Fivizani, qui die decima Sep-
36 tembris 1667. & die decima quarta eiusdem mensis, & anni ad executionem mandavit eumdem Laudum medio divisionis æqualis bo-

bonorum inter ipsos Litigantes, iuxta naturam societatis universalis, *l.* 1. *et l. filiæ C. familiæ ercisc. Boer. decis.* 214. *n.* 1. *Thesaur. dec.* 242. *n.* 4. *Thomat. dec.* 124. *n.* 13. *Gratian. discep.* 643 *num.* 9. *tom.* 4.

Quibus attentis ex facto ipso claro præseferente certam voluntatem ipsarum Partium, ambigi non valet de vera, & indubitata societate universali, ac si esset expresse contracta, quidquid exadverso fuerit oppositum de non confirmatione, per non declarationem, & non petitionem redditionis rationis, iuxta legem præscriptam ab Arbitro in illis verbis Laudi „ Ma che in caso „ di dichiarazione di tale continuazione di società universale. „

Quia cum conditio præscripta ab Arbitro intra certum terminum ad declarandam, & acceptandam societatem pro societate generali, & universali, fuerit illa ab utraque Parte observata pro tali, per executionem ipsam Laudi in Iudicio petitam, satis constare dicitur de declaratione ex facto ipso, dum facta 37
potentiora sunt verbis, prout in proposito nostro *Decian respons.* 85. *n.* 3. *e* 4. *tom* 4. ubi quod maior, & efficacior est declaratio 38
facto ipso, quam verbis, & ita egregie argumentatur *Scopp. ad Gratian. dec.* 127. *n.* 1. 2. *et* 3. *et n.* 37. ubi quod mens ipsa quæ verbis exprimi solet, factis ipsis multo magis declaretur, & 39
repræsentetur, & quod facti ipsius demonstratio universas verborum probationes superet, ex monitis in *l. certum est 6. ff. de reb. credit.* ac declaratio animi humani, quæ facto demonstratur, certior esse censetur, quam quæ verbis inducitur, ex traditis per 40
Pomponium Iurisconsultum in *l. si tamen* 48 *in verbo multo enim ff. de ædilict. edict.* atque verba factis cedere soleant toto titulo *Cod. plus valere*, ita quod si factum verbis, seu scripturæ contradicat, superat factum, & illi scriptura cedit, iuxta Imperialem 41
Constitutionem in *l.* 1. *Cod. plus valere quod agitur*, optime *Michalor. de fratr. par.* 2. *cap.* 2. *n.* 4. 5. *et seq.* ubi ex dicto *Baldi* asserit, nullum esse maius nostræ mentis testimonium, quam qua- 42
litas factorum, quæ sine alia loquela intelliguntur.

Quæ omnia insimul iuncta mirifice comprobant, non solum societatem inter Michaelem, & Matthæum usque ad obitum Michaelis, verum etiam perseverantiam in ea Nicolai Michaelis filii cum Matthæo eius patruo, & postea eiusdem Nicolai, & Michaelis filii Matthæi usque ad annum 1666. seu 1667. factæ divisionis, & sic per longum spatium annorum vigintiquatuor, principio communionis desumpto ab anno 1649. quo Nicolaus senior ab hac vita migravit, ex quo longissimo temporis intervallo communis vitæ inter eos præcisive ab actibus posterioribus 43
Compromissi, Laudi, & facti vere societatem importantibus, re-

ctc etiam visa fuit comprobata societas, ad firmata per *Menoch. d. præs.* 56. *n.* 22. *lib.* 3. *Pacion. alleg.* 134. *n.* 2. ubi de spatio viginti annor. *et Rota cor. Coccin. dec.* 421. *Monach. dec.* 60 *n.* 2.

Etiamsi in veriori sententia decem annorum, & minoris
44 etiam temporis spatium sufficiat, dummodo dicta requisita concurrant, *Felic. de societ. cap.* 10. *n.* 24. *Michalor. de fratr. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 6. *&* 7. *& cap.* 14. *n.* 7. *Ciarlin. d. contr.* 16. *n.* 5. *lib* 1. *Iov. de solemnit. gloss.* 16. §. 13. *n.* 24. *Monach. dec. Bononien.* 60. *n.* 2. *e* 3.

Ac etiamsi inter patruum, & nepotem, & successive inter nepotes ipsos, & patrueles non exhibeantur actus expressi declarativi eorum voluntatis, cum ad hunc effectum exuberat continuatio in possessione bonorum communium eodem modo, & forma, qua insimul convixerunt Michael, & Matthæus eorum res-
45 pective genitores, nam quibus modis societas contrahitur, iisdem etiam modis tacite redintegratur, *Michalor. de fratr. par.* 2. *cap.* 40. *n.* 40. *Felic. de societ. cap.* 41. *n.* 3 *&* 4. *Decian. resp.* 85. *n.* 17. *& seqq. lib* 2. *Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 26. *sub n.* 17. *&* 18. *Ricc. collectan* 398. *vers. limita, seu declara quarto p.* 2. *Bonden collect. leg.* 36. *n.* 3. *tom.* 1. *& Rota cor. Merlin. dec.* 251. *n.* 9 *tom.* 1.

Sicuti punctualiter, quoad societatem inter patruum, & nepo-
46 tes hoc idem admiserunt *Bartol. in Leg. si patruus num.* 8. *ff. commun. utrius iudic. Menoch. de præsumpt.* 56. *num.* 19. *lib.* 3. *Mascard. de probat. conclus.* 1392. *n.* 14. *Michalor. par.* 2. *cap.* 15. *n.* 31. *et seq. Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 26. *num.* 15. *Bonden. collect. legal.* 36. *num.* 4. *tom.* 1. *Rot. cor. Buratt. dec.* 408. *num.* 5. *et in rec. dec.* 27. *n.* 19. *par.* 17.

Et quidem respectu societatis omnium bonorum, quia, ubi admittitur societatis renovatio, seu continuatio, intelligi debet
47 secundum naturam ipsius antecedentis societatis renovatæ, seu continuatæ, *Felic. de societ. cap.* 41. *num.* 5. ubi alios dat concordantes, *Mantic. de tacit. et ambig. d tit.* 26. *n.* 25. *Bonden. collect. leg.* 36. *num.* 5. *et* 6. *Pacion. alleg.* 6. *n.* 2. *et seqq.*

Et quamvis aliqui ex filiis essent minores ætate de tempore obitus patris, utpote Michael, & Matthæus iunior, quia etiam cum minoribus illa continuata, & renovata censetur, quando
48 non fuit ab iis reclamatum *Gratian. discept. for. cap.* 547. *n.* 3. *et* 4. *et seqq. et cap.* 714. *num.* 12. *Vivian. Cirocch. discept.* 65. *num.* 13. *Modern. Bertachin. vot. dec.* 30 *num.* 4. *Hodiern. controv.* 22. *num.* 8. *et* 9. 12. 13. 14. *et* 15. *et seqq. Michalor. de fratr. par.* 2. *cap.* 15. *num.* 10. *et* 61. *in fin. et per tot. Pacion. alleg.* 134. *num.* 10. *et* 11. *Bonden. collect. legal.* 16. *n.* 11. 12. *et* 17. *et* 18. *Rot. in rec. dec.* 91. *num.* 39. *et* 41. *par.* 12. ubi

in

in specie quando ipsis societas est utilis, *dec.* 27. *num.* 15 *par.* 17. *et in Mantiss. ad Cardin. De Luc. dec.* 30 *num.* 4 *tit. de donat. et num.* 17. *tom.* 7. 49

Et eo magis quando apparet de continuatione in ea, non solum durante minori ætate, verum etiam post expletam ætatem minorem nullo dato signo dissensus, *Surd. cons.* 9. *num.* 18. *Gratian. d. discept.* 714. *num.* 11. *et discept.* 547. *n.* 5. *Vivian. Cirocc. discept. forens.* 65. *n.* 15 *in fin.* 50

Quinimo, se se exercendo in iisdem laboreriis, & operibus continuationem societatis denotantibus ex *Alexand. cons.* 49. *n.* 2. *ante fin lib.* 1. *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 56. *num.* 17. *Gratian. discept. d. cap.* 714. *num.* 14. *Cirocch. discept. for.* 63. *num.* 15. *Michalor. de fratr. lib.* 2. *d. cap.* 15. *num.* 63. *et seqq.* & late *Pacion. allegat.* 6. *a num.* 2. *usque ad* 25. *et alleg.* 134. *num.* 10. *et* 11. 51

Et præsertim propter æqualem divisionem bonorum, & perceptionem medietatis eorum omnium, ut in simili casu *Rota in Mantiss. ad Card. De Luc. d. dec.* 30. *n.* 17. *tit. de dote tom* 7 52

Atque denique propter positivas, & expressas instantias in judicio factas per eos pro executione Laudi Arbitratoris, in quo judicata, & declarata fuit societas universalis, ex quibus actibus utique bene ratificata, & renovata agnoscitur societas inter eorum Genitores inita, iuxta *Rota in recent. dec.* 602. *num.* 24. *par.* 19. *tom.* 2. 53

Et indubitanter cum ætatis defectus allegari solum possit ab ipsis minoribus non ab aliis, & in arbitrio ipsorum dumtaxat sit approbare contractum, qui solum ad eorum favore claudicat, ideoque dum in nostra factispecie minores ipsi non reclamaverunt, verum potius factis ratificaverunt societatem, hodie ex hoc capite non possint Franciscus Maria, & alii eius fratres collitigantes impugnare societatem, ut in specie declarat *Surd. cons.* 9. *num.* 10. *usque ad* 21. *Gratian. discept. forens.* 714. *num.* 12. *Vivian. Cirocch. discept.* 65. *n.* 13. *Bonden. collect. legal.* 36. *n.* 9. *tom.* 1. *Modern. Bertach. vot. dec.* 30. *num.* 4. 54

Hisque præsuppositis, quæ fieri non possunt citra ius, & nomen societatis, ex notatis in similibus terminis *per Catan. cons.* 26. *num.* 5. *vers. et est*, *Scopp. ad Gratian. dec.* 127. *num.* 22. *in fin. et num.* 42. *Fachin. contr. iur. lib.* 12. *cap.* 14. *in fin. Michalor. de fratr. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. *cum seqq. Ansald. de commerc. et mercat disc.* 50. *num.* 6. *et Rot. cor. Cerr. dec.* 648. *num.* 1. *et in rec. dec.* 422. *num.* 5. *par.* 14. *et dec.* 422. *num.* 5. *et* 6. *par.* 19. bene fundata apparet societas universalis, & recurrunt supra tradita in §. *Et in hac*, quod bona omnia socie- 55

56 tati sint communicanda, ut præter supra citatos *Petr. de Ubald. par. 3. principal. num. 28. et 29. Ioseph. Ludovic. qu. 53. vers. nam in societate pag. 122. a tergo, Gratian. discept. for. 643. per tot. tom. 4. et in discept. forens. 642. per tot tom. 4. et in discept. 904. num. 13. 14. et 15. tom. 5. Decian. respons. 85. num. 3. 4. 5. et seqq. tom. 2. Bouden. collect. legal. 36. num. 27. tom. 1. Monac. dec. Bononien. 60. num. 2. et 3. Ciroch. discept. 67. n. 54. Rot. cor. Cerr. dec. 610. n. 6. et in rec. dec. 247. n. 3. par. 9. et dec. 100. n. 4. par. 13. et dec. 28 num. 10. par. 17.*

Proptereaque communicanda esse omnia perventa ad Ioannem Baptistam, & alios eius fratres non tam ex assignatione facta de anno 1641. ab Antonina Dominicæ per Instrumentum publicum, quam ex legitima eiusdem Antoninæ postea ad eos iure successionis delata, cum societati universali sint communicanda non solum ea, quæ proveniunt ex negocio, questu, opera, & industria, verum etiam quæ proveniunt per hæreditatem, legatum, donationem, & fortunæ beneficium, ac per alium quemcumque
57 titulum, *Leg. 3. §. cum specialiter ff. pro socio, Ripa in Leg. hæc verba sub num. 45. ff. de legat. primo*, ubi quod communicandæ sint hæreditates, non tantum legitimæ, scilicet delatæ ab inte-
58 stato, verum etiam ex testamento, *et Ias. in eadem L. hæc verba num. 52. et seqq. Ruin. cons. 104. lib. 1. et cons. 121. lib 5. Dec. cons. 68. et cons. 148. Rolan. cons. 92. num. 3. et num. 51. lib. 2. Bonifac. Rog. cons. 55. num. 25. et 26. Mascard. conclus. 1309. n. 19. 20. 21. Ioseph. Ludovic. conclus. 53. vers. hinc etiam quinto, et vers. quæ generalis, et vers. seqq. Mantic. de tacit. et ambig. lib. 6. tit. 15. num. 6. 7. 8. et 9. Milanens. dec. Sicil. 19. n. 6. et 7. Gratian. discept. 904. num. 13. et 14. tom. 5. Gratian. dec. Marchiæ 127. num. 2. et ibi Scopp. ad Gratian. eadem decis. 127. num. 28. 29. et seqq. et num. 45. Thomat. dec. 124. n. 22. 23. et seqq. Michalor. de fratrib. par. 2. cap 22. n. 2. 3. Gratius Contrius discept. Ferrarien. 71. num. 4. De Rosa cons. 8. num. 56. Mans. cons. 437. n. 35. et 36. D. Dyn. dec. 43. n. 47. 48. et 49. Bertazbin. vot. 67. num. 10.*

Quæ conclusio locum sibi vindicat, non solum in societate universali expressa, verum etiam in tacita, non attenta opinione aliquorum Doctorum, quod in tacita societate veniant tantummodo ea, quæ acquiruntur ex actidus quæstuariis, & ex opera,
59 & industria, quam opinionem tuentur *Alex cons. 49. num. 2 lib. 1. et cons. 48. num. 4. et 5. lib. 2. et cons. 186. lib. 6. Dec. cons. 21. num. 2. vers. præterea et fortius, Ciarlin. contr. 16. num. 6. et contr. 177. num. 5. et 6. Caren. resol. 183. num. 6.* & videtur tenuisse *Rot. Roman. cor. Coccin. dec. 421. n. 6.*

Nam

Nam consideratum fuit opinionnem *Alexandrii*, *Decii*, & aliorum huius opinionis sequacium reprobatam esse communiter a Doctoribus, & in specie *a Ruin. d. cons.* 104. *et d. cons.* 121. ubi dicit, erroneum esse dicere, quod sit societas omnium bonorum tacite contracta, & quod tantum veniant quæstuaria, eamque reprobat *Decius* sibi contrarius *in d. cons.* 68. *n.* 2. ubi recessit ab ea sententia, *et in d. cons.* 148. ubi ait non bene locutum esse *Alexandrum*, *Rolan. d. cons.* 92. *n.* 3. *et* 51. *lib.* 2. ubi dicit, quod iura allegata per *Alexandrum* non loquuntur de tacita societate omnium bonorum, sed de simplici societate, *Bonifac. Roger. d. cons.* 55. *n.* 25. *et* 26. ubi ait errasse *Alexandrum*, *Mascard. de probat. concl.* 1309. *num.* 19. 20. 21. *et* 22. ubi loquitur de societate tacita deducta ex coniecturis, & præsumptionibus, *et num.* 34. *Ioseph. Ludov. qu.* 53. *vers. hinc etiam quinto* ubi iterum, quod hæc opinio contra *Alexandrum* sit communis, *et vers. quæ generalis*, *et vers. seqq.* ubi quod opinio *Alexandri*, & sequacium sit falsa, *Mantic. de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 15. *num.* 6. 7. 8. *et* 9. ubi examinato ex professo articulo reprobat expresse *Alexandrum*, *et Decium* contrariæ sententiæ fautores, eorumque argumenta refutat, *Michalor. de fratrib. par.* 2. *cap.* 22. *num.* 2. *et* 3. ubi relatis utriusque sententiæ defensoribus contra *Alexandrum* resolvit, & substinet hanc esse communem sententiam, optime *Scopp. ad Gratian. dec.* 127. *num.* 28. 29. *et seqq. et num.* 45. *et seqq.* ubi pariter contraria omnia refellit, & reiicit, bene *De Rosa d. cons.* 8. *num.* 54. *et seqq. et num.* 56. 57. *et seqq.* ubi subdit contrariam opinionem omnino substineri non posse. 60

Ea ratione, quia revera taciti, & expressi eadem semper virtus a iure constituitur, *Mantic. de tacit. lib.* 6. *d. tit.* 15. *num.* 10. 11. *Scopp. ad Gratian. d. dec* 127. *num.* 44. *De Rosa d. cons.* 8. *num.* 56. 57. *et seqq.* ubi quod aliter iuris principia in controversiam deducerentur. 61

Et quia tacita societas habeat in omnibus, & per omnia singula privilegia, & prærogativas, quæ habet societas omnium bonorum expresse contracta, nullaque sit differentia inter expressam, & tacitam, *Dec. in rub. Cod. qui testam. facere possunt num.* 18. *et seqq. et d. cons.* 68. *et d. cons.* 548. ubi dicit hanc esse communem opinionem, *Ruin. d. cons.* 104. *lib.* 1. *et d. cons.* 121. *lib.* 5. ubi dicit, contrariam opinionem esse erroneam, *Ludovic. d. conclus.* 53. *vers. quod autem*, *et vers. quæ generalis*, *Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 15. *num.* 10. *et Michalor. de fratrib. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. & *n.* 8. *De Rosa d. cons.* 8. *num.* 57. *et* 58. 62

Ac etiam, quia iura allegata in contrarium non percutiant
63 casum nostrum, in specie diversos esse terminos *Textus in Leg. coiri ff. pro socio*, qui in contrarium per Sectatores contrariæ opinionis afferri solet, cum ibi Textus loquatur de societate ex certis actibus limitatis constituta, ut advertunt *Milanens. d. dec. 19. num. 37. lib. 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. d. tit. 15. num. 10. in fin. Scopp. ad Gratian. d. dec. 127. num. 45. 46. & seqq. Rosa d. cons. 8. num. 56. 57. & seqq. Thomat. dec. 124. n. 22.* ubi quod dicta *Lex coiri* non loquitur de tacita societate omnium bonorum sed de simplici, quæ inter aliquos expresse con-
64 trahitur ex causa quæstuaria, & quod *Textus in cap. 1. §. si duo fratres de novo benefic. investien.* ad rem nostram omnino non pertineat, cum non loquatur de tacita bonorum omnium societate, ut ibidem per *Milanen. Mantic. Scopp. Thomat.*

Ideoque visum fuit, authoritatem defensorum contrariæ opinionis non esse attendendam, sive quia Doctores in contrarium allegati perfunctorie, & incidenter loquuntur, ut monet *Thomat. ibidem num. 22. circa med.* sive quia contraria opinio ab omni-
65 bus est reprobata, & sententia pro tacita est communior, ut ibi *Thomat.* sive quia sunt simplices Consulentes, quorum authoritas parvi ponderis reputatur non docto de causæ decisione
66 *Franc. dec. 260. num. 5. & 6. Card. De Luc. de testam. disc. 5. num. 8. & disc. 53. num. 7. & Rot. dec. 458. n. 12. par. 9. rec.*

Et potissimum, cum pro hac opinione magis communiter recepta assistant Doctores in tractatibus, velut *Mantic. de tacit. Michalor. de fratrib. Massin. de probat. Ludovic.* & alii locis supra
67 citatis, quorum authoritati maior fides præstanda est, quam Consulentium, *Misinger. observ. 80. per tot. Thesaur. iun. qu. forens. 117. num. 24. lib. 4. Mans. cons. 81. num. 52. tom. 1. & Rota Lucen. apud eund. Mans. cons. 280. num. 197. tom. 3.*

68 Ac etiam assistant res iudicatæ pro hac sententia, prout apud *Gratian. dec. Marchiæ d. dec. 127. et apud Thomat. dec. 124 & apud Milanen. d. dec. 19. Siciliæ.*

Non officiente quoquo *dec. 421. cor. Coccin.* quia super hoc articulo illa non emanavit, sed super bonis acquisitis ex industria; Decisiones autem attenduntur in eo tantum, quod principaliter firmant, non in eo, quod enunciant perfunctorie, & materia non examinata, *Card. De Luc. de legitim. disc. 10. num. 6. Rot. nostr.*
69 *Florentina apud Mans. cons. 395. n. 46. Rot. cor. Bich. dec. 480. in fin. & in rec. dec. 67. par. 7. & dec. 285. par. 9.*

Non refragantibus denique aliis in contrarium deductis, quod ex indivisa possessione paternæ hæreditatis non inducatur per ne-
70 cesse societas universalis inter fratres contra determinationem,

Textus

Textus in L. cum duobus §. *cum duo vers. si fratres ff. pro socio, Ioseph Ludovic. conclus.* 53. *versic. et propterea, Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 10. *num.* 9. *& seqq. et tit.* 11. *num.* 14. *& seqq. Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 49. *num.* 5. *Caren. resol.* 238. *num.* 2. *vers. nec ex eo, Gratius Contrius discept.* 71. *n.* 5. *Rota cor. Coccin. dec.* 529. *num.* 7. *et dec.* 1383. *& in rec.* 129. *n.* 16. *par.* 10. *n.* 9. *& dec.* 431. *n.* 1. *par.* 19.

Sed potius præsumatur, & inducatur societas particularis ratione vitæ, victusque, ac bonorum, & fructus hæreditatis paternæ tantum *ex Alex. cons.* 16. *num.* 18. *lib.* 4. *Monac. dec. Bononien.* 60. *num.* 9. 10 *& seqq. Cattan. cons.* 26. *num.* 5. *Michalor. de fratrib. par.* 2. *cap.* 8. *fere per tot. Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 49 *num.* 17. 71

Neque sufficiat simultanea cohabitatio fratrum, *Mascard. de probat. concl.* 31 *num.* 7. 8. *et seqq. tom.* 1. *Cattan. cons.* 26. *per tot. Gratius Contrius discept. Ferrarien.* 71. *n.* 5. ubi etiamsi fratres spatio longi, & longissimi temporis simul cohabitaverint percipiendo quoscumque redditus, & proventus bonorum, *Rot. in divers. decis.* 169. *n.* 3. *par* 2. *et Rot. in rec. d. dec.* 431. *n.* 14. 15. *par.* 19. *tom.* 2. 72 74

Et quod debeat probari per tales demonstrationes, quæ non possint verificari ad alios effectus, *Monac. d. dec. Bononien. dict. dec.* 60. *num.* 5. *Ciarlin. contr.* 177. *num.* 3. *et Rot. in rec. dec.* 126. *num.* 2. *par.* 8. *et in dict. dec.* 431. *num.* 17. *et* 22. *par.* 19. *tom.* 2. 74

Nam hæc omnia locum habent casu, quo non probentur requisita uniformia naturæ societatis universalis, ut optime ratiocinando concludit *Scopp. ad Gratian. d. dec.* 127. *n.* 31. 34. 39. 40. *et seqq.* ubi quod ad iudicandam qualis sit societas considerandi sunt actus gesti a sociis, quia si sint actus denotantes voluntatem sociorum contrahendi societatem universorum bonorum, pro tali societas est iudicanda; Et si actus non sint talis naturæ, societas reputanda est talis generis, quale ex actibus sociorum illa indicatur, & demostratur; Coniecturarum enim, & actuum qualitas maturo iudicio perpendi debet, ne ultra metam consensus, & ne ultra contrahentium intentionem contractus existimetur, ut etiam fatetur *Ciarlin. controvers.* 177. qui licet ibi respondeat pro societate particulari, attamen concurrentibus requisitis necessariis pro societate omnium bonorum, illam pro universali admittit, ita quod hæc decisio pendeat ab arbitrio Iudicis, & a circumstantiis facti, ac a coniecturis hinc inde bene considerandis, ut monent *Mysing. cons.* 18. *num.* 3. 75 76

Scopp.

Scopp. ad Gratian. d. decis. 127. n. 38. 39. & seqq. doctus, & eruditus Dom. meus Franciscus Dynus in decis. 43. num. 107. & Ansald. in tract. de commerc. & mercat. disc. 49. num. 17. & disc. 50. num. 3.

Quamvis enim ex sola possessione, & communione bonorum paternorum non liceat inter fratres argumentari, & elici universalis societas contracta, attamen si aliter ex aliis fortioribus coniecturis deducatur, veluti ex factis, & ex aliis circumstantiis ex quibus erui solet huiusmodi societas, utique dicitur illa bene probata, prout in nostra facti specie, in qua nedum concurrunt illa tria requisita ordinaria, & necessaria ad hunc ef-
77 fectum; verum etiam eadem requisita munita, & roborata sunt factis univocis, & indubitatis communionem generalem satis superque præseferentibus, utpote confessione sociorum, sententia, & re iudicata pro societate generali, item acceptatione, & executione eiusdem Sententiæ, ex quibus cum dilucida, plena, & superlativa probatio deducatur societatis universalis, ulterius non esse quærendum arbitrati fuimus.

Itaque probata communione, & societate universali omnium bonorum inter prædictos Collitigantes de Pinellis, divisio repartitio, & coæquatio regulanda erit iuxta formam, & regulam per nos præscriptam in Calculo dato in fine nostræ Sententiæ, collatis in divisione bonis provenientibus ab Antonina, non tam per contractum, quam per successionem, ita, & taliter ut divisio, servata debita proportione, reducatur ad æqualitatem, & iustitiam, iuxta naturam societatis universalis.

Et ita utraque Parte informante &c.

Antonius Gabriel Calderonus Rot. Aud. Relat. & Compil.
Manilius Urbani Rotæ Audit.
Octavius Vasoli Piccinini Rotæ Audit.

DECISIO XXIX.

PISCIEN. NULLITATIS OBLIGATIONIS FILII FAM.

12. *Augusti* 1732. *cor.* Aud. Io. Meoli.

ARGUMENTUM.

An & quando Filiis Familias permissum sit in favorem Patris se obligare iuxta Statutum Písciæ ubi fuso calamo de Reformatione 1477. & de materia recursus iuxta dispositionem Legis Ur-

Urbem nostram, ubi denique de Legibus, & vi observantiæ, & consuetudinis, & an & quando communis error ius facere debeat ad *Text. in Leg. barbatius ff. de offic. prætor.*

SUMMARIUM.

1 *Si paternus consensus ad integrandam filii personam requiritur non potest Pater in rem suam auctor fieri et num. 2. ubi an Patris voluntas pro eius privato interesse sufficeret*

3 *Super proposita quæstione valde laboratum est in his Tribunalibus, nec non in iis Regni Neapolitani, ne quasi condita Lege super hoc disceptari contingeret exemplo Iustiniani.*

4 *Filis fam. contrahere, & se obligare datum est excepto mutuo, & voto, limita n. 6. ubi mutuum tendat in Patris commodum.*

5 *S. C. Macedonianum non aliter introductum fuit, quam ad evertendum Genitoris damnum & num 8. ubi, vel ad compescendum iuvenilem calorem, qui solent imprudenter se gerere.*

7 *Difficillimum est effingere casum, quo mutuum tendat in favorem Patris ratione legitimæ, quam Pater consequi posset in bonis filii, vel ratione alimentorum, quæ filius prætendere posset a patre.*

9 *In filio iuris sui facto consensus requiritur quasi alterius personæ supplementum, cum peculiorum serie perspecta cesset Patris præiudicium, nam si de castrensi filius pro Patre fam. diudicatur, si de profectitio totum est Patris, si de adventitio ususfructus est penes Patrem, nec Pater tenetur ex contractu filii.*

10 *Alimenta habent causam in natura positam, ideoque etiam emancipatis præstanda, a quibus si civili nexuum, tamen naturali disiungimur. & n. 11.*

12 *Quando agitur de filio fam. pupillo, vel minore Lex ad eorum fragilitatem reparandam consensum Tutoris, vel Curatoris exigit, & num. 23. secus in maiore n. 13.*

14 *Per reformationem ann. 1477. non aliter volitum est firmans in Patris commodum filiorum obligationes ipso assentiente, quam plene completis 25. annis, & num. 20. & 21. ubi de Statuto Mercantiæ.*

15 *Organorum inæqualitas non ex inequalitate animæ, sed ex varia organorum, & phantasiæ potentia, ideoque alii citius pubescunt, alii tardius. n. 16.*

17 *Florentia ingeniorum fecundissima puerisque abundans, qui ob acumen ingenii videntur senes in sensu.*

18 *Paulus de Castro diu apud Florentinos moratus est, & eorum Statuta compilavit, & reformavit.*

19 *Obli-*

19 *Obligatio filii pro patre plerumque contrahitur, vel causa metus, & reverentiæ, vel iurgii domestici, vel ad assequenda bona eisque abutendi.*

20 *Ubi periculum magis intenditur ibi plenius est consulendum.*

23 *In iurisprudentia iuvat etiam antiquitatis meminisse ex monito Iustiniani.*

24 *Quoties timorem reverentialem læsio enormis concomitatur hoc unum sufficit ad irritandam obligationem absque auxilio Legis.*

25 *Patria Potestas præscindendo ab iis effectibus, quæ erat propria Populi Romani habet quosdam quasi gradus iuxta necessitatem educationis.*

26 *Statutum Pisciæ Rubr.* 33. *interpetratur & num.* 32. *ubi de constitutione Cathaloniæ.*

27 *Ea est contrariorum, & diversorum impar conditio, ut contraria pugnent ex eadem causa, & fonte diversa vero distinctam rationem habeant.*

28 *Dictio* si autem *tamquam adversativa repetit omnes qualitates præcedentes.*

29 *Ubi plures qualitates requiruntur non sufficit alterutram verificari, maxime quando utcumque disparatæ naturæ unam substantiam, & unum subiectum respiciunt præsertim quando non agitur de materia favorabili ut quæ coniuncta sunt, seiunctim sint accipienda num.* 30.

31 *De iure communi maior ætas in* 25. *annis definitur.*

32 *Quoties Statutum non stat in puris terminis consensus, sed successive irritat actum tunc clarum est consensus pro solemnitate requiri, & solemnitas pro integratione.*

33 *Quando proximum adest fundamentum imbecillitatis, & fragilitatis ob quas contractus sine debitis solemnitatibus irriti remanent, omnes vinculis expertes sunt, & omni civili, & naturali obligatione vacui.*

34 *Statutum filio vetat renunciare beneficio per ipsum introducto & num.* 35. *ubi renunciatio voluntariæ a filio emissa nequit Patri in usufructu, & in aliis iuribus illi competentibus præiudicare.*

36 *Beneficio in alterius gratiam introducto quis nequit renunciare, & inhabilis ad contrahendum non valet se habilitare per renunciationem Legi inhabilitanti.*

37 *Quilibet Legi, & iuri pro se introducto valet renunciare.*

38 *Ius publicum privatorum pactis lædi non potest.*

39 *Eliminanda conventio est quæ sanctionem vulnerat in publica filiorum utilitate positam.*

40 *Limitatur Statutum in filio fam.* 18. *annorum qui mercaturæ in-*

incumbat, & quoad actus iudiciales.

41 *Mercatores præsumuntur diligentes, sagaces, nec fraudibus obnoxii, nec patitur moram ruens, occasio præceps ipsius negocii, & ipsum publico iudicio admissum Testimonium loco solemnitatum est.*

42 *Non licet filio stare in iudicio sine expresso patris consensu.*

43 *deficiente statutaria constitutione, vel interpretatione indigente recursus habetur ad Statutum Florentinum per Leg. Urbem nostram & num. 44. 45.*

46 *Dubia Statuta a iure communi intellectum recipiunt.*

47 *Non tantum Lex a Principe promanata, sed simplex Doctor melius distinguens Legi, vel Doctori præfertur non distinguenti.*

48 *Ius Provinciæ (& sic Statutum Florent.) est ad instar iuris Prætorii gratia adiuvandi, corrigendi, vel supplendi iuris civilis introductum.*

49 *Ius Civitatis dominantis non mutat Statuta Loci Subditi, & quod quisque Populus sibi constituit, sed adiuvat imperfecta, & supplet deficientibus, & omissis.*

50 *Statutum Pisciæ disponit quoad recursum eatenus attendi Leg. Urbem nostram quatenus de Piscienfibus specifice disponat alias ad ius commune recurri.*

51 *Statutum Pisciæ compilatum post editam Leg. Urbem nostram illi adversari non poterat, stante clausula apponi solita, quod si quid continerent contra Leges, & Statuta Civitatis Florentiæ cassa intelligerentur & num. 52. quod ipsum de Rhodiorum Legibus a Romanis adoptatis ubi & n. 53. & 54.*

55 *Leg. Urbem nostram perinde habenda ac si cuncta dominii loca descripserit.*

56 *Observantia alia iudicialis alia extraiudicialis est, sed prima fortior & efficacior num. 57.*

58 *Ex observantia eruitur Patrem ad terminos Statuti Pisciensis non posse in propriam utilitatem obligationem filiorum fam. consentire, et n. 61. ubi de observantia etiam in criminalibus.*

59 *Observantia canonizata satis manet si semel fuerit practicatum & in contradictorio iudicio canonizatum et ex unico indicato.*

60 *Pignoris confessio in fideiussionem resolvitur.*

62 *Ex binis iudicatis consuetudo inducitur.*

63 *Quod disceptatum, & deductum non est non potest haberi pro deciso.*

64 *Decisiones quæstionem non dispungentes nullatenus prosunt ad elicendam Statuti observantiam.*

65 *Nova Statuti interpretatio non est canonizanda quoties Civitas litibus repleretur & fieret tot instrumentorum strages, quæ summa bona fide stipulata fuerant.*

66 Com-

66 *Communis Populi, error Legem facit, limita quoties non est probatus n. 67. non communis n. 68. nec iustus n. 71.*
68 *Emancipatio filium efficit sui iuris.*
69 *Ex actorum difformitate, & inconstantia vim suam amittit observantia.*
70 *Animus ex nullis etiam, et invalidis actibus colligitur.*
71 *Ubi Lex certa est solum Princeps remanet magnificatæ stragis reparator.*
72 *Tenetur quis esse curiosus de qualitate fideiussoris.*
73 *Ubi adest Consulentium copia quis non excusatur si eos non adeat, maxime ubi non potest dubitari quin isti innotuerint.*
74 *Error, & bonum ex erroribus non nascitur, sed est quandoque commoditas publica causa, causa quod isti parcatur.*



Udiit alias Curia nostra quæstionem huic nostræ parem super Statuto Piscienti de subsistentia obligationis filiorum familias in favorem Patris, ipso Patre auctorante, quæ inter Nobiles DD. de Ursis, & de Floris instaurata est, & acerrime tractata, quasi nova, nec solemni Rotæ iudicato iam decisa. Iterum ergo libratis rationibus pro nullitate, & pro validitate hinc inde deductis nihil proponi visum est quod ab iis abstraheret, quæ a Maioribus nostris declarata sunt, & sicuti illi pro nullitate pronunciarunt, iudicando exemplis, quæ firmissima cognovimus, sive inspecto saniori iurisprudentum sensu, sive Statutorum sanctionibus, sive denique observantia magis inconcussa, in quos tres Articulos Decisionem nostram dividimus.

ARTICULUS PRIMUS.

Referuntur in proposita quæstione diversæ DD. opiniones, & inter eas quale fuerit Rotæ nostræ iudicium. Affertur Sententia recentiorum, atque ante alios probatur quod Reformatio nostra anni 1477. rem vere attigerit eiusque præ ceteris melior sit sensus.

Concordes in eo erant Partes, quod si paternus consensus per modum auctoritatis ad integrandam filii personam requirebatur
1 non posset in rem suam Pater auctor fieri iuxta regulam *Textuum in Leg. 1 ff. de auctor. & consensu tutor. & curat. & Leg. 1. §. fuit quæsitum ff. ad Trebellian.* & ibi communiter DD. Discordia fuit

fuit maxima, an hoc modo requireretur an nuda patris voluntas sufficeret pro eius privato interesse, in quo Articulo definiendo tanquam satis arduo, & difficili inconstanter iudicatum 2
in Civitate nostra testatur Reformatio anni 1477 & notat *Rot. in Florent. subrogat. census, vel nullitatis obligat filii familas inter Barberinos, & Pasquales* 11. *Decembris* 1641. *lib. mot.* 115. *a* 1. §. *siquidem* quo facto non sola laborarunt hæc Tribunalia, sed etiam Suprema Regni Neapolitani Subsellia, adeout actum fuerit de quæstione generice proponenda in Sacro Consilio iunctis omnibus Consiliariis decidenda, quasi condita Lege, ne amplius super hoc disceptari contingeret, prout inter primos ingeniorum apices usque tunc in multyuga disputatione factum fuerat & per communem primorum prudentum consensum litium immortalitas compesceretur exemplo *Iustiniani in auth. de restit.* 3
fideic. versic. nos igitur, & referunt celebriores Regnicolæ *Merlin. Pignattell. cent.* 2. *cap.* 99. *num.* 1. *Scopp. ad eumd. num.* 1. *De Alex. ad De Marin. alleg. meliorat.* 107. *num.* 1. *Manfrell. ad ad Capyc. Latr. observat. ad dec.* 134. *num.* 14.

Quippe super proposita controversia plures in ea fuerunt Sententia, quod paternus consensus requireretur ratione præiudi- 4
cii, interpretando similia Statuta magis ad mentem iuris communis; quo inspecto filiis familias contrahere, & se obligare datum est excepto mutuo, & voto *tot. tit. ff. & Cod. ad Senat. Consult. Macedon. Leg.* 2. §. *voto autem ff. de pollicitat.* Macedonianum autem non aliter introductum fuit, quam ad evertendum Genitoris damnum, ne filii familias ære alieno gravati, consumptisque pecuniis concreditis luxuriose vivendo, Parentum vitæ accideret in- 5
sidiari, & ante diem patrios in annos inquirere, quemadmodum docet ipse *Iustinianus in* §. *illud proprie vers. quæ ideo instit. tit. quod cum eo qui in alien. potest.* & per consequens ubi mutuum tendat in Patris commodum non prohibentur filii fa- 6
milias illud accipere, *Leg filius familias Cod de fideiussor. Leg. si ex alio Cod quod cum eo Leg. si paternam Cod ad Velleian.* itaque iuris communis sanctio notissima facem præferat aliis municipalibus Legibus quæ nil aliud fecerint, quam Macedonianum extendere de mutuo, loquens ad omnes contractus, sed uno, quo Romani Legumlatores moti sunt spiritu, & ratione, cœteri quoque ducti fuerint Statuentes, causa nempe paterni præiudicii, circa quod difficillimum sit effingere, vel divinare casum, in quo non cadat saltem, vel ratione legitimæ quam Pater 7
consequi posset in bonis filii, vel ratione alimentorum, quæ filius prætendere posset a Patre, ita ratiocinantur, *Mans. cons.* 467 *num.* 17. *& seqq. Merlin Pignattell. contr. aut.* 2. *cap.* 99. *&* 100. *per*

100. *per tot.* & late eius *Additionatur Scoppa Tranchedin. consf.* 58. *num.* 6. 7. *tom* 1. *Andreol. contr.* 339. *num.* 17. *Novarr. qu. for.* 117. *Mucci qu. for. cap.* 3. *Palm. Nep. alleg.* 114. *num.* 6. *et seqq. Mauson. de caus. executiv. ampliat.* 10. *num.* 82. *cum seqq. Prat. ad Paschal. de patr. potest. par.* 1. *cap.* 6. *vers. ad n.* 103. *Gait. de credit. in addit.* 3. *ad cap.* 3. *num.* 1. *& seqq. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 416. *num.* 107. *Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 57. *n.* 4. *Bossol. in respons.* 2. *apud Torr. de maiorat. & primog. tom.* 2. *num.* 377. *& seqq. De Luca ad Franch. decis.* 14. *num.* 3. *Hodiern. ad Surd. dec.* 53. *num.* 9 *Altimar. ad Rovit. consf.* 68. *ex num.* 1. *tom.* 2. *& dec.* 69 *num.* 1. *Sanfelic. dec.* 190. *num.* 3. *et seqq. Gipz. dec. Bononiens.* 76. *Peregrin. dec. Patavin.* 51. *ex n.* 6. *ad finem.*

Oppositum sensere quamplurimi authumantes Statutorum conditores præ oculis habuisse, quod filii familias plerumque in adolescentia, & iuvenili calore constituti solent clam, furtive, &
8 inscio patre imprudenter se gerere tanquam homines imperfecti iudicii, de quo est monitum Imperatoris in *Leg. cum non solum* 8. §. *filiis autem familias* „ ibi „ melius enim est coarctare iu- „ veniles calores, ne cupidini dediti tristem exitum sentiant, „ qui eos post dispersum expectat patrimonium „ *Cod de bon. quæ liber.* ad differentiam, quod quis factus iuris sui perpendit quæ operatur nec tam facile ad inopiam vergit, suum esse sciens bona acquirere non amplius Patris, proindeque ad huiusmodi fragilitati consulendum assensus paternus requiratur quasi alterius personæ supplementum, cum cœteroquin tota peculiorum serie perspecta cesset undique fundamentum paterni præiudicii, & interesse, nam si de castrensi, vel quasi, loquamur, filius pro patrefamilias diudicatur, si de profectitio totum est Patris, si de
9 adventitio usufructus est penes Patrem, nec ullum super eo filii commercium, quibus accedit, quod ex contractus filii Pater non teneatur *tot. tit. Cod. ne filius pro patre*, motiva autem legitimæ, & alimentorum nimis remota sint, & fortiori, quoad illa obstringatur vinculo pater quam filius, qui sine filii assensu proinde non deberet contrahere alimentaque ulterius causam habeant in natura positam, ideoque etiam emancipatis præstanda, a quibus si civilibus nexibus non tamen naturalibus disiungimur, &
10 pro hac parte afferri solent a tractantibus materiam, *Rovit. consf.* 68. *num.* 12. *& seqq. lib.* 2. *& ad Pragmat. ad Macedon. num.* 48. *& seqq. Gratian. discept.* 881. *num.* 28. *De Marin. resol. cap.* 145. *num.* 14. *& seqq. et num.* 23. *& seqq. tom.* 1. *& ibi Carol. Ant. De Luca num.* 2. *Lelius Gipz. apud eumdem De Marin. alleg.* 107. *per tot. Capyc. Galeott. contr. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 45.

Rodoer.

Rodoer. ad De Marin. resol. 144. *n.* 1. *& seqq. et per tot. Staiban. resol.* 70 *num.* 3. 4. *& seqq. Urceol. consf.* 44. *num.* 15. 16. *Cancer var. lib.* 2. *num.* 70. *Maur. de fideiussor. par.* 2. *sect.* 8. *cap.* 3. *n.* 24. 25. *fol.* 411. *Hering. de fideiussor. cap.* 7 *n.* 341. *Catell. de donat. disc.* 1. *par. unic. num.* 171. *Pascal. de patr. potest. par.* 1. *cap.* 6. *n.* 39. *vers. ideo fatendum Fontanell de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 7. *par.* 3. *num.* 42. *Cenc. de censib. qu.* 15. *num.* 1. 3. *Merlin. de legit. lib* 3. *tit.* 2. *qu.* 27. *num.* 2. *Tartagl. de reservat. statut. art.* 28. *n* 30. *Ursill. ad Afflict. decis.* 308. *num.* 22. 23. *et per tot. Manfrell. ad Capyc. Latr. dec. observ.* 134. *num.* 30. ubi DD. ex ordine enumerat, separando Repetentes, Consulentes, Tractantes, Decidentes, *Zaul. ad Statut. Faventiæ lib.* 4. *rubr.* 69. *num.* 7. *& in addit. num.* 8. *Romaguerr. ad Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 57. *num.* 34. 36. *Muta ad consuetud. Panormitan. cap.* 31. *num.* 32. *& dec.* 94. *Mastrill. dec.* 186. *num.* 22. 24. *Grivell. dec.* 14. *num.* 6. *& seqq & n.* 51. 57. *Leo dec. Valent.* 94. *num.* 4. *tom.* 1. *Rota post Picum ad Statut. Urb. dec.* 59. *num.* 9. 10. *& dec.* 60. *ex n.* 3. *post Cenc. de censib. dec.* 20. *n.* 12. *cor. Cavaler. dec.* 442. *in fin. cor. Priolo dec.* 290. *num.* 8.

Atque in hanc ultimam Sententiam per nostros DD. Rotamque nostram utplurimum, & frequentioribus suffragiis itum est, quod unum nosse satis erat, cum quælibet Provincia abundet in sensu suo, ut apposite dictum fuit, in Montis Politiani 11 Fideicommissi inter DD. de Cocconis, & de Marellis 1711. & quod ita interpretata fuerint similia Statuta Regionis nostræ probatur auctoritate vulgati in hac materia, *cons. Soccin. sen.* 23. *per tot. lib.* 4. qui dicit ita secum sensisse alios insignes DD. Perusinos, Soccinoque plaudunt, & exteri supra relati loquendo de Florentino Statuto *Hering Carpan. Manfrell. Castrens. cons.* 465. *n.* 1. *vers. primo ex forma lib.* 1. qui agit de Statuto Senensi *Corn. cons.* 194. *n.* 1. *v. et dum Pisis legerem vol.* 1. *Gerispin. ad Stat. Florent. rubr.* 110. *vers. an autem & vers. quod si consensit.* Soccinique tanquam antesignani probavit opinionem sæpissime *Rota nostra* in terminis Statuti Pratensis in *Praten. Nullitatis Obligationis* 25. *Augusti* 1616. §. *ex autem lib. mot.* 96. *a* 101. in puncto Statuti Pisciensis in *Piscien. Spolii* 25. *Augusti* 1690. § *quo vero, et seqq. lib. mot.* 133. *a* 61. in terminis Statuti Florentini *lib. mot.* 83. *a* 570. 20. *Febr.* 1600. *in Causa Campini, e Braucaccini, & in d. Florent. Subrogat. Census, vel nullit. Oblig. filii familias inter Bamberinos, & Pasquales* 11. *Decembris* 1641. §. *siquidem lib. mot.* 115. *a* 1. *et apud Palm. Nep. alleg.* 344. *n.* 18. *et coram Urceol. dec.* 37. *num.* 39. 40. *et in Florentina Nullita-*

tis Obligationis 7. *Octobris* 1704. *in Causa Alamanni*, *e Coppoli* §. *sublata cor. Bellutio*.

Recentiores autem in ea videntur distinctione resedisse, quod aut agitur de filio familias pupillo, vel minore, & tunc sicuti
12 Lex ad eorum fragilitatem reparandam consensum Tutoris, & Curatoris exigit *tot. tit. ff. de auctorit. & consens. tutor. & curator.* ita & paternus consensus non nisi auctorizans requiratur, secus autem in maiore, qui utcumque in sacris paternis constitutus iam ad perfectam ætatem pervenerit, & in rebus suis prudenter se gerat, nam si a natura iam sibi constans est, & pleno animi iudicio donatus, nil remanet supplendum, & integran-
13 dum, cum cognitionis perfectio nequeat ex alterius consensu pendere, & per accidens extrinsecum existentiæ, vel non existentiæ patris, mutari intrinsece persona idonea, & habilis ad contrahendum, atque hoc fœdere conciliantur multæ ex iis quas supra collegimus auctoritates, prout distinguendo declararunt, *Episcop. Rocc. disput. cap.* 36. *ex num.* 11. signanter *num.* 18. *De Alex. ad De Marin. alleg. meliorat.* 107. *num.* 19. §. *hæc quæ diximus Torr. var. iur. quæst. tom.* 3. *par.* 2. *qu.* 51. *tit.* 12. *num.* 42. *& seqq. De Luca de alienat. disc.* 37. *num.* 27. *& de donat. disc.* 39. *num.* 2. *Zaul. in noviss. addit. ad Stat. Favent. lib.* 4. *ad rubr.* 69. *num.* 9. 10. *Bersan. de contract. cap.* 2. *qu.* 22. *num.* 1. *& plur. seqq. Constant. ad Stat. Urb. annot.* 45. *art.* 2. *num.* 79. *& seqq.* præcipue *num.* 89. *Rot. post eum dec.* 158. *num.* 4. *& seqq. Mass. in observ. ad dec. Flamin. Chartar. observ.* 46. *n.* 91. *fol.* 276. *tom.* 1. *par.* 1. *Rot. Iannen. post eum tom.* 2. *dec.* 40. *n* 5. *& ex num.* 13. *ad* 25. ubi late.

Verum isti sicco pede prætereunt casum animadversione dignissimum minoris ætatis per Statutum breviatæ optimo consilio, & pervigili solertia non omissum in Urbe nostra, ubi constituta celebri Reformatione anni 1477. non aliter volitum est firmas
14 in Patris commodum filiorum obligationes ipso assentiente, quam plene completis 25. annis, de qua noster practicus *Sabell. in prax.* §. *figliuoli num.* 8. *vers. e che essendo*, *& in summ.* § *filiatio num.* 60. *vers. quod si sint*.

Etenim utcumque familiari experimento compertam quotidie habeamus ingeniorum inæqualitatem, non quod animæ sint ex sua natura inæquales, sed ex varia organorum, & fantasiæ
15 potentia, ut explicat doctissimus *Gassend. tom.* 2. *Phisicæ lib.* 9. *cap.* 6. *de dotibus intellectus in Florentina editione fol.* 405. aliosque videamus citius pubescere, alios tardius, prout vere novo varie germinant semina idem *Gassend. d. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. §.
16 *ad pubertatem f.* 521. atque inter alia fertilia loca enumeretur Civitas

vitas nostra tot virorum illustri progenie altrix probata ingenio-
rum fecundissima, puerisque abundans, qui ob acumen ingenii
videntur quodammodo senes in sensu, & in loquela, tantæ sunt 17
discretionis, teste *Paulo de Castro*, qui diu apud nos moratus est
nostraque Statuta compilavit, & reformavit, quod testimonium
scripsit in *Leg. si frater patruelis num.* 2. *ff. qui testamenta fa-* 18
cere possunt Gratian. discept. 879. *num.* 14 *Simoncell. de decret. lib.*
3 *tit.* 8. *inspect.* 3. *num.* 24. *Iovius de solemnit in contract. minor.*
gloss. 9. §. 1. *num.* 74. *vers. Florentiæ, Rota nostr. in d Florentina*
Subrogationis Census, vel nullit. oblig. filii familias §. *siquidem*
vers. licet alias.

Attamen in re tanti ponderis quanti est obligatio filii pro
patre, cum sæpissime accidat, ut obligationes contrahantur, vel
causa metus, & reverentiæ paternæ, vel ratione iurgii domestici
forte domi flagrantis, vel ad assequenda bona, eisque abutendi,
prout longo advocationis munere edoctum esse fatetur in his no- 19
stris primis subsellis olim ius dicens, *Urceol. de transact. qu* 18.
n. 9. *vers. quia per longam usum* sequitur *De Alex. ad De Ma-*
rin alleg. meliorat. 107. *n.* 9. §. *hæc autem.*

Merito expostulata est perfectior ætas, & si in aliis negociis
peragendis legitima declarata fuit illa 18. annorum, iure hoc 20
contractum genus excipitur, ut ubi periculum magis intenditur
ubi plenius consultum foret *Leg.* 1. §. *sed et si quis ff de Carbo-*
ni edict. egregie *Rota in d. Florent. Subrogat. Census in d* §. *si-*
quidem „ ibi „ Verum in re tanti ponderis, in qua faciliter ad
= patris persuasionem, vel ob metum reverentialem potuisset in-
= duci filius ad se obligandum ad favorem patris, non ita sicut
= in cœteris negociis confidit Lex, seu Statutum in acumine
= eorum ingenii, & ita in illa minori ætate 25. annorum, ne-
= que in patre ipso, licet alias pro filio sæpe consilium capiat
= sed perfectiorem ætatem exposcit, qua videtur satis consultum
= indemnitati filiorum „ *&* *in citata Florent. Nullit. Obligat.* §.
præterea cor. Bellutio „ ibi „ Ideoque in periculo tam gravi non
= ita sicut in cœteris negociis illarum dispositio confidit in æta-
= te minori alibi demandata, neque confidit in patre ipso, licet
= alias pro filio consilium capiat, sed perfectiorem ætatem nimi-
= rum 25. annorum completorum expostulavit, & contractus tali
= ætate non transacta favore patris initos irritavit „

Quod etiam Statuentes nostri disertissime declararunt successi-
ve in Statuto Mercantiæ *Lib.* 2. *Rubr.* 11. *delle obbligazioni del*
figlio di famiglia, e in che modo &c. §. *Ma essendo*, cui deter- 21
minationi ea proœmialis ratio præmittitur = Sovvenendo ancora
= da quelli, che per reverenza, timore, e imbecillità del tempo

„ si fussino lasciati, o si lasciano trascorrere in qualche obliga-
„ zione a loro perniciosa „ quod Statutum exornat plene *Rota*
in Causa Mazzoli, e Mariotti 4. *Aprilis* 1601. *l. m.* 48. *a* 73.
Et sane si in iurisprudentia iuvat etiam antiquitatis meminisse
22 iuxta Iustiniani documentum *in princ. tit. instit. de testam. ordi-*
nand. videmus Lege Ælia Sentia cautum minores 20. annis non
potuisse servos manumittere, nisi causa cognita in Consilio Præto-
ris, vel Proconsulis, non alia ratione, quam quia in ætate de-
23 bili, & infirma facillimum erat servorum blandimentis capi, &
ætas multis captionibus, & insidiis supposita exigebat, ut Magi-
stratus auctoritate fulciretur *DD. in § eadem instit tit. quibus*
ex caus. manumit. non licet Cuiac. in recit. solemn. digest. Salvii
Iulii novissima impress. Neapol. tom. 6. *lib.* 42. *ad Leg.* 54. *de ma-*
numiss. vindict. §. ult. fol. 295.
Ex quo secundo Legis Æliæ Sentiæ capite arguentes quid-
quid sit de eius in testamentis correctione, non in actibus in-
ter vivos, de qua *Misynger. Gaspar. Manz. ad tit. institut. lib.*
1. *tit.* 6. *§.* 7. *num.* 7. hoc certum, quod si in liberali causa ita
decretum legimus, potiori iure imitanda erat antiquitas ubi de
vinculo, & obligatione agebatur cum in imperfecta ætate non
minus possit fortasse timor, quam amor, addito ulterius quod per-
sæpe facies ipsa contractuum ostendit damnum, læsionem, & præ-
iudicium filii, uti hæc ipsa controversia nobis demonstravit, &
quoties timorem reverentialem læsio ænormis concomitatur hoc
unum sufficit ad irritandam obligationem absque particularis Le-
gis auxilio *Mans. cons.* 35. *num.* 19. 20. *Staiban. resol.* 70. *num.*
24 23. *tom.* 1. *Campell. ad constitut. Ducat. Urbin. decret.* 89. *num.*
246. *et seqq. Torr. de pact. futur. success. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 79.
Urceol. de transact. qu. 96. *num* 28. 29. *Muta dec.* 94. *num.* 25.
Rot cor. Falconer. tit. de fideiuss. dec. 1. *num.* 13. *et inter Miscell.*
dec 89. *n.* 22. *Rot. nostr. in d. Florent. Nullit. Obligat.* 7. *Octobr.*
1704 *§ præterea vers. prout etiam concurrente cor. Bellutio.*
Patria namque potestas si iuxta naturalem simplicitatem,
& ius gentium consideretur præscindendo ab iis effectibus qui-
bus spectatis propria dicitur solius Populi Romani *§.* 2. *institut.*
de patr. potest. Leg. 3. *ff. de his qui sui* primo modo considerata
habet quosdam quasi gradus iuxta necessitatem educationis, ut
scilicet summa sit tempore, quo liberi sunt imperfecti iudicii,
& status, attenuetur ubi sint perfecti iudicii, sed imperfecti sta-
25 tus eoque magis ubi iam perfecti iudicii, & status evaserint, quæ-
madmodum egregie explicat clarissimus *Everardus Otto in notis ad*
Puffendorf de off. homin. & civis lib. 2. *cap.* 3. *ad §. sextum fol.*
mihi 321. *impress. Traiecti ad Rhenum anni* 1728.

AR-

ARTICULUS SECUNDUS.

Examinatur Statutum Pisciæ, ostenditur auctoritativum consensum requirere, vel saltem nullatenus recursum ad iura dominantis excludere.

His præeuntibus examinando Statutum Piscien. Rubr. 33. inchoat hoc, & orditur dispositionem suam „ Possit maior 18. 26
= annis Paterfamilias tanquam maior 25. annis se, & omnia bo= na sua efficaciter obligare, contrahere, &c. si autem Filiusfa= milias sit prædicta facere non possit sine consensu ascendentis, = in cuius potestate sit, alias non intelligatur ullo modo obliga= tus = quemadmodum autem in sui principio evidentissimum est de habilitatione loqui, ita & in adversativa *si autem* intelligi debet retento eodem themate loqutum, & sicuti sub certis qualitatibus posse concedens, & contrahere permittens habilitavit = possit maior 18. annis Paterfamilias = ita & contestualiter qualitate deficiente idem posse negans = si autem Filiusfamilias sit, = prædicta facere non possit = de eadem facultate, & potentia sensisse dicendum est, iidem enim actus, contractus, & obligationes primo permittuntur postea immediate negantur, & ea est contrariorum, & diversorum impar conditio, ut contraria pugnent ex eadem causa, & fonte, diversa vero distinctam rationem habeant explicat *Cuiac. observat. lib.* 18. *cap.* 25. *in fin. & ad lib.* 27
52. *ff. Salvii Iuliani ad Leg.* 6. §. *duo rei* & optime *ad lib.* 4. *respons. Papinian. ad Leg.* 53. „ ibi „ Contrariorum unam, eandemque causam esse non quidem prorsus eandem, sed eandem = si in contrarium agatur = sicuti in eadem connexa oratione possit, non possit contradictoria cognoscimus, & quod dictio *si autem* tanquam adversativa repetat omnes qualitates præcedentes 28
Barbos de diction. dict. 370. *n.* 2. *& cor.* *Molines dec.* 879. *n.* 8. *dec.* 916. *num.* 3. *tom.* 3. *par.* 2.

Nec satisfecit responsio, quod habilitationis fundamentum positum sit in ætate, & distinctio inter Patremfamilias, & Filiumfamilias adiecta fuerit ad distinguendum quando in ætate 18. annorum liberum foret absolute contrahere, quando vero libertas modificabatur conditione paterni assensus.

Quippe illud litterale erat statuentes in habilitatione duplicem, non unam qualitatem requisivisse = possit maior 18. annis = Paterfamilias = & ubi plures qualitates requiruntur non sufficit alterutram verificari, maxime quando utcumque disparatæ naturæ, unam tamen substantiam, & unum subiectum respiciunt 29
iuxta animadversionem *Bartol. in Leg. si qui ducendas* §. *utrum*

ff. de

ff de reb. dub. nec agebatur in casu nostro de materia favora-
30 bili, ut quæ coniuncta sunt seiunctim accipienda essent *L. sæpe compertum* 53. *ff. de reg. iur. & ibi DD.* sed de recedendo a re-
31 gulis iuris communis, quæ maiorem ætatem in 25. annis definivere, *Leg.* 1. *& tot. tit. ff. de min.* 25. *annorum*, & valde rationabile, & congruum erat, quod Statuentes maiores 18. annis Patresfamilias absolute habilitaverint non Filiosfamilias, licet in pari ætate constitutos, etenim in illis frænum patriæ potestatis, & privatio maiorem vim, & affectionem producit, & eo clarior fiebat differentia in hypothesi casus, quod filius 18. annorum contrahere deberet favore patris consentientis, in qua figuratione, & factispecie habilitatio est plena periculi, & timoris, ut supra diximus in primo Articulo, & constitutionem nostræ simillimam in Cathalonia servari, qua minores 25. annis per Patrem integrandos, in maioribus autem diversa res sit exor-
32 nat late, & ad partes *Cancer. var. resol. par.* 2. *cap.* 1. *per tot. de minorib.* 25. *annis* signanter *num.* 4 *vers. de quibus filiis*, sequitur *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 7. *par.* 3. *num.* 47. *& seqq.*

Progreditur ulterius Statutum irritando, & annullando contractus sine patris consensu per filios initos, nec solo patri consulit, sed verba dirigendo ad ipsum filium decernit = alias non = intelligatur ullo modo obligatus, nec conveniri, molestari, = carcerari, vel inquietari nullo modo possit „ & quoties Statutum non stat in puris terminis consensus, at successive irritat
33 actum, tunc clarum esse consensum pro solemnitate requiri, & solemnitatem pro integratione voluerunt, *Soccin. sen. cons.* 23. *n.* 22. *vol.* 4. *Cancer. var. par.* 2. *cap.* 1. *n.* 33. *in fin.* cum aliis *apud Urceol. dec.* 37. *n.* 40. & super hoc ipso Statuto *in Piscien. Spolii* 25. *Aug.* 1690. § *formam autem & seqq. l. m.* 133. *a* 6.

Et licet per solertissimum Defensorem DD. De Floris opponeretur nullitatem hanc esse argumentum æquivocum utpote quæ æque profluere possit a præiudicio, & interesse Patris, cuius consensus pro forma actus requiratur.

Tamen ultraquamquod Rota nostra pluries censuit ad integrationem filii formam hanc referendam, & Statuentes in huiusmodi irritatione respexerunt ad filium, non ad patrem, observabatur quod ubi filius nihil actu habeat, & in potentia solam spem incertorum de incertis, si potissima causa diiudicanda foret paternum interesse referretur tam ampla, & effrenata annullatio = non intelligatur ullo modo obligatus = ad merum possibile remotissimum egregie *De Alex. ad De Marin. allegat. meliorat.* 107. *num.* 13. 14. 15. quando proximum adest funda-

men-

mentum fragilitatis, & imbecillitatis, & necessariæ integrationi Filiorumfamilias, ob quam contractus sine debitis solemnitatibus initi remanent omnis vinculi expertes, sunt nihil, & omni civili, & naturali, quoque obligatione vacui, & inanes = nullo 33
= modo obligatus „ prout per hæc verba concludit *Rot nostr. in Florent. Nullit. Obligat.* 7. *Octobris* 1704. *in Causa Coppoli, e Alamanni* §. *sublata quoque cor b. m. Bellutio.*

Additur quod Statutum filio vetat renunciare beneficio per 34
ipsum introducto, ex quo alias argumentata est *Rot nostra in d. Piscien.* §. *quia quando vers. alias enim* quod unice non respexerint ad interesse patris cuius respectus prohibitio esset inutilis, & otiosa, quia renunciatio voluntarie, a filio emissa nequeat patri in usufructu, & in aliis iuribus illis competentibus 35
præiudicare, qua illatione usi sunt, in terminis *Gabriell. cons* 167. *num.* 4. *lib.* 1. *De Marin. var. resol. lib.* 1. *cap.* 145. *n.* 37.

Quin circumstantiæ vis declinari posset tamquam expressio eius, quod tacite inerat, nedum quoad ipsum patrem, quoad quem etiam non expressa tacite subintellecta fuisset cum bene- 36
ficio in alterius gratiam introducto quis potestatem renunciandi non habeat, sed etiam quoad ipsum filium superflua evaderet, cum inhabilis ad contrahendum non valeat se habilitare per renunciationem Legi inhabilitanti.

Nam ea in hoc visa est Statuentium intentio, quod cum satis obvium sit, ut quilibet Legi, & iuri pro se introducto va- 37
leat renunciare *Leg. si quis in conscribendo Cod. de Episcop & Cleric. Leg. si Iudex ff. de minorib.* hanc in littera expressionem cuiuslibet hæsitationis removendæ gratia provide addidere, illud in spiritu, & in ratione connotantes quod sicuti exploratum est, 38
ius publicum privatorum pactis lædi non posse, *Leg. ius publicum ff. de pact. Leg quidam decedens ff. de administr. tutor.* ita conventio eliminanda foret, quæ sanctionem vulneraret in publica filiorum utilitate positam ne decipiantur, depauperarentur & male versentur in rebus suis, uti expendendo præfatam Ca- 39
thaloniæ constitutionem nostræ valde conformem præcise scripsit *Cancer. variar. resol. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 108. *& seqq. in quæst.* 11. *per tot.*

Descendit tandem Statutum ad limitationes, quas binas apponit, & in filiosfamilias 18. annorum qui mercaturæ incumbat, & quoad iudiciales actus; quas partes illustrat, & glossa est 40
punctualis, *Rotæ nostræ in dicta Piscien. Spolii* 25. *Augusti* 1690. *l. m.* 133. *a* 61. § *procedit, &* §. *seqq.*

Sed quoad primam non omisimus animadvertere in augumentum, quod Statutum per viam exceptionis procedit excipiendo casum,

casum, quod filius mercaturæ incumbat „ nisi publice aliquam = artem exerceat „ quæ exceptio supponit regulam in contrarium, & quamvis opponeretur Statutum de solo tacito consensu fore contentum „ Patre &c. sciente, & patiente &c. „ casus hic mercaturæ tanquam specialis, exceptione dignus, trahendus ad consequentiam non erat; Mercatores enim præsumuntur diligentes, sagaces, nec fraudibus obnoxii, & ipsa non patitur mo-
41 ram ruens occasio præceps ipsius negocii, & ipsum publico iudicio admissum mercimonium loco solemnitatum est iuxta quamplures relatos per *Zaul. ad Statut. Favent. lib.* 3. *rubr.* 17. *num.* 69. *Constant. ad Stat. Urb. annot.* 44. *art.* 6. *num.* 648. *& seqq. & annot.* 45 *art.* 2. *num.* 153. *Ansald. de commerc. disc. gener. num.* 88. *& seqq. Casareg. de commerc. tom.* 3. *disc.* 181. *num.* 1. 2. 3. *Modern. Mas. ad dec. Flamin. Charthar. observ.* 46. *n.* 112. *Rota Ianuen. apud eumd. dec.* 15. *num.* 8. *& seqq. dec.* 28. *num.* 31. *tom.* 2. *par.* 3.

Quoad alteram patet, quod dando filiisfamilias posse omnes iudiciarios actus libere exercere „ licitum tamen sit etiam filiosfa- = milias sive per se, sive per Procuratorem comparere in iudi- = cio si maior sit 18. annis, & omnes actus iudiciarios facere, = & exercere tanquam homo sui iuris, nec ei opponi ullo mo- = do possit, quod filiusfamilias sit „ toti fuerint statuentes in filiorum habilitatione plene impertienda, ex quo quedam inter iudiciales, & extraiudiciales actus resultat discretiva, & si primaria intentio fuisset patris interesse non divertissent a fine, & cautum voluissent ne filius in iudicio interesse patris fatendo læderet, aut alio modo frustraret, quæmadmodum super sua constitutione
42 Cathaloniæ observat *Cancer. var. resol. par.* 2. *cap.* 1. *n.* 88. *& seqq.* sic in Regno Neapolitano, ubi talis Pragmatica viget non licet filio stare in iudicio sine expresso patris consensu, *Altimar. de nullit. lib.* 2. *rubr.* 11. *qu* 7. *num.* 62.

Hic visus est genuinus Statuti sensus, at cum de tempore initæ obligationis D. Eques Aloysius de Ursis 25. annum non excessisset, & proinde res esset intra limites reformationis anni 1477. in hoc statu omnem exemit scrupulum celebris apud nos constitutio incipiens: *Urbem nostram in Stat. Florent. lib.* 5. *rubr.* 1. *de Legibus* qua decretum fuit loca omnia subiecta, & quæ in futurum subiicerentur in iis, in quibus propriis non militarent Legibus regerentur, & gubernarentur Legibus Urbis Florentinæ dominatricis, sicuti membra a proprio capite diriguntur, de qua
43 constitutione scribens in causa huius incliti dominii agit, *Ansald. in addit. ad suam dec.* 67. *num.* 33. *& seqq.* aliique fuse recollecti per *De Comitib. dec. Florent.* 60. *num.* 58. & ultra ibi relatos

exi-

eximius Doctor *Mart. de iurisdict. par.* 4. *cap.* 193. *num.* 3. *&* *vot. Pisan.* 39. *num.* 14. & novissime actum est *in Phocen. Retractus* 1. *Settembris* 1733. §. *ratio sic decidendi coram Dom. Advocato Neroni Sen.*

Nec novum, quod ita sancitum, quin nec localis sanctio meretur hæc reputari, cum iure quoque communi receptum sit ut ubi deficiunt Statuta particularia, per illud loci superioris suppleantur, & in praxi notissimum est, ac usitatissimus ordo ille, ut non prospiciente Statuto loci ad illud Civitatis dominantis recurratur, quod, & si istud quoque deficiat, succedat Ius Commune Romanorum, quasi procedatur a particulari Lege ad generalem, & a generali ad generaliorem, & veluti ab individuo ad speciem, & a specie ad genus, quem ordinem pariter designasse videtur, *Text. in Leg. de quibus* 31. *ff. de Legib.* „ de quibus 44
„ causis scriptis Legibus non utimur id custodiri oportet, quod
„ moribus, & consuetudinem introductam est, & si qua in re
„ hoc defecerit, tunc quod proximum, & consequens ei est,
„ si nec in quidem appareat, tunc Ius, quod Urbs Romana uti-
„ tur servari oportet „ & hanc dictæ nostræ Legis *Urbem* cum Iure Communi convenientiam bene notat *Rot. nostra l. m.* 90. *a* 135. *coram Curino*, & recentissime *in d. Phocen. Retractus* §. *ad quod etiam*, & de dicto ordine Iuris Comunis est vulgata DD. Sententia *in Leg. omnes populi ff. de iustit. & iur.* & notant passim Statutorum Glossatores *Carpan. ad Stat. Mediolan. in prælud. num.* 522. *& seqq. Piga*[illegible]*t. ad Statut. Ferrar. lib.* 1. *rubr.* 2. *n.* 27. *Conciol. ad Statut. Eugub. in prælud. n.* 139. *Zaul. ad Statut. Favent. lib.* 2. *rubr* 14. *num.* 3 *Campell. ad constit. Ducat. Urbin. in præfat. n.* 418. *& seqq. Rot. cor. Crisp. dec.* 203. *n.* 8. 9. 10.

Sic quemadmodum in Urbe Romana Romanorum Leges Ius Commune constituerunt, ita & Statutum Civitatis imperantis in subiecta Dictione, seu Provincia loco Iuris Communis habetur 45
argumento *Text. in* § *sed ius quidem civile instit. tit. de iur. natural. gent. & civil.*, & maxime decet reliquas Urbes earum caput imitare, ubi ait *Imperator in* §. *quam formam instit. de satisdat.* „ necesse sit omnes Provincias caput omnium nostra-
„ rum Civitatum, idest hanc Regiam Urbem, eiusque obser-
„ vantiam sequi „ *Campell. ad constit. Ducat. Urbin. in præfat. n.* 413. *& seqq. Rot. apud Paulut. dissert.* 40. § *unic. num.* 15. cum aliis plene adductis in *d. Phocen. Retractus* §. *ad quod vers. communis enim schola*, maxime attenta *citata Lege Urbem nostram* quæ necessitatem quamdam, & inseparabilem relationem inducit ex animadversis per *Rot. coram Crispo d. dec.* 203. *num.* 11.

Quare ad evitandum recursum nil profuit obiicere, quod

præ-

præsens casus saltem coniecturis, & interpretationibus ex solo Statuto Piscienti erui posset.

Nam ex hoc ipso supposito, quod Statutum Pisciæ in articulo tam gravi, atque tam controverso dubium esset, & anceps, occasionem daret hæsitandi, seu potius evidentissimam causam ex hoc prorsus anteponenda erat Lex Civitatis dominantis anni 1477. quæ perspicue, & apertissime loquitur, & absolute disponit, nedum quia si recursus est certus in totali defectu, facilius admitti debet interpretatio Statuti iam facti, quam inductio eius, quod factum non est, verum etiam quia nil magis in iure nostro notum, quam quod dubia statuta a iure communi intelle-
46 ctum recipiant *cap. cum dilecti de consuetudine cap. ad audientiam de cleric. non resident. L. 2. Cod. de noxal act. Leg fin. §. in computatione, Cod. de iur. delib.* & Ius Civitatis dominantis in Provincia, quasi Ius commune subalternum esse iam diximus, & facit vulgaris regula, quod non tantum Lex a Principe promanata, sed simplex Doctor melius distinguens Legi, vel Doctori præferatur non distinguenti, egregie *Mascard. de general.*
47 *Statut. interpret. conclus. 2. num. 85. & seqq.* = amplia conclusionem, ut Statuta nedum recipiant interpretationem a iure = communi, sed etiam a Statutis Civitatis dominantis, quia si = Statutis in aliquo casu in loco subdito deficientibus recurri- = tur ad Statuta Civitatis dominantis, multo magis Statuta du- = bia locorum subditorum interpraetabuntur secundum Statuta Ci- = vitatis dominantis loquentia in eadem materia cum facilius = admitti debeat interpretatio Statuti iam facti, quam inductio = eius quod factum non est „ *Cresp. de Valdaur. observ. 25. n. 44. Conciol. ad Statut. Eugub. in prælud num. 19. Card. De Luc. de dot. disc. 105. num. 12.* ubi quod est receptissima propositio, *& de statutar. success. §. 2. num. 3. Campell. ad constit. Ducat. Urbin. in præfat. num. 424. & seqq.* abunde *Rota apud Paulut. dissert. 40. §. unic. ex num. 12. ad 19.* & quod non sufficiat Statutum loci subditi generice de materia loqui reprobato *Morotio* eiusque asseclis ex magis recepta Tribunalium opinione locupletissimus, & certissimus Testis est, *D. Audit. De Comitib. decis. Florent. 60. num 55. & seqq.*

Illudque in hoc firmum fuit, & inconcussum, quod pro recursus satis erat, ut Statutum loci inferioris diversimode non disponeret, nec inter eum, & aliud Civitatis superioris adesset incompatibilitas, & repugnantia, & sic succedere posset Ius Provinciæ ad instar Iuris Prætorii, quod gratia adiuvandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris civilis introductum est, *Leg. 7. ff.*
48 *de iustit. & iur. Cuiac. lib. 2. definit. Papiniani impress. Neapolit. tom.*

tom. 4. *fol.* 1449. Ius Civitatis dominantis in eo differt, quod non mutet Statuta loci subditi, & quod quisque populus sibi constituit approbante Principe, qui fons est totius iurisdictionis *Campell. ad constit. Ducat. Urbin. in præfat. num.* 421. in eo convenit quod Statuta inferiora adiuvet imperfecta, suppleat deficientibus, & omissis, sicuti optime explicant *Dom. Aud. De Comitib. d. dec. Flor.* 60. *num.* 61. 62. *Ansald. in dict. dec. unic. n.* 18. 19. *post dissert.* 40. *Paulut. Rot. in Ostien. seu Corana Manutentionis super creditis, quoad lucrum dotale* 13. *Ian.* 1727. §. *recursum istum cor. Nunez* & in hac nostra præcisa hypothesi afferebatur iudicatum *D. Aud. Vieri in Massen. pratensi Retractus* 10. *Iulii* 1708. *in Causa Lippi, e Carozzi lib. mot.* 121. *a* 561. § „ nullitas autem contractus resultat ex reformatione 24. = Martii 1477. declaratoria Statuti sub Rubr. 110. de obligatio- = ne filiorum familias, quæ utpote huius Civitatis dominantis = attendi, & observari debet in Terra Massæ, prout semper ita = practicatur quoties in loco subdito, vel nullum adest Statu- = tum de materia disponens, vel illud quod adest indigeat ex- = plicatione, vel suppletione „ & iterum § *nec est novum*. 49

Similiter a recursu nos non dimovit altera obiectio ducta ex Statuto Pisciensi *lib.* 1. *Rubr.* 60. disponente eatenus servandas Florentinas Leges, quatenus de hominibus, & personis Piscien- 50 sibus specificam, & expressam haberent mentionem, alias recurreretur ad Ius commune Romanorum.

Siquidem cum citata Lex *Urbem nostram* iubens Terras, Oppida, & Loca omnia subdita in non provisis Legem prius recipere debere a Civitate dominante, & eius constitutionibus obstringi, edita fuerit de anno 1415. eodem tempore, quo & Statutum nostrum, in quo inserta est, iuxta testimonium *Castrensis* unius ex Statuti Compilatoribus in *Leg. unic. num.* 4. *versic. & ita recordor Cod. de inoffic. dot. Urceol. decis.* 37. §. *anno*, & narrat *Scipio Ammirat. Histor. Florent. lib.* 18. *a* 976. *litt. C.* Sta- 51 tuta vero Pisciensia compilata fuerint successive de anno 1572. nullatenus in illis potuerunt decerni, & apponi, quæ Legi *Urbem nostram* adversarentur, & in diminutionem tenderent præheminentiæ iurisdictionis Dominii Florentini, maxime cum in approbationem Statutorum localium inferiorum semper consueverit, & de stylo fuerit clausula, quod si quid continerent contra Leges, & Statuta Civitatis Florentiæ cassa intelligerentur, nec aliter approbata fuerunt de anno 1573. Statuta Pisciæ, quam = cum limitationibus solitis, & consuetis = & hanc nostram consuetudinem diluendo, obiectum notant præcise *Gerispin. cons.* 70. *num.* 21. *vers. quinimo Ansald. in addit. ad dict. dec.* 67. *n.* 35.

36. 37. 39. plene in *d. Phocen. Retractus* §. *quæ quidem secundo* §. *secundo ponderari meretur & seqq.* qua etiam clausula Rhodiorum Leges de re maritima a Romanis adoptatas Imperator
52 Antoninus mandavit observari *Leg. 9. ff. ad Leg. Rhod. de iactu* = *in quibus nulla nostrarum ei Lex adversetur* = & de his sanctionibus aliarum Urbium, quæ sunt quasi integrantia maioris Imperii membra, ut non valeant si Iuri communi illius Impe-
53 rii, cui subsunt adversentur *Huber. de iur. Civit. lib 3. sect. 1. cap. 2. num. 15. & seqq.* & præscindendo a dicta expressa conditionali approbatione eam de iure esse, & quasi tacitam probant *Ansald. D Eques Neron. in d. Phocen. locis supra adductis* ubi
54 plures quibus addimus *Rot. post Iov. de solemnit. in contract. minor. tom 2. dec. 55. num.* 18.

Sed immorantes in hoc obiecto nimis anxii videremur, & meticulosi quasi nodum in scyrpo quærentes, cum examinata opposita *Rubr.* 60. Statuti Piscien. iam bis pro recursu magistraliter decisum habeamus, vel ob defectum potestatis, vel quia constitutio *Urbem nostram* ob sui efficaciam, & prægnantiam perinde
55 habenda sit, ac si cuncta dominii loca descripserit ita resolutum per *Rotam nostram lib. mot.* 49. *a* 620. §. *nec prædictis, & in Piscien. successionis* 14. *Febr.* 1715. §. *quæ omnia cor. Bonfinio Sen.* & per bina iudicata consuetudinem induci ita in posterum pronunciandi dicemus in seq. ultimo Articulo &c.

ARTICULUS TERTIUS.

Agitur de observantia, & in conflictu seliguntur actus, qui pleniorem habent Legis assistentiam, & qui rerum indicatarum solemni testimonio firmius roborantur.

Ingredimur ultimam partem super observantia, quæ alia iudicialis, alia extraiudicialis afferebatur utraque maximi momenti, quoniam, ut habemus in *Leg. nam Imperator* 38. *ff. de Le-*
56 *gibus* = Imperator Severus rescripsit in ambiguitatibus quæ ex Le- = gibus proficiscuntur consuetudinem, aut rerum perpetuo si- = militer iudicatarum auctoritatem vim Legis obtinere debere = consonat *Text. in Leg. ingenuum* 25. *ff. de Stat. homin. & Cicer in Topyc.* ait = res iudicata partem Iuris Civilis facit, non = secus ac Leges, & Senatus Consulta „

Primumque de iudiciali cognitum est, utpote quæ fortior, & efficacior, ad firmata per *Rot. cor. Falconer. sub tit. de solut.*
57 *dec* 23. *num.* 18. *vers. maxime* plenius in *Lucana Fideicom.* 14. *Decembris* 1708. § *quo vero cor. Kaunitz confirmata* 1. *Iun.* 1709. §. *tempore cor. Scotto.* Ergo

Ergo quoad iudicialem attinet, quod Pater ad terminos Statuti Pisciensis nequeat in propriam utilitatem obligationi filio- 58
rum consentire, ita concordibus suffragiis pronunciatum fuit de anno 1690. per Rotam nostram in Causa Piccini, e Creditori, videntibus Paciono, Cavalcanti, & De Marinis, compilataque Decisione plenissima, quæ habetur *lib. mot.* 133. *a* 61. § *quo vero ad fin.* scribente, & obtinente *Mans. cons.* 665 *n.* 2. *& per tot.* & ubi agitur de interpretatione, & declaratione sufficit, quod ita semel practicatum fuerit, & eo magis si in contradictorio
iudicio canonizatum, prout in terminis unius iudicati firmarunt 59
Mans. cons. 81. *n.* 87. *Episc. Rocc. select. disput cap.* 170. *n.* 25. 26. *Palm. Nep. alleg.* 187. *n.* 16. *Rot. Lucen. apud Mass ad dec. Chartar. dec.* 2. *n.* 32. *tom.* 2. *Rot. Senen cor. De Comitib decis.* 3. *num.* 60. *& seqq. Rot. nostra in Calcesana Retractus* 26 *Ian.* 1718. *num.* 27. 28. *cor. Calderoni Rot. Rom. cor. Falconer. sub tit. de solut. dec.* 23. *num.* 14. *& inter Miscell. dec.* 38. *num.* 9. *& cor. Molines dec.* 813. *num.* 20

Neque ullo modo tanquam solitarium aliquod, aut rarum hoc cavillari potest exemplum, cum bis etiam pleno Legis prohibentis effectu compertum fuerit nullas omnino, & irritas pronunciatas fuisse obligationes filiorum familias Pisciensium minorum 25. annorum factas pro Patre, sic de anno 1664. 20. Maii per CC. LL. in Causa del Monte, e Gio. di Sicurano, in qua filius minor 25. annis se dixerat apud Curiam Depositarium pignoris pro debito Patris, quas pignorum confessiones in fideiussiones resolvi notat *Sabell. in praxi* §. *depositarii n.* 5. *vers. anzichè* 60
quelli, & iterum in pari casu responsum est de anno 1730. 7. Aprilis in Causa Gorini, & Forti scribentibus Advocatis, expensoque præcise articulo an sufficeret ætas decem & octo annorum, in quibus causis cum processum fuerit criminaliter, & per viam querelæ ob Legum inobservantiam, cum qualibet causa ex- 61
cuset a pœna facilius absolvendus erat Reus, sicuti individualiter in materia observat *Urceol. dec.* 37. *num.* 35. 36. 37. qui tamen fuit condemnatus cum obligatione reficiendi damna, & expensas, & per binas res iudicatas iam non simplicem interpretationem, ut modo advertebamus, sed consuetudinem induci, & stylum ita necessarie sententiandi pluries dictum fuit in 62
nostris Tribunalibus, *Rot. nostra apud Urceol. dec.* 46. *n.* 18. *dec.* 48. *num.* 7. *apud Mans. cons.* 395. *n.* 45. 47. *post Torr. de primogenit. dec.* 57. *num.* 69. *tom.* 3. *apud Palm. Nep. dec.* 437. *n.* 42. *& in dict. Phocen. Retractus* §. *ex quibus sententiis, & in Florent. Exhibitionis Librorum super iuramento in litem* 17. *Febr.* 1719. *n.* 50. *cor. Bellutio*

In quarum Sententiarum conspectu deferre non erat aliis resolutionibus, quæ in contrarium cumulabantur tamquam minus habentes, & unius farinæ, ut scilicet in illis articulus non fuerit examinatus, & ob id merito Rota de anno 1690. quo solemniter de hoc actum est, ut diximus de his precedentibus Sententiis non curavit, quæ autem posterior deducebatur de die 19. Ianuarii 1701. in Causa Nucci, e Campioni constitit ex actorum integra rimatione in contumaciam pronunciatum, ultraquamquod supponitur filius etiam hæres Patris principalis debitoris, unde diversitas potius erat litteræ, quam decisionis, cum
63 quod disceptatum, & deductum non est non possit haberi pro deciso. *Samminiat. contr* 188. *num.* 43. *Paulut. dissert.* 45. *num.* 112. *dec. Siciliæ apud De Luc. de feud. n.* 61.

Et si adhuc reputari valeret iudicantium conflictus, & dissidium, mens potius subiicienda erat iis, qui rem enuclearunt, cum in iudiciis non satis sit ita volitum, sed iure volitum, nec ad voluntatem, sed ad intellectum, & argumentorum vim respicere teneamur; proindeque decisiones quæstionem non dispungentes nullatenus prodesse ad eliciendam Statuti observantiam
64 dixerunt scribens apud *Mans. cons.* 230 *in fin. Torr. variar. iur. quæst. tom.* 1. *tit.* 2. *qu.* 12. *num.* 27. *fol.* 266. *&* *tom.* 2. *quæst.* 6. *tit.* 9. *num.* 45. *fol.* 298. egregie *Carleval. de iudic. lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 29. *num.* 11. *Rota Lucen. apud Mass. ad Chartar. tom.* 1. *par.* 2. *dec.* 3. *num.* 70. *& seqq. &* §. 1. *num.* 182. & ex aliis Rotæ nostræ decisionibus probat huiusmodi resolutiones non attendendas *D. Aud. Venturini in Florentina Pecuniaria super pœnis contumaciæ* 9. *Septembr.* 1719. *num.* 145. §. 3.

Resistente observantia iudiciali convolabant Defensores Dom. de Floris ad extraiudicialem, longoque contractuum apparatu ostendere satagebant Notarios Piscienses consuevisse obligationes Filiorum familias recipere ad favorem Patris non alia interveniente solemnitate, quam nudo eiusdem Patris consensu, inferentes, quod post generalem hunc usum ea sumenda non foret nova Statuti interpretatio, per quam Civitas litibus repleretur fieretque tot instrumentorum strages, quæ summa bona fide
65 a tot, & diversis personis stipulata fuerant allegando *Constant. ad Statut. Urb. annot.* 44. *num.* 475. *De Comitibus dec. Senen.* 23. *num.* 21. & firmat etiam *Rot. cor. Molines dec.* 736. *n.* 31.

Hoc autem argumentum in se, & in abstracto gravissimum quidem tamquam fraternizans cum celebri æquitate, & humanitate, *Text. in Leg. Barbarius Philippus ff. de Offic. Prætor.* ut
66 scilicet communis Populi error Leges faciat iuxta etiam illud sapientis apud *Bald. cons.* 496. *num.* 2. *vol.* 4. = Iudicium Populi

= uni-

= universi ne despexeris = ex tribus in concreto, & in hypotesi præsentis casus apud nos concidit, quia scilicet nec perfecte probatus in facto, nec communis, nec iuxtus error apparuit.

Non perfecte probatus, quia oportuisset docere, filios familias in respectivis Instrumentis exhibitis minores fuisse 25 annis, prout erat D. Eques de Ursis, dum in hac circumstantia omne momentum erat, ex ea dirimentibus Legislatoribus nostris quæstionem, tam arduam sæpe repetita reformatione anni 1477. & sine hac iustificatione una cum claro interesse Patris observantia præcise non concludebat, prout respondendo simili instrumentorum serie, quæ in suo casu allegabatur pro intelligentia 67
Statuti dixit *Rot.* in quadam *Terracinen. Census post Iov. de solemnitat. in contract. minor. tom. 2. dec.* 55. *num.* 14 *confirmat. cor. Molin. dec.* 46. *num.* 22. §. *secundo neque vers. rursus propositis aliis*, *& iterum dec.* 82. *num.* 3. §. *Prout vers. nec non alias & in Ostien. seu Corana manutentions super Creditis quoad lucrum dotale* 13. *Ian.* 1727. §. *spectatis siquidem cor. Nunez.*

Non communis, & qualis ad constituendam observantiam requirebatur nam e contrario ex variorum instrumentorum extractione probatum est filios familias non aliter in favorem Pa- 68
tris contraxisse, quam previa emancipatione, per quam nil magis est notum, quam filium effici sui iuris §. *præterea instit. quib. mod. ius patr. potest. tollat.* & sic evincebatur oppositus sensus, & actorum difformitas, & inconstantia, per quam obser- 69
vantia amittit vim suam, quemadmodum in puncto prosequitur *Rot. post Iov. de solemnit. in contract. minor. tom.* 2. *d. dec.* 55. *num.* 15. *cor. Molin. d. dec.* 46 *num.* 22. §. *secundo neque vers. bis itaque separatis & d. dec.* 82. *num* 3. §. *prout non subsistit in fin.* & in terminis pariter *in d. Ostien. seu Corana manutentionis super creditis quoad lucrum dotale* 13. *Ian.* 1727. §. *depositiones in fin. cor. Nunez.*

Non relevantibus quæ super validitate harum emancipationum deducebantur.

Quippe supervacaneum omnino visum est multiplicare quæstionem. Vis enim in eo erat an alii ex Notariis Piscientibus diversimode opinaverint, atque essent in contraria scissi, & cum dubium, credulitas, opinio, & plenum iudicium operationes omnes intellectus sint, qui movetur ab obiecto veri, sicuti appetitus sensitivus bruti ab obiecto delectabili, *D. Thom. in* 1. *secundæ qu.* 13. *art.* 2. *in corpore*, *& ad secundum* quemadmodum 70
erronea sententia erroneis, & falsis rationibus manifestatur sic, & familiare in iure est, ut animus etiam ex nullis, & inva-

 lidis

lidis actibus colligatur, *Rot. cor. Falconer. tit. de solut. & liberat. dec. 11. num. 4. & de testam. dec. 6. num. 12. & dec. 13. num. 19. & cor. Molin. dec. 1048. num. 54.* late *in Romana seu Cæsenaten. Fideicommissi super reservatis 24. Aprilis 1705. §. Hinc videmus, & in §. In hypothesi cor. Ansald.*

Ante alias tamen in hoc placuit animadversio, quod error in Dom. de Floris erat iniustus, uti dicitur qui culpam habet *Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 7. n. 636. & seqq.* nam spectata Lege *Urbem nostram*, qua clarissimum, & litterale erat subiectos populos, in qua propria Statuta deficerent iuribus dominantis de-
71 bere vivere, ubi Lex certa est, solum Princeps remanet magnificatæ futuræ stragis reparator, uti per *Text. in Leg. 1. Cod. de Legib.* ait *Rot. cor. Emerix. iun. dec. 237. num. 16. & seqq.* punctualiter examinata Lege *Barbarius dec. 276. n. 15*

Spectata diversitate instrumentorum, quæ Pisciæ exarabantur, in quo bivio tutiorem viam seligere debebant, & bene per-
72 pendere conditionem, & qualitatem fideiussoris, quem sibi volebant obligare, & super hoc esse curiosi iuxta phrasim *Text. in Leg. doli* quem glossat *Bart. num. 7. ff. de novat. & delegat. Urceol dec. 37. num. 41.* & quando plene Rota de anno 1690. dis-
73 cusso articulo quæstionis statum firmaverat, hoc publicum peritiorum consilium non potuerunt negligere, aut spernere dum ubi adest Consulentium copia, quis non excusatur si eos non adeat *De Comitib. dec. Florent. 46. num. 70.* & DD. de Floris paratum erat perspicuum exemplum in decisione prædicta quæ tamquam emanata Scribentibus primariis Advocatis, consultationibus, motivis typis impressis non poterat dubitari quin Pisciæ degentibus innotuisset, *Bonfin. sen apud Palm. Nep. dec. 455. n. 10.*

In qua signanter ponderatione eo tutius stetimus observantes quam provida, quam laudabilis, quam Reipublicæ utilis fo-
74 ret toties citata Reformatio anni 1477. a cuius censura Piscienses se subtrahere nequibant, & quod communis error ius faciat vulgaris error est, cum æquum, & bonum ex erroribus non nascatur, sed causa est commoditas publica, ut quandoque parcatur errori, quæ tanta est inobservantia Reformationis prædictæ, egregie *Osuald. ad Donell. lib. 1. cap. 5. in notat. litt. A.*

Ultimo quoad relevationem petitam a DD. de Floris iam non amplius vigore fideiussionis præstitæ per D. Equitem Aloysium de Ursis, de quam huc usque verba fecimus, sed contra Bona del Castellaccio, & contra Patrimonium D. Io. de Ursis Patris venditoris, replicatum fuit circa prædicta bona, illa antecedenter fuisse subiecta Commendæ sicuti anterioribus crediti-
tis

tis effectum reliquum esse, quibus exceptionibus cum acquieverint Actores, alia post diuturnam disputationem non fuit opus indagine &c.

Et ita utraque &c.

Anton. Dominic. de Novellis Aud. & Iud. Commiss.
Io. Franciscus Quaratesius.
Io. Meoli Advocatus, & Relator.

DECISIO XXX.

FLORENTINA DISDICTÆ.

23. *Aprilis* 1733. *cor.* AUD. MARTIO VENTURINI.

ARGUMENTUM.

AN & quando locatio sit perpetua, vel temporalis, & quando in perpetuam temporalis conversa dici debeat, vel potius in emphiteusim, ubi complures quæstiones in hunc propositum examinantur, & enucleantur.

SUMMARIUM.

1 *In locatione perpetua locator, neque eius successor etiam singularis potest augere pensionem, nec conductorem expellere & num. 5. nec etiam superveniente Domino indigentia utendi re in perpetuum locata n. 2.*

3 *Paria sunt allegare aliquid, & non probare, & nihil allegare.*

4 *Error non præsumitur, nec admittitur maxime in facto proprio & præiudiciali. n. 6.*

7 *Duplex centenaria immemorabili æquipollens præbet facultatem allegandi quemcumque meliorem titulum de Mundo.*

8 *Centenaria frustra allegatur absque possessione.*

9 *Longa possessio annorum biscentum, & ultra, & uniformis solutio inducit præsumptionem novi contractus in locationem perpetuam, quamvis constet primam fuisse temporalem.*

10 *Augumentum pensionum arguit conversionem locationis temporalis in perpetuam, cum non sit verisimile locatorem tamdiu ius proprium neglexisse, si potuisset a locatione recedere.*

11 *Solutio Decimæ facta per conductorem præsumit locationem perpetuam, cum dominium in temporalem conductorem non transeat, qui neque tenetur ad Decimam, neque ad Gabellam, quæ debetur a Conductore longi temporis.* 12 Ex-

12 *Expensæ factæ per conductorem in refectione domus, & reaptatione viæ secus domum indicant locationem perpetuam, nam tales expensæ in temporali locatione non spectant ad conductorem & num.* 13.

14 *Emphyteusis probata remanet ex mutua confessione Domini directi, & emphyteutæ & num.* 52. *maxime si fuerit geminata, nam geminatio excludit errorem, & includit veritatem n.* 15. *& etiam contra Ecclesiam. n.* 16.

17 *Quod maxime procedit in materia antiqua, & fortius concurrentibus adminiculis.*

18 *Dictio* locationis finitæ *indicat finem locationis temporalis, & alterius perpetuæ locationis renovationem.*

19 *Ex coniecturis simul unitis, ut fieri debet, et præsertim ex immemorabili, resoluta censetur temporalis locatio, & eius conversio in locationem, vel emphyteusim perpetuam transitoria ad hæredes etiam extraneos.*

20 *Locatio perpetua transit ad hæredes etiam extraneos.*

21 *Annua, & eadem solutio facta per* 100. *annos, & ultra sive concessio dicatur titulo locationis, vel emphyteusis semper præsumitur concessio perpetua resultans ab immemorabili, & in profanis, & in bonis Ecclesiæ.*

22 *Ad inducendum affictum solutiones univocæ debent esse, non autem modo ex causa affictus, & modo ex causa emphyteusis.*

23 *Nam actus possessionis debent esse conformes titulo, ita ut referri non possit ad alium titulum num.* 24.

25 *Longeva observantia non debet esse æquivoca respectu causæ solutionis, nam probatio non relevat.*

26 *Præsumptionem præsumptionis iura abhorrent. & n.* 86.

27 *Dum constat de certo initio temporalis locationis, solutiones subsequentes nisi exprimant novum titulum, omnes censentur factæ ex eadem causa locationis de qua constat, partium acquiescentia renovatæ de anno in annum non obstante decursu centum, biscentum, & mille etiam annorum, ubi ampliatur, & exhornatur conclusio; secus si mutatio tituli in sequens appareat n.* 29.

28 *Possessio numquam tribuenda est titulo nullo, & illegitimo, quando referri potest valido, & legitimo.*

30 *Actus censentur facti vigore præcedentis obligationis, quamvis annorum centum possessionem compleant.*

31 *Non constito de qualitate contractus pro quo solvitur pensio an solutio referenda sit ad emphyteusim, vel locationem etiam in rebus Ecclesiæ.*

32 *Possessor debet gravari minus quam fieri potest.*

33 *An & quando solutiones pensionum Domino directo arguant potius*

tius censum, locationem, vel emphiteusim.

34 *In præiudicialibus, quod minus est semper accipitur, adeo ut in dubio emphiteusis potius, quam locatio præsumenda, præsertim favore Ecclesiæ, qui semper in dubio prævalet n. 35. & dispositio ampliatur n. 36. 47.*

37 *Ad effectum recedendi a regula in præiudicium Ecclesiæ non debent admitti coniecturæ equivocæ, & tam ad emphiteusim, quam ad locationem referibiles.*

38 *Probationes equivocæ non coniunguntur.*

39 *Correspondentia Canonis cum fructibus ponderari solet pro efficaci coniectura ad arguendam locationem perpetuam, potius quam emphiteusim, secus ubi agitur de bonis Ecclesiæ.*

41 *Canon debet correspondere fructibus, alias contractus non est in utilitatem Ecclesiæ.*

42 *Ab Ecclesia concedi possunt res steriles, nam res fructiferas nemo est adeo prodigus, qui cum possit accipere centum, eas concedat pro decem.*

43 *Res Ecclesiæ si non sint steriles numquam conceduntur nisi pensio correspondeat fructibus & num. 44. & 46.*

45 *Interpretatio qualitatis contractus desumi debet a solitis.*

48 *Livellum communiter accipitur pro emphiteusi, & num 63. n. 49. ubi aliquando etiam locatio, quæ accipitur largo modo, & quamvis solvens appellatus fuerit Conductor num 50.*

53 *Canon est proprium emphiteusis, nec congrue locationi adaptatur.*

54 *Confessio iudicialis ad præcisum effectum probandi id de quo agitur inter easdem personas facit probationem maiorem omni probatione & num. 54. ubi etiam facta ad alium finem, & in diverso iudicio, & num. 55. ubi quamvis sit confessio Sindici, vel Procuratoris, & in specie confessionis emissæ in exceptionibus.*

56 *Confessio Procuratoris dum fit respondendo libello censetur confessio necessaria, & facta in productione ad fundandam propriam intentionem non potest amplius impugnari n. 57. licet fuerit a principali impugnata num. 58. & 59. ubi cum impugnatio confessionis non fuit acceptata remanet in suo robore confessio & n. 60. 61. ubi declara.*

62 *Ad effectum ut index in confessione se fundet sufficit quod in impugnatione pars non insteterit.*

64 *Nomen affictus, &* pigione *accipitur etiam pro canone, & n. 65. ubi emphiteusis quandoque accipitur sub nomine locationis, & num. 66.*

67 *Ubi verba sunt clara non est locus coniecturis.*

68 *Productio in parte, & partibus retorqueri non valet contra producentes limita num. 69. 70.*

71 Con-

71 *Consuetudo dandi in emphiteusim potius quam in locationem perpetuam est sufficiens præsumptio pro empbiteusis, nisi contrariis præsumptionibus elidatur.*

72 *Possessio immemorabilis, quæ facit præsumere quemcumque meliorem titulum, sic etiam illum concessionis transitoriæ ad extraneos quamvis agatur de bonis Ecclesiæ, quæ non raro similes concessiones facit.*

73 *Emphiteusis Ecclesiastica datur etiam transitoria ad hæredes extraneos, ideo ut sit locus devolutioni non sufficit præsumptio, quod sit restricta ad hæredes sanguinis.*

74 *Emphiteusis Ecclesiastica non præsumitur transitoria ad extraneos, sed restringitur ad descendentes, & numquam comprehendit extraneos nisi sit præcise dictum num. 75. & 76. ubi quamvis concessa pro hæredibus & n. 77. ubi non præsumitur excedere tertiam generationem.*

78 *Præscriptio sequitur naturam bonorum super quibus versatur, & tamquam sine certa Lege recipit Legem a qualitate, & solito personarum concedentium*

79 *In Feudis Ecclesiæ concessio sine personarum distinctione intelligitur usque in tertiam generationem.*

80 *Si solutio sit facta titulo emphiteusis restringitur ad certam speciem ex qualitate eius cui solvitur, quæ si est Ecclesia præsumitur temporalis.*

81 *Præscriptio sequitur naturam rei præscriptæ, & ideo in rebus Ecclesiæ in emphiteusim acquisitis restringitur ad tertiam generationem.*

82 *Ecclesia, quæ non probat dominium, contenta esse debet conservatione iuris illius in cuius possessione est.*

83 *Solitum concedentis arguit speciem concessionis.*

84 *Ut ex centenaria, seu immemorabili competat beneficium allegandi certum titulum, possessio debet esse conformis titulo, maxime adversus iuris præsumptionem, quæ est pro restrictione concessionis ad descendentes num. 85.*

87 *Absque scientia nulla datur præscriptio.*

88 *In bonis Ecclesiæ requiritur præscriptio ordinaria 40. annor.*

Dis-

Isdictam Apothecæ, & Domus positæ in via nuncupata *Porta S. Maria*, quam RR. PP. S. Crucis ac Vener. Hospitale S. Mariæ Novæ fecerunt Hæredibus quod. Donati Del Corno, requisitus de Voto a Magistratu DD. sex Consiliariorum Curiæ Mercantiæ, coram quo causa pendebat, non obstantibus acerrimis oppositionibus, quibus per DD. Comites de Ubertinis impugnabatur, confirmandam retuli.

Cum enim dominium dd. Patrum, ac Hospitalis non controverteretur, & clare resultaret, tam ex confessione dicti Donati emissa in Libris Decimarum, in quibus asseritur dominium prædictum apud Patres „ ibi „ la qual Bottega ha due Padroni „ ac in ipsis etiam Libris particularibus eorumdem Hæredum, quam ex Instrumento Transactionis anni 1497. Nec pariter controverti posset certa primordialis qualitas temporalis Locationis ab antedictis Patribus factæ ipsi Donato, quam luculenter probat, non solum eiusdem memorata confessio in Libris Decimarum 1498. absque ulla decimatione descripta, qua Apoteca gravata apparet solum de anno 1576. sed efficacius etiam convincit ipsum Instrumentum Transactionis prædicti anni 1497. quatenus in eo conceditur Patribus quinquennalis dilatio ad reficienda quædam melioramenta per conductorem facta in dicta Domo, & Apotheca cum expressa declaratione, quod illa Patribus non prodesset, si ipse Donatus infra d. quinquennium expelleretur ex d. Domo, & Apotheca, vel eidem pensio augeretur, quod per necesse supponit locationem temporalem, & non perpetuam, cum in hac secunda locationis specie, nec pensio augeri posset, nec 1
conductor intra quinquennium expulsionem timere, nedum ab ipsis Pattibus, qui Apothecam locaverant, sed neque a quocumque eorum successore etiam singulari, ut tradunt *Covarr. var. lib. 2. cap. 15. num. 2. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 10. num. 15. Scapucc. de singul. success. limit. 17. num. 1. Pacion. de locat. cap. 61. n. 44. Ausfrer. ad Cappell. Tholosan. decis. 420. in princ.* nec etiam superveniente Domino indigentia, seu necessitate utendi 2
re in perpetuam Locationem concessa, ut probat *Angel. cons. 2. prop. fin. vers. item actio* quem sequitur *Boer. dec. 234. num 3. vers. ubi tenet*, & aliis relatis *Pacion. dict. tract. de locat. cap. 56. num. 52.*

Quin obnubilari posset claritas dictæ probationis subtili animadversione, quam faciebat D. Causæ Patronus, quod nempe ideo provisum fuerit super expulsione, seu augumento pensionis intra

intra quinquennium, quamvis Locatio esset perpetua, quia in ea contrahenda potuerit adesse pactum, quod intra proximum quinquennium, non obstante perpetuitate concessionis, posset ipse Donatus adhuc expelli, vel quia forsan per errorem, & inconsiderate supposita fuerit facultas expellendi, cui autumabat locum indubie non fuisse, saltem ratione intraturæ, quam Donatus ipse per usum Apothecæ vigore Statuti, iam acquisiverat.

Primam siquidem exceptionem prætensæ reservationis facultatis expellendi intra quinquennium, tanquam repugnantem locationi perpetuæ, nullique probationi innixam, sed prorsus divina-
3 tivam omnino contennendam censui; quia paria sunt allegare aliquid, & non probare, & nihil allegare, ut ait *Roll. cons.* 35. *num.* 10. *lib* 1. *Rot. cor. Cocc. dec.* 1077. *n.* 16. Altera vero prætensi erroris multo minus admitti potuit, ultra quod enim huius-
4 modi erroris allegationi obstat iuris præsumptio ex *Leg.* 1. *C. de fals. caus. adiect. legat. Leg. cum de indebito* 25. *in fin. de probat.* præterea cum agatur de re omnibus rudioribus nota, quod nempe in Locatione perpetua, eadem durante, fieri non possit Disdicta, nec pensio augeri, prætensus error seu inadvertentia vi-
5 sa fuit omnino idealis potius quam verisimili ex firmatis per *Rot. cor. Ludovis. dec.* 414. *n.* 7. *& in rec. dec.* 145. *n.* 17. *par.* 12. ponderato maxime præiudicio, quod ex dicta erronea con-
6 ventione resultasset Donato, quem non est credibile in dictum pactum inadvertenter consentisse, ut in simili arguit *Rot. decis.* 548. *num.* 2. *par.* 5. *& dec.* 246. *num.* 14. *vers. & multo minus dicendum par.* 15. *rec. Rot. nostr. cor. Urceol. dec.* 49. *num.* 11. *in fin.* ubi quod quando agitur de facto proprio præiudiciali facienti allegatio erroris non admittitur.

Nec ad probandam dictam temporalem resolubilitatem prætensæ Locationis perpetuæ, aut inadvertentiam in admittenda eadem resolubilitate allegari merebatur decursus duplicis cente-
7 nariæ, quæ uti æquipollens immemorabili prabet facultatem allegandi quemcumque titulum meliorem de Mundo ex cumulatis per *De Ros. cons.* 12. *num.* 49. *Rot. cor. Falconer. tit. de union. benefic. dec.* 6. *num.* 16. *& dec.* 7. *n.* 7. *Rot. nostr. coram Urceol. dec.* 49. *n.* 1. 8. *& coram De Comitib. decis. Flor.* 109. *n.* 5. 26. Quia cum temporalitas dictæ resolubilitatis, aut prætensus error in eiusdem admissione, non sint res, super quibus cadat posses-
8 sio, incongrue prorsus ad destruendam probationem primitivæ temporalitatis Locationis resultantis ex Instrumento anni 1497. trahebatur quæ unice, & substantialiter fundari debet in possessione rei controversæ, de qua constet, ut inferius probabitur, & optime advertit *Rot. nostr. in Florentina Devolutionis* 19. *Augusti*

gusti 1698. §. *Primo enim* ubi quod ex his quæ non apparent nulla desumi potest præsumptio, & ideo nec virtus centenariæ allegari valet *cor. bon. mem. Aud. Bizzarrino* Quo demum ad Intraturam, ea de dicto tempore non erat penes Donatum, sed apud Artem Cambii, unde frustra ad præsumendum errorem allegabatur.

Firmata ex his qualitate temporalis Locationis a principio, adhuc pro illius innovatione, & conversione in Locationem perpetuam, seu in Emphiteusim pariter perpetuam, plura pro parte DD. Comitum de Ubertinis afferebantur. Et primo ipsa longa possessio annorum biscentum, & ultra; quo temporis spatio eadem uniformis pensio soluta apparebat, quæ tam longa continuatio inducit præsumptionem novi contractus in Locationem 9
perpetuam, quamvis constet primam fuisse temporalem ut late probat *Ruin. cons.* 61. *num.* 2. *& seqq. lib.* 1. *Angel. de Gambilion. cons.* 17. *num.* 50. *Carpan. ad Stat. Mediolan. par.* 2. *cap.* 398. *num.* 119. *vers. quod plus Mantic. de tacit. lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 30. *Pacion. de locat. cap.* 64. *num.* 153. §. *ex continuatione.*

Secundo efficacius, quia, cum varietate temporis Locationes Apothecarum, & Domorum sint auctæ maxime a d. anno 1497. usque ad præsens, ut de controversa Apotheca, & Domo dubitari non poterat, & tamen Hospitale, ac Patres semper eamdem pensionem exegerint, locatio præsumenda esset conversa de 10
temporali in perpetuam, quia alias non est credibile, quod dd. Loca Pia tamdiu ius proprium neglexissent, si potuissent a Locatione recedere in puncto *Ruin. d. cons.* 61. *n.* 3. *vers. & tanto magis lib.* 1.

Tertio augumentum Decimæ factum Donato de anno 1576. cum enim ipse de anno 1498. quo tempore locatio non erat perpetua, illam denuntiasset, nulla Decima gravatus fuit pro illa. Et cum de anno 1503. emisset ab Arte Cambii eiusdem Apothecæ intraturam pro ea sequenti anno 1534. gravatus fuit Decima in solid. 6. 8. nulla facta impositione respectu ipsius 11
Apothecæ, & Domus pro qua tamen gravatus apparet Augustinus eius Hæres de anno 1576. in solid. 14. 4. quam semper successores solverunt, argumentum evidens, quod Locatio non erat amplius temporalis, quia Conductor temporalis, in quem nullum dominium nullaque transit possessio, *Leg. si quis ante ff. de acquir. possess. Leg. non solum* §. *qui vult ff. de usucap. Ruin. d. cons.* 61. *n.* 8. *lib.* 1. *Pacion. de locat. cap.* 34. §. 3. *num.* 76. *& seqq. Cepparell. resol. Fiscal.* 1. *n.* 1. *lib.* 1. ad nullam Decimam solvendam potest teneri, quæ tantum a Domino solvenda est; ut distinguendo Conductorem simplicem, & Conducto-

rem ad longum tempus, qui habet ius in re post *Bald.* & alios probat *Franch. dec.* 107. *n.* 2. *vers. & hoc etiam ac num.* 3. *vers. quia Socc. Amendol. ibid. num.* 16. *Pacion. de locat. cap.* 34. §. 1. *n.* 29. 31. Prout nec a Conductore brevis temporis ulla exigitur Gabella, quæ tamen debetur a Conductore longi temporis *Cepparell. resol. Fiscal.* 1. *num.* 1. *& resol.* 85. *n. fin. in fin. lib.* 1.

Quarto producta fuit notula plurium expensarum factarum in reaptationibus pro conservatione Domus, & Apothecæ, pro resarciendo tecto, & similibus causis ab anno 1618. & seqq. nec non attestationes Fabri cæmentarii, quod pro operis, & cæmentis erogatis in talibus restaurationibus satisfactionem recepit a
12 q. D. Comite Azzono successore dicti Donati, & possessore controversæ Apothecæ, quas quidem expensas facere debuissent Patres proprietarii, & Locatores, si Locatio fuisset temporalis & non perpetua ut est *Text. in Leg. ex conducto* 16. *in princip. ff. locat* & late probat *Pacion. eod. tract. dict. cap.* 34. §. 1. *num.* 1. *& seqq.*

Quinto allegabantur & productæ fuerunt plures solutiones factæ Officio Partis pro expurgatione Fovearum, & delapidatione, vulgo *Lastrico* Viæ existentis prope Apothecam, quæ non spectassent ad Successores Donati solventis, si Locatio fuisset sim-
13 plex, & non perpetua, sed ad Patres, & Hospitale dominos, & proprietarios per *Text. express. in Leg ædiles § construant ff. de via pubblica, & §. quicumque* ibique *Gloss. in princ. vers. item quilibet homo*, ac docet *Bart. in d. Leg. ædiles n.* 2. *Castr. dict. Leg. ex conducto num.* 3. *ff. locat. Natt. cons.* 449. *num.* 10. *Cyriac. contr.* 61. *num.* 31. 32. *Pacion. de locat. d. cap.* 34. §. 1. *num.* 25. 26.

Sexto exhibiti fuerunt Libri domestici DD. Del Corno, in quibus a tempore antiquissimo, & plusquam centum ab hinc annis, nempe ab anno 1616. apparet descripta Domus, de qua agitur cum controversa Apotheca, tamquam livellaria, quæ assertiva efficacius confirmabatur ex productione plurium receputarum RR. PP. nec non Hospitalis cum expressione solutionis
14 Livelli; qua stante mutua declaratione tam solventis, quam recipientium solutionem, tanquam reciproca confessione super qualitate emphyteutica Apothecæ, de qua agitur non videbatur de illa posse amplius dubitari per *Text. in Leg. publia mevia* 26. § *fin.* 26. *vers. respondi ff. deposit. Leg. cum te* 5. *C. de transact. L generaliter* 13. *Cod. de non numerat. pec. Alex. cons.* 53. *num.* 1. *vers. & ad probationem lib.* 1. *Cravett. cons.* 267. *n.* 1. cum aliis per *Mascard. de probat concl.* 246. *num.* 11. *Rot. cor. Coccin. dec.* 1698. *num.* 6. 7. præsertim cum fuerint pluries repetitæ,

titæ, & confectæ diverso tempore, quod cuiuscumque erroris præsumptionem excludit *Add. ad Ludovis. dec.* 375. *num.* 11. *vers.* 15
quarto præiudicat ubi etiam in præiudicium Ecclesiæ sequitur *Add. ad Buratt. dec.* 453. *n.* 13. *Surd. dec.* 10. *num* 8. ubi etiam absente Parte *Rot. cor. Dunozzett. sen. dec.* 215. *num.* 5. *coram Cels. dec.* 306. *num.* 7. *&* *cor. Caprar. dec.* 611. *n.* 9. *dec.* 619. *n.* 12. *ac dec.* 698. *n.* 13. ubi quod geminatio includit veritatem assertionis, & quod non potest dari melior probatio *cor. Molin. dec.* 16
754. *n.* 14. *in rec. dec.* 397. *num.* 3. *par.* 13. ubi etiam contra Ecclesiam *et dec.* 27. *num.* 4. *par.* 17. *Rot. nostr. cor. Urceol. dec.* 49. *n.* 11. ubi quod ex reiteratis solutionibus excluditur error.

Quæ conclusio si generaliter procedit, maxime in materia antiqua, fortius locum habet concurrentibus, ut in casu nostro 17
adminiculis de quibus supra *Adden. ad Ludovis. & Buratt.* cum aliis superius allegatis, & ultra ponderata adminicula pro urgentissimo addebatur expressio facta in Libris Hospitalis in quibus Hæres Donati Del Corno usque de anno 1591. & seqq. describitur debitor cum hac expressione = Erede di Donato Del Corno = tiene a pigione colla Locazione finita mezza Bottega &c. = dicebatur enim, quod hæc enunciativa Locationis finitæ, claro in- 18
dicabat Locationem temporalem fuisse terminatam, & renovatam alteram Locationem perpetuam, ut verificaretur quod Locatione finita, duraret Locatio ut præseferunt ea verba = tiene a = pigione „

Ex quibus coniecturis maxime simul unitis, ut fieri debet, & præsertim ex immemorabili, Defensores DD. Comitum concludebant, resoluta præcedenti Locatione temporali, dicendum esse, quod eadem conversa fuerit, vel in Locationem, vel in 19
emphyteusim perpetuam, & consequenter transitoriam ad hæredes quoscumque etiam extraneos ut de perpetua Locatione tradunt *Dec. cons.* 204. *in fin. Bursat. cons.* 23. *num.* 27. *Mantic. de tacit. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 57. *&* 60. *Pacion. de locat. cap.* 22. *n.* 41. *vers. & in terminis Surd. dec.* 265. *n.* 56. & late firmavit *Rot. cor. Buratt. dec.* 334. *n.* 20. *ac per tot.* ubi in puncto Locationis, & *dict. num.* 20. *vers. quin etiam ait* quod hic est principalis effectus Locationis non temporalis, ut intelligatur perpe- 20
tua, & transitoria ad Hæredes etiam extraneos. Et in terminis Emphytheusis late probat *Ruin. cons.* 3. *num.* 18. *& cons.* 160. *num.* 10. *lib.* 1. *Menoch de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 109. *n.* 7. *& seqq. Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 5. *num.* 13. *Valasch. de iur. emphyt. qu.* 1. *num.* 12. *Fulgin. eod. tract. tit. de contract. emphyt. qu.* 12. *num.* 2. *Pacion. de locat. d. cap.* 22. *n.* 41. plene *Torr. var. iur. quæst. tom.* 2. *tit.* 12. *qu.* 13. *n.* 15. 18. ubi quod si

per tempus excedens metam centum annorum bona fuerunt pos-
21 sessa, & pro pensione semper soluta eadem certa annua quantitas, sive dicatur facta concessio titulo Locationis, sive Emphyteusis, semper præsumitur concessio perpetua resultans ab immemorabili, quæ tribuit meliorem titulum de Mundo, non solum in prophanis, sed etiam in bonis Ecclesiæ.

Prædicta quamvis multum urgerent pro arguendo novo titulo solutionum controversæ pensionis diverso ab illo præcedentis conductionis temporalis, non tamen recte allegabantur ad concludendam Locationem perpetuam transitoriam ad Hæredes extraneos. Incipiendo enim a prædicto ultimo fundamento Locationis perpetuæ desumpto ab uniformi solutione eiusdem pensionis per spatium annorum biscentum, illud nullius prorsus erat efficaciæ in hypothesi ex duplici capite. Primo scilicet, quia solutiones non erant univocæ ex causa affictus prout necessarium
22 fuisset. Eæ siquidem, quæ constabant ex receputis, in quibus dici poterat adesse mutuum consensum, tam Religionis, & Hospitalis, quorum Ministri fecerant receputam, quam Successoris Donati, qui illam acceptaverat, & quæ productæ fuerant ab ipsis DD. de Ubertinis, non exprimebant causam Affictus, sed Livelli. Ut autem ex possessione arguatur titulus, idemque dici valeat diuturnitate præscriptus, aut probatus, actus possessio-
23 nis debent esse conformes titulo, qui probari contenditur, ut monent *Alex. cons.* 113. *num.* 2. *lib.* 1. *Add. ibid. litt. A. Ruin. cons.* 61. *num.* 11. *&* *cons.* 75. *num.* 4. *lib.* 1. Et ratio ipsa naturalis convincit, quia ridiculum videtur ad probandam Loca-
24 tionem exhibere actus, & se fundare in factis, quæ sonant in Livellum. Imo possessio adeo debet esse conformis titulo, ut illum univoce præseferat, ita ut referri non possit ad aliam causam, seu titulum ut advertit, *Rota dec.* 240. *num.* 4. *par.* 2. *divers. &* *in rec. dec.* 176. *num.* 46. *par.* 5. Et ratio est, quia illa præsumptio fundatur in observantia longeva talis tituli, unde observantia non debet esse æquivoca & dubia respectu causæ so-
25 lutionis, quia probatio dubia non relevat *Leg. neque natales Cod. de prob L. non hoc C. und. legit.* alias præsumendo solutionem ex causa affictus, & ex præsumptis solutionibus ex causa affictus, inferre præsumptionem Locationis perpetuæ, esset inducere præsum-
26 ptionem præsumptionis quod iura aborrent, ut in specie advertunt *Alex cons* 50. *num.* 7. *lib.* 5. *Ruin. cons.* 29. *num.* 4. *lib.* 4. *Marescot. var. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 14. *Rot. cor. Seraphin. dec.* 1042. *num.* 4. *cor Coccin. dec.* 301. *num.* 4. *cor. Otthobon. decis.* 159. *num.* 11. 12. *in rec. dec.* 304. *num.* 11. *par.* 7.

Alia,

Alia secunda ratio ob quam solutiones prædictæ biscentum annorum, & ultra, quatenus etiam exprimerent titulum Affictus, & non diversum Livelli, suffragari adhuc non possent ad inducendam probationem Locationis perpetuæ, est, quia ex Instrumento anni 1497. aliisque in principio ponderatis, constat de certo initio Locationis temporalis, & resolubilis, quo casu solutiones subsequentes, nisi exprimant novum titulum, omnes censentur factæ ex eadem causa Locationis, de qua constat, ita 27
Partium acquiescientia renovatæ de anno in annum ex vulgari *Text. in Leg. item quæritur §. qui impleto ff. locat.* non obstante quocumque temporis decursu centum, biscentum, & mille etiam annorum, ut late probant *Ruin. cons.* 61. *n.* 11. *vers. nec est verum*, *ac vers. quia falsum est lib.* 1. ubi quod non obstat uniformis præstatio per longum tempus, ac *vers. & minus obstat* ubi quod non sufficit solutiones factas ex causa Locationis in genere, quia ex hoc non sequitur quod sint ex causa Locationis perpetuæ, *& num.* 13. ubi respondet obiecto præscriptionis, & quod alia causa non præsumitur nisi præcedens probetur mutata *Hond. cons.* 85. *n.* 36. *lib.* 1. ubi, quod, ut per præscriptionem etiam immemorabilem ius alicui acquiratur debet constare, quod ex illa causa possederit, *Caroc. de locat. tit. de præscript. n.* 17. ubi quod est magis realis, vera, & communis opinio præsertim in bonis Ecclesiæ *Cravett. de antiquit. temp. par.* 4. *§. materia ista n.* 100. 104. *& seqq.* ubi id probat viginti argumentis *Roderic. de ann. reddit. lib.* 1. *qu.* 15. *num.* 51. *& lib.* 2. *qu.* 32. *n.* 68. *Antonell. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 73. *num.* 26. *Cancer. var. par.* 1. *cap.* 14. *num.* 95. *§. quoad primum Carpan. ad Stat. Mediol. par.* 2. *cap.* 387. *num.* 50. ubi alios plures refert, & quod est opinio magis vera *Pacion. de locat. cap.* 22. *n.* 60. ubi quamvis continuatum fuerit per mille annos *Cepparell. resol. fiscal. lib.* 1. *resol.* 85. *num.* 3. *seqq. & num.* 6. *§. vel procedit. vers. nam si constet* ubi quod constito de temporali prima Locatione, licet in solutione duratum fuerit per mille annos numquam ex tali continuatione Affictus perpetuus resultat, quia status primordialis Locationis semper eam sequitur, & quod contrariæ auctoritates procedunt, quando non constat, quod a principio locatio fuerit ad breve tempus *Fontanell. dec.* 445. *num.* 22. *& seqq.* ubi non obstante possessione bis centum annorum, & ultra ac *seqq. decis.* 446. ita resolutum a Senatu in casu fortiori, & vere dubitabili, *Rot. Bonon. divers. dec.* 119. *n.* 93. ubi pariter etiam si quis possederit per mille annos quia solvendo Affictus nunquam censetur mutasse titulum, *Rot. dec.* 14. *num.* 1. *vers. præterea & num.* 3. *§. præterea vers. & quamvis* ubi respondet *dec.* 17. *Mantic.* quod in

in eius casu non constabat de initio possessionis *par.* 3. *rec.* & *dec.* 218. *n.* 26. 28. *par.* 6. & *dec.* 29. *n.* 56. 58. & *seqq.* *part.* 7. *dec.* 161. *n.* 27. 28. *par.* 15. ubi distinguit inter extraneum, qui longo tempore possedit, & præscribere potuit, ac successorem primi acquirentis, qui si non docet de novo titulo præsumitur possedisse ex eadem causa, etiam si per mille annos possederit, plene *Rot. nostr. apud Magon. dec.* 2. *num.* 5. ubi quod præsumptio ex diuturna solutione non habet locum, quoties constat de causa vera, nisi probetur mutata, & in *Florentin. devolutionis* 19 *Augusti* 1698. §. *ubi enim* & *seqq. coram bon. mem. Bizzarrino*, & idem *Torr.* probat *d. qu.* 13. *n.* 22. 24. *fol.* 489. ubi etiam si per mille annos pensionem solverit.

Quin certissime huic conclusioni obstent auctoritates superius in appositum allegatæ, & aliæ, quæ allegari possent, cum illæ, vel referant simplicem generalem regulam, quod ex possessione centenaria potest allegari melior titulus de mundo, etiam si ab Actore allegetur, vel producatur titulus ineptus, non examinando, an possessio, sit a tali titulo difformis, vel eidem præsumenda sit conformis, vel loquuntur quando primus titulus est nullus, ad quem referri non valet subsequens diuturna possessio,
28 quæ numquam tribuenda est titulo nullo, & illegitimo, quando referri potest valido, & legitimo, ut per *Add. ad Rot. cor. Buratt. dec.* 614. *num.* 14. ubi alii, & prout in his terminis est *dec Urceol.* 49. *n.* 8. 15. sicuti in hoc casu nostram conclusionem limitat etiam *Rot. in d. Florent. devolutionis cor. Bizzarrino* §. *ubi enim in fin.* & loquitur etiam *Rot. cor. Falconer.* in contrarium allegata pro punctuali ut in *dict. dec.* 6. *de union. Benefic. n.* 9. §. *hinc irrito* & *dec.* 7. §. *totus igitur*, vel procedunt cum supposito, quod actus possessionis immemorabilis, seu centenariæ sint difformes a titulo præcedenti, & consequenter ad illum re-
29 ferri non possint, ut si adversus Locationem temporalem afferantur subsequentes pensionis solutiones factæ causa perpetuæ Coloniæ, aut perpetui Affictus, aut Emphyteusis, aut alia simili ut egregie declarat *Ruin. d. cons.* 61. *num.* 11. *vers. nec alii contradicunt lib.* 1. *Rot. cor. Magon. dict. dec.* 2. *n.* 5. *vers. vel saltem*, ubi quod saltem prima ex allegatis solutionibus debet exprimere causam perpetui Affictus; eamdemque distinctionem sequitur *Rot. dec.* 29. *n.* 58 *vers.* & *d. regula par.* 7. *rec.* ubi admittit actus censeri factos vigore præcedentis obligationis, quando
30 secundum illius naturam, & non præter; vel contra facti fuerunt, quamvis annorum centum possessionem compleant.

Locatione perpetua quatenus desumebatur a solutione pensionis per bis centum annos ex prædictis exclusa, quia tamen adhuc

urgebant aliæ superius ponderatæ circumstantiæ, quæ videbantur repugnantes naturæ Locationis temporalis, & consequenter ex tam longa observantia inducere præsumptionem novæ conventionis dubitatum fuit, quæ novi contractus species esset præsumenda, & cum per Defensores DD. Comitum non solum Locatio, sed etiam Emphyteusis fuerit in actis allegata, & ulterius productæ plures receptæ in expressam causam Livelli, superius ponderatæ, ego pro hac secunda specie Contractus potius, quam pro pro Locatione perpetua censui esse iudicandum.

Quamvis enim maxime controversum sit, an ubi non exhibetur Instrumentum, ex quo constet de qualitate Contractus, pro quo solvitur pensio, ille magis referendus sit ad Emphyteusim, 31
vel potius ad Locationem, pro Locatione pugnantibus etiam contra Ecclesiam *Constant. ad Stat. Urb. annot.* 28. *n.* 6. *Thomat. dec.* 60. *n.* 27. *Rot. cor. Mantic. dec.* 134. *n.* 3. *per tot. cor. Pamphil. dec.* 55. *n.* 23. *cor Emerix. dec.* 1114. *n.* 3. *& dec.* 1245. *n.* 4. *post. de Luca de servit. dec.* 9. *n.* 1. *& seqq. in Mantiss. & in rec. dec.* 170. *n.* 8. *p.* 2. Oppositam vero Sententiam, ut potius Emphyteusis præsumenda sit viriliter substinentibus post *Ias. in L.* 2. *n.* 165. *Cod. de iur. Emphyt. Bero quæst. famil.* 14. *n.* 2. *Everard. Topic. legal. loc.* 13. *ab Emphyt. ad censum vers. & in dubio*, *ubi aliud. non adparet Mascard. de probat. concl.* 601. *n.* 8. *Gratian. discept. for. cap.* 926. *n.* 7. 8. *Vasq. de Emphyt. q.* 32. *n.* 35. *Thesaur. quæst. for. lib.* 4. *q.* 43. *n.* 2. ubi quod ab hac sententia non est recedendum idem *Constant. ad Statut. d. annot.* 28. *n.* 29. *Add ad Pamphil. d. dec.* 55. *n.* 4. *Rota diverf. dec.* 721. *n.* 4. *p.* 4. ubi solum limitat, quoad præiudicium alterius Ecclesiæ *cor. Lancett. dec.* 407. *n.* 2. 5. *coram Molines dec.* 1122. *n.* 57. *& in rec. dec.* 128. *n.* 11. *p.* 16.

Videtur tamen utraque Sententia de facili conciliabilis, cum prima procedat quando de præcedenti Dominio Ecclesiæ non constat, sed solum apparent solutiones certæ pensionis per longum tempus aptum ad præscribendum. Nam hoc casu, quia Ecclesia nihil amittit, cum ius illud, in cuius possessione est exigendi pensionem intactum conservet, tam si Contractus iudicetur Emphyteusis, quam Locationis, sive census, sed potius locupletaretur in præiudicium solventis, si iste ultra pensionem solitam præstari, vel ob Lineam finitam, vel in pœnam contraventionis, vel ex alia causa teneretur Ecclesiæ, tanquam dominæ rem ipsam dimittere, quam nunquam constat habuisse, & forsan non habuit; hoc enim casu amplectendo fovore possessoris, quod illum minus 32
gravat ex regula *Text. in L. Quidquid adstringendæ ff. de verbor. oblig. L. semper in stipulationibus ff. de reg. iur.* admittendum videtur

detur quod solutiones factæ potius ad censum, vel Locationem
33 referantur quam ad Emphyteusim, ut in his terminis loquuntur auctoritates pro hac opinione superius relatæ. Contraria vero, & posterior sententia omnino retinenda sit, quoties de antecedenti Dominio Ecclesiæ dubitari non potest, ut in casu nostro tanquam non controverso, & satis probato; tam ex deductis supra §. *cum enim*, & ex Contractu Emptionis, cuius Instrumentum enunciatur in antiquo Libro Patrum nuncupato *Memoriale*, *e libro di Beni stabili segnato A ac.* 12. nec non ex alio Libro Decimarum Religiosorum esentium.

Hoc enim casu restricte quæstione ad qualitatem concessionis, in cuius executionem pensiones fuerint solutæ, cum ratio nulla allegari valeat, prout quam, illa potius ad titulum Locationis perpetuæ quam Emphyteusis referenda sit, interpretatio sumenda est favore Ecclesiæ, pro qualitate emphyteutica eidem minus præiudiciali, tum ex ipsamet generali regula, quod in præiudicialibus quod minus est semper accipitur propter quam regulam etiam in prophanis alii tenent præsumendam esse Emphy-
34 teusim potius, quam Locationem perpetuam, signanter *Clar.* §. *Emphyteusis q.* 1. *n.* 3. & alii relati per *de Luca ad Gratian. discept. for. cap.* 926. *n.* 3. Tum fortius ex speciali favore ipsius Ecclesiæ, & Religionis, qui semper in dubio prævalet, & præ-
35 ferri debet per *Test. in L. sunt personæ* 43. *in fin. ff. de relig. & sumpt. funer. L. sub diversis ff. de condit. & demonstr. Ancharan. cons.* 46. *n.* 2 *Alex. cons.* 121. *n.* 10. *lib.* 2. *Tiraquell. de privil. piæ causæ privil.* 61. & 148. *Bero quæst. famil.* 14. *n.* 2. Prout
36 eiusdem Ecclesiæ favore dispositio ampliatur ut probat *Tiraquel.* ubi supra *privil.* 25. *Capyc. Latr. cons.* 74. *n.* 106. *de Luca de Feud. disc.* 60. *n.* 3. 4. *de Pont. in Prælud. Feud. lect.* 1. *n.* 72. & *dec.* 2. *n.* 19. Et ex d. ratione minoris præiudicii Ecclesiæ potius Emphyteusim præsumendam esse defendit *Clar. d. q.* 1. *n.* 3. *vers. hoc enim est in minus Bero q.* 14. *d. n.* 2. *Gratian. discept. for. d. cap.* 926. *n.* 8. *vers. ideo concessio Carol. Ant. de Luca ibid n.* 3. §. *Istaq. vers. ex ratione*, aliisq. pluribus cumulatis *Rot. cor. Molines dec.* 1122. *n.* 57. Prout in prædictis terminis quod constet de Dominio Ecclesiæ a principio, aut expresse loquuntur aut admittendæ sunt cæteræ auctoritates superius favore Ecclesiæ relatæ, pro qualitate Emphyteutica, aut quæ in idem cumulari possent.

Hæc sola iuris præsumptio absolvebat Patres, & Hospitale ab ulteriori onere probandi Emphyteusim potius, quam Locationem perpetuam quia pro parte DD. de Ubertinis nulla afferebatur coniectura univoca, & sufficiens ad suadendam Locationem perpetuam. Eæ etenim, quæ allegabantur non minus uni, quam alteri

ri speciei concessionis communes erant, aut saltem, tanquam equivocæ, inefficaces reddebantur ad optatum effectum, & contrariis circumstantiis eo magis corruebant, ut ex illarum revolutione convincebatur. Nam longa possessio, & uniformis pensionis solutio, quæ sunt duæ primæ superius ponderatæ, prout tertia solutionis Decimæ & quarta expensarum factarum pro conservatione domus & Apothecæ, ac similiter quinta pro reaptatione, seu *Lastrico* Viæ, & expurgatione fovearum, non minus Emphyteutæ, quam perpetuo Conductori conveniunt insufficientes proinde, ut in præiudicium Ecclesiæ recederetur a regula, ad quem effectum receptum est non admitti coniecturas æquivocas, & in 37
utramq. partem referibiles, ex adductis apud *Palm. in dec. recollect. dec.* 196. *n.* 22. *Rot. in rec. dec.* 519. *n.* 7. *p.* 2. *dec.* 459. *n.* 38. *p.* 9. *dec.* 490. *n.* 6. *vers. & bene verificantur p.* 14. *ac. dec.* 52. *n.* 19. *p.* 17. itaut nec simul iunctæ quidquam conclu 38
derent, quia sicuti probationes æquivocæ non coniunguntur *Bald. in L. Hæredes palam n.* 3. *ff. de testam. Rot. cor. Molin. dec.* 742. *n.* 22. *in fin. dec* 520. *n.* 40. *p.* 14. *rec.* ita etiam coniecturæ in utramq. partem referibiles *Rot. post. Posth. de Manut dec.* 46. *n.* 7. *& in rec. dec.* 519. *n.* 6. *vers. quia fuit responsum & n.* 7 *p.* 2. *dec.* 253. *n.* 51. *vers. potuerunt enim fieri ab utraq. parte p.* 7. *& dec.* 54. *n.* 19. *p.* 17.

Nec maiorem vim habet altera, quæ afferri poterat desumpta ex correspondentia Canonis cum fructibus quæ ab ali quibus DD. ponderari solet pro efficaci coniectura ad arguendam Locationem perpetuam, potius quam Emphyteusim, ex late deductis per 39
Rot. cor. Buratt. dec. 334. *n.* 3. *& seqq. ac per tot.* ubi quod est potissimum argumentum Locationis, & prævalet denominationi Emphyteusis, & *cor. Seraphin. dec.* 794. *n.* 1. 5. 6. ubi, quod illa correspondentia Canonis cum fructibus est verus modus discernendi Locationem ab Emphyteusi, & aliæ auctoritates referuntur.

Quoniam quidquid *Rot.* firmaverit in DD. *Decisionibus* non solum probabilior, sed etiam magis recepta est contraria Sententia, quod, ubi agitur de bonis Ecclesiæ, correspondentia Canonis cum fructibus non sit sufficiens coniectura pro arguenda Locatione perpetua, ad exclusionem Emphyteusis, ut late probat *Gabr.* 40
cons. 84. *n.* 12. *lib.* 2. ubi quod si nihil solvitur ab initio, Canoni debet correspondere fructibus alias Contractus non esset in 41
utilitatem Ecclesiæ, ut requiritur *Gob. cons.* 24. *n.* 12. *Marescott. var. lib.* 2. *cap.* 76. *n.* 26. ubi, quod pro parva pensione ab Ecclesia concedi possunt res steriles, sed res fructiferas nemo est adeo prodigus, qui, cum possit accipere centum, eas concedat 42
pro

pro decem *Pacion. de Locat. cap.* 3. *n.* 24. 26. ubi respondet *decis. Buratt.* quod in eius casu adessent aliæ coniecturæ pro arguenda Locatione *Constant. ad Stat. Urb. annot.* 28. *n.* 15. 16. u-
43 bi, quod res Ecclesiæ, si non sint steriles nunquam conceduntur nisi pensio correspondeat fructibus alias non esset in utilitatem Ecclesiæ *Hodiern.* ibid. *n* 8. *Gizzarell. ad Capyc. Latr. dec.* 18. *n.* 7. *Panimoll. dec.* 132. *n.* 10 & pluries firmavit ead *Rot. ut cor Caprar. dec.* 529. *n.* 7. 8 *cor. Lancett. dec.* 133. *n.* 22. *& dec.* 407. *n.* 6. 7. *cor. Molin. dec.* 1122. *n.* 42. Et quidem, si res Ecclesiæ non steriles aliter in Emphyteusim concedi non possunt,
44 quam pro Canone fructibus correspondente, ut probant supradictæ auctoritates & quod magis est expresse disponit *Text. in* §. *Lex itaq. vers. dudum autem &* § *Quia vero Leonis Auth. de non alien. reb. Eccles.* Et interpretatio qualitatis Contractus desu-
45 mi debet a solitis per *Text. in L. si quis donaturus ff de usufruct. L. certi conditio* § *si nummos ff. si cert petat.* cum aliis plene cumulatis per *Barbos. in loc. com. argum loc.* 52. ubi in specie Contractus Emphyteutici. Ego certe non video, quomodo sustineri possit, quod sit coniectura exclusiva Emphyteusis, correspondentia Canonis cum fructibus quando talis correspondentia, nedum est consueta, sed est conditio necessaria, ut bona Ecclesiæ in Emphyteusim concedantur itaut, aut oporteret hanc speciem
46 Contractus quoad Ecclesias excludere, aut necesse est quod cum prædicta correspectivitate admittantur, ut in proposito advertit *Rot. cor. Lancett. d. dec.* 133 *n.* 24.

Exuberare prædicta mihi visa fuerunt pro exclusione Locationis perpetuæ, suaserunt autem e contra concessionem Emphyteuticam. Primo, quod cum Locatione ad modicum tempus, quæ ab initio contracta fuerat, repugnarent illæ omnes coniecturæ, quæ superius ponderatæ fuerunt §. *Firmata ex his, ac seqq.* itaut novus aliquis Contractus intervenisse dicendus sit compatibilis cum prædictis obligationibus & oneribus quæ per spatium duorum sæculorum sustinuerant Successores Donati antiqui conductoris, & ille alius esse non potuerit, quam aut Emphyteusis, aut Locationis perpetuæ, exclusa Locatione ex iam ponderatis, sequebatur
47 præsumendam esse Emphyteusim, cui potius, quam prætensæ Locationi perpetuæ ipsa iuris regula assistit, ut late superius probatum fuit § *Quamvis vers. oppositam vero, &* § *videtur tamen vers. contraria vero.*

Secundo me confirmarunt in hac Sententia assertiones superius ponderatæ §. *Sesto exhibiti fuerunt*, emissæ in Libris eorumdem
48 Hæredum Donati exprimentes controversam Domum, & Apotecam ab ipsis teneri ad Livellum, quod verbum ex communi usu lo-

loquendi accipitur pro Emphyteusi, ut docet *Bartol. in L.* 1. *n.*
7. *cod. de iur. Emphyt. Alex. conf.* 117. *n.* 12. *lib.* 4. ubi, etiam
si aliquando expressa fuerit Locatio, quæ accipitur largo modo 49
Dec. conf. 146. *n.* 2. *& conf.* 163. *n.* 2. *Roland. conf.* 87. *n.* 1. *lib.*
1. *Menoch. conf.* 372. *n.* 3. 12. ubi quamvis solvens appellatus fue-
rit conductor *Mantic. de Tacit. lib.* 22. *tit.* 3. *n.* 4. *& tit.* 8. *n.* 50
4. *Fulgin. de iur. Emph. in prælud. q.* 7. *n.* 5. *& q* 15. *n.* 14.
& de Canone, quod sit proprium Emphyteusis, nec congrue Lo- 51
cationi adaptetur firmat *Rot. cor. Molin. d. dec.* 1122. *n.* 23.

Tertio eadem qualitas Livellaria efficacius probatur ex dd.
supra enunciatis receputis, ab iisdem DD. Ubertinis in actis pro-
ductis, ut in *d.* §. *Sexto &c.* in quibus tam ipsi, quam Patres
S. Crucis, & Hospitale S. Mariæ Novæ, seu eorum Ministri in
dictam qualitatem conveniunt, ac maiorem vim tribuunt enun-
ciativis Librorum, tum quia cum illis concordant, tum quia
pluries diverso tempore repetitæ, tum demum quia factæ ab u-
traque parte ex late superius adductis citato §. *sexto exhibiti fue-
runt &c.* quibus addi potest *Ruin conf.* 31. *n.* 8. *vers. ubi dicit* 52
hoc verum lib. 1. qui ex doctrina *Imol.* notabiliter firmat, quod
quando scriptura conficitur ut Parti detur (quales sunt receputæ)
& agitur de solo præiudicio scribentis, confessio indistincte con-
tra illum, & hæredes probat, nec quæritur an fuerit cum scien-
tia, vel non id quod confessus est ; Et tanto minus per DD.
Comites impugnari possunt, qui illas produxerunt in iudicio præ-
senti ad præcisum effectum probandi Emphyteusim ut ex produ-
„ ctione diei 27. Maii 1732. „ ibi „ e per giustificazione delle
„ cose opposte, e specialmente non derogando ad effetto di mo-
„ strare la qualità Livellaria della Bottega, e Casa di cui si trat-
„ ta &c. produssero, e producono &c. confirmata in altera pro-
ductione *diei* 10. *Iulii* 1732. ubi in corroborationem dictæ emphy-
teusis, producuntur supradicti Libri Hæredum Del Corno, ad præ-
cisum effectum excludendi quamcumq. erroneitatem, ut dicitur
quod expressa qualitas Livellaria „ resta corroborata dalle par-
„ tite de i Libri delli Autori de i Sigg. Comparenti (& infra)
„ l' asserta erroneità della suddetta espressione della qualità Livel-
„ laria, s'esclude manifestamente dalla multiplicità degli Atti „
In his enim circumstantiis quod confessio sit iudicialis, & ulte-
rius ad præcisum effectum probandi id, de quo agitur inter eas- 53
dem personas, quis potest dubitare, quod probationem faciat ma-
iorem omni probatione, ut in durioribus terminis tradunt *Dec. in
L. Is apud quem n.* 62. *vers. & præterea distinctio cod. de eden.*
ubi etiam facta ad alium finem, & in diverso iudicio quando a-
gitur de iisdem personis *Rot. cor.* [illegible]*cin. dec.* 494. *n.* 1. *& dec.* 54

1242. *n.*

1242. *n.* 5. *cor Cavaler. dec.* 31. *n.* 6. *cor. Cels. dec.* 48. *n.* 4. 12. *cor. Dunozzett. & dec.* 790. *n.* 2. ubi etiam si fuerit inter. alios emissa *cor. Bich. dec.* 291. *n.* 7. *cor. Caprar. dec.* 158. *n.* 17. & *in rec. dec.* 49. *n.* 4 *p.* 7. *de Comit. dec. Senen.* 11. *n.* 22. ubi, quamvis sit confessio Sindici, vel Procuratoris, & in specie con-
55 fessionis emissæ in exceptionibus per *Text. in L. Generaliter* 13. *vers nimis enim indignum Cod. de non numerat. pecun.* „ ibi „ ni= mis enim indignum esse iudicamus, ut quod sua quisq. voce = dilucide protestatus est, id in eumdem casum infirmare &c. „ & *in L. cum præcum* 9. *C. de liber. caus.* probant latissime *Mascard. de probat. concl.* 347. *n.* 16. & *conclus.* 348., *n* 48. ubi quod etiam procedit in quacumq. Scriptura in iudicio producta *Gabriel. de confess concl.* 1 *n.* 4. 15. *Michaler. de posit. cap.* 4. *n.* 17. *Bellamer. dec.* 694. *n.* 3. *vers. dixi etiam*, ubi quamvis facta ad Procuratore, quia dum fit respondendo libello, censetur confessio ne-
56 cessaria *Rot. cor. Verall. dec.* 148. *n.* 2. *lib.* 1. & *post de Luca de dot. dec.* 9. *n.* 24. & *de Iure patr. dec.* 8. *n.* 13. *in Mantiss.* & *de Fideic dec.* 91. *n.* 13. ubi quod confessio semel facta in productione ad fundandam propriam intentionem amplius impugnari non potest *T.* 1.

57 Quin obstet quod per Patres, & Hospitale qualitas prædicta Emphyteutica fuerit impugnata in exceptionibus datis ad eamdem productionem, unde videatur non posse in illa fieri amplius
58 fundamentum, ut conclusionem limitando tradunt *Alex. cons.* 183. *n.* 4. *lib.* 5. *Corn. cons.* 229. *n.* 2. *lib.* 2. *Mascard. d. concl.* 348. *n.* 49. *Surd. dec.* 196. *n.* 5. 7. ibiq. *Hodiern. n.* 2. Primo quia impugnationi prædictæ DD. Comites non acquieverunt, sed imo in replicationibus factis post dictam impugnationem die 10. Iulii 1732. institerunt pro qualitate Livellaria, & in eius confirmationem pro= duxerunt Libros ex quibus dixerunt „ ibi „ restar corroborata = la qualità dell' espressione (nempe Livellaria) contenuta in dd. = Ricevute „ unde, cum impugnatio confessionis non fuerit ac-
59 ceptata, remanet in suo robore ipsa confessio, ut aliis relatis probat *Gratian. discept. for. cap.* 279. *n.* 36. *Giurb. dec.* 10. *n.* 33. *Michalor. de posit. cap.* 26. *n.* 4. 7. ubi licet dictam conclusionem impugnet in positione negata, ratione incompatibilitatis, admittit tamen tanquam veram in confessione resultante ex productione, & cum Patres post dictam novam insistentiam DD. Comitum, & productionem Librorum, ac partitarum pro substinenda qualitate Emphyteutica probationem resultantem ex Libris non impugnaverint, sed ipsi quoq. ex propriis Libris Partitam produxerint enunciantem antiquam Emphyteusim, per obitum tamen ultimi Del Corno resolutam, ut ex productione 19. Augusti 1732. „ ibi „

= lire

„ lire 87. 8. per il Canone della Casa, e Bottega per indivisa con „ S. Maria Nova &c. & infra „ Nota come il nostro Convento „ deve tirare la Pigione della sopraddetta Casa, e Bottega, e „ non più a ragione di Canone „ hinc sequitur, vel declaratio præcedentis contradictionis, tanquam factæ ad solum impugnandum illum effectum, pro quo recentes allegabantur receptæ, qui erat probandi Emphyteusim de præsenti favore Hæredum extraneorum, unde talis impugnatio non redditur incompatibilis cum veritate Emphyteusis respectu temporis antecedentis resultantis etiam a partitis per Conventum productis ex traditis per *Gratian.* 60 *discept. for. cap.* 559. *n.* 54. *vers. quia prædicta ac vers. & prædicta Hodiern. ad Surd. dec.* 196. *num.* 7.

Vel saltem sequitur quod cum ex dicta nova productione Patrum, resultet eorum confessio antiquæ Livellariæ qualitatis, iuxta Authoritates superius allegatas in § *Tertio eadem vers. & tanto minus*, *ac vers. & in specie*, eademq facta fuerit post dictam novam productionem DD. Comitum, iisdem persistentibus in substinendo Livello, dicantur Patres iam destitisse ab impugnanda confessione Adversariorum, & consequenter se posse in ea fundare, quin præcedens obstet impugnatio, ut probant *Gabr. de reg.* 61 *iur. concl.* 1 *n.* 50. *Bellamer. dec.* 357. *in fin. vers. & appellans. Amat. dec. Marcb.* 58. *n.* 6. *repetit. apud Michalor. de Posit. dec.* 80. *n.* 6. *vers. quod ne beneficium*.

Sed quatenus etiam dicta præcedens impugnatio productionis facta per Patres non admitteret superius datam interpretationem, nec modificata remansisset per subsequutam, ut supra novam productionem, attamen satis esset, quod in ea non institissent, prout illam moderarunt in exceptionibus exhibitis die 9. Martii 1732. ab Incarnat. §. *Item salvo perchè in ogni caso &c.* priusquam DD. Comites a confessione Emphyteusis recederent, ad effectum, ut Iudex super tali confessione, si probabilem credat se fundare valeat in proferenda Sententia adversus confitentes, ut tradunt *Alex. cons.* 183. *n.* 5. *lib.* 5. *Gratian. discept. for cap.* 279. 62 *n.* 42. *Gabr. de reg. iur. concl.* 1. *n.* 58. 59. *Hodiern. ad Surd. dec.* 196. *n.* 4. *Amat. d. dec. Marcb.* 58. *n.* 5. *repetit. post Michalor. de posit. dec.* 80. *n.* 5. *Rot. diverf. dec.* 101. *n.* 11. *p.* 2.

Probabiliorem autem, nedum probabilem in casu nostro esse veritatem d. confessionis; nemo inficiabitur considerata utraq. specie Contractus diversi; qui hinc inde prætendebantur nempe Locationis temporalis prætensæ a Patribus fundatis in præcedenti antiqua simili qualitate, cui tamen obstabant circumstantiæ superius ponderatæ §. *Firmata ex his*, *& plurib. seqq.* & Locationis perpetuæ, quam in postremis seris exceptionibus, recedendo a con-

fessione iam facta Emphyteusis, nihil tamen novi producendo sub-
stinere contendebant Comites de Ubertinis. Cui etiam nimium
adversabatur tum regula iuris, quam dictæ descriptiones antiquis-
simæ, & plusquam centum ab hinc annis factæ in Libris Hære-
dum Donati, probabiliter informatorum de vera qualitate Con-
tractus, & receputæ superius etiam ponderatæ §. *Tertio eadem qua-
litas*, Livellum exprimentes, signanter prima ex productis ab ipsis
de Ubertinis, facta durante adhuc Linea Donati, & cum qua præ-
sumi possunt conformes antecedentes, quæ per DD. Comites di-
cebantur amissæ. Ac demum repugnant aliæ coniecturæ, quas in-
ferius ponderabo.

Efficaciam dictæ confessionis, & probationem Emphytheusis
resultantem ex dd. Libris, ac receputis elidere minus valet contra-
ria enunciativa Affictus tam in Libris Patrum, quam Hospita-
lis emissa, & quod in Decima Religiosorum per Patres produ-
cta eadem Domus, & Apotheca describatur locata Donato, quan-
do e contra in iisdem Libris Patruum, altera Domus Emphy-
teutica discretive nominatur *Livella*. Etenim, ultra quod vis
expressionis sub nomine Affictus, seu ut ibi dicitur *Pigione* in
predictis Libris emissæ, etiam si nihil aliud obstaret, quod
illam enervaret, adhuc pugnare non posset cum efficacia proba-
tionis resultantis ab expressione Livelli facta in dictis Libris Hæ-
redum Donati usque ab anno 1616. non solum quia, magis
univoca est expressio Livelli ad denotandam Emphytheusim, quam
nuncupatio Affictus, seu di *Pigione*, ut mox probabitur & lo-
quendo de termino Emphyteusis, & Locationis advertit *Pacion.*
63 *de locat. cap.* 3. *n.* 15. sed etiam quia dictum verbum *Pigione*
legitur emissum in solis Libris Conventus, & Hospitalis ab il-
lorum scriba, qui forsan sequutus est antiquam descriptionem a
principio factam, dum Locatio erat temporalis.

Quod ad evidentiam usque convincitur ex partita ipsius
Hospitalis anni 1694. ubi se refert ad Instrumentum anni 1497.
quod, si attendatur esset quidem Locatio, sed temporalis, ut
prætendebant Patres, & illis satis erat ad victoriam. Ac præ-
terea dicit in prædicto anno 1694. Artem Cambii habere in-
traturam „ ibi „ Fiorini 4. all' Arte del Cambio, che ci ha
„ l' entratura „ quando erant fere duo sæcula, quod illam vendide-
rat eidem Donato; Ex quibus manifeste patet, quod vel atten-
dimus descriptionem, & Locatio erit temporalis iuxta Instru-
mentum anni 1497. ad quod partita refertur. Aut dicimus
scribam ignorasse, quod scripserat, & hoc casu nulla ratio de
dictis enunciativis habenda erit, & tanto minus cum nuncupa-
tio Livelli legatur facta in Libris Donati, mutata antecedenti
deno-

denominatione Affictus, quæ desumi non valuit, nisi ex nova qualitate superventi contractus, & secundum eius naturam, qui esset Livelli.

Et preterea, quia cum expressione Affictus discordant receptæ, quæ conveniunt cum nominatione Livelli, & cum habeant consensum utriusque Partis, & mutuam approbationem expressæ qualitatis, simplici contrariæ enunciativæ in Libris emissæ præferri debent ex superius ponderatis in §. *Tertio eadem qualitas*.

Ultra rationem prædictam quæ sola esset sufficiens, ut denominationi Emphyteusis daretur prælatio, urget præterea, quod in iisdem Libris Patrum, ac signanter in superius expressa partita Libri nuncupati *Entrata del Convento a* 228. eadem solutio nominatur canon; & quod fortius etiam stringit in Instrumento donationis factæ ab olim P. Francisco Del Corno, qui erat ex vocatis, & enunciato in Decima eiusdem Donati *a* 284. exprimitur controversa Apotheca, nec non alia contigua „ alla = Fogna di S. Stefano „ & dicitur „ con obbligo al Sig. Dona= to di pagare li Canoni, e Livelli di quelle = quod compræhendit utramque & ambas obstendit fuisse Emphyteuticas. Et e contra Canon, qui ab iisdem Del Corno solvebatur pro ea Domo, & Apotheca quæ indubie est Livellaria & per extinctionem Lineæ Donati iam reversa est ad Conventum, Canon inquam prædictis vocatur *Pigione*, ut in Libro nuncupato *Campione A a* 477. & rursus in alio *Campione B a* 91. „ ibi „ Redi di Donato devono dare ogni anno scudi 21. 2. = moneta, cioè scudi 12. per pigione di una nostra Bottega, = e Casa a loro Linea masculina concessa, e scudi 9. 2. per pi= gione di un' altra Bottega per non divisa con S. Maria Nuo= va „ ita ut evidenter ex his constet nomen Affictus, seu *Pigione* apud scribam dicti Conventus acceptum fuisse pro Ca- 64
none, quem sub appellatione Affictus compræhendi in specie Emphyteusis post *Bald.* & alios probat *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 8. *num.* 27. prout in subiecta materia, ipsa Emphytheusis quandoque exprimitur sub nomine Locationis, ut testis est *Alex.* 65
cons. 117. *n.* 12. *vers. & hoc verum lib.* 4. *Menoch. cons.* 372. *n.* 12. *Caroc. de locat. in princ. tract. tit. locationis divisio n.* 1. *Pacion. de locat. cap.* 3. *n.* 3. 15.

Patet hinc etiam responsio ad exceptionem Decimæ superius ponderatam, quatenus in ea Apotheca enunciatur locata Donato, accipiendo Locationem iuxta mox relatas authoritates; Quamvis ex alio etiam Decima prædicta nil concluderet ad intentum, cum loquatur de tempore, quo vere Apotheca erat locata.

cata ad breve tempus, ut convincitur ex eo quod addit „ il re-
» sto è di S. Maria Nuova, e del Arte del Cambio &c. „ &
sic ante annum 1498 vendictionis intraturæ per Artem prædi-
ctam factæ Donato, quo tempore indubie erat temporalis Lo-
catio, ut superius probatum est §. *cum enim & seqq.*

Nec magis efficax ad intentum est alia enunciativa facta in
iisdem Libris Hospitalis, & continuata usque in tempus proxi-
mum Disdictæ per quam exprimitur Hæredes Donati tenere Apo-
thecam = a pigione a Locazione finita = quia talis expressio
potius in contrarium retorqueur ex eo, quod cum dicat Loca-
tionem fuisse finitam, excludit Locationem amplius durare, &
eius loco ostendit diversam speciem concessionis successisse, quæ
non erat Locatio, & consequenter esse non poterat, nisi Emphy-
teusis (nam census, nec prætendebatur, nec præsumi poterat in
re de antiquo dominio Ecclesiæ) unde hic quoque in illius ver-
bis *tiene a pigione* accepta fuit Locatio pro Livello, prout idem
terminus Locationis pro denotanda Emphyteusis ultra superius
66 relatas auctoritates adhibitus fuit in superius citata *Romana Do-
mus, seu Domorum cor. Molines*, inter eius impressas *dec.* 1122.
num. 16. & prout ipsum pariter verbum *Pigione* in specie Em-
phyteusis adhibuerunt PP. Litis Consortes in descriptione su-
perius ponderata § *ultra rationem*. De cœtero, quod sub nomi-
ne Locationis finitæ veniat Locatio non finita, & perp tua, ad-
mittere non potui, nec admisissem concurrentibus coniecturis,
quæ tamen nullæ aderant, alicuius efficaciæ, quia esset intel igen-
tia de directo contraria verbis, & coniecturæ admittuntur solum
pro illis interpretandis, non pro eorum sensu evertendo, & ubi
67 eadem sunt clara, non est locus coniecturis *vulgatis iuribus*.

Demum ad declarandam vim dictæ confessionis, & productio-
num demonstrantium qualitatem Emphyteuticam controversæ Apo-
thecæ suffragare non valet, quod productio facta fuerit in parte &
partibus favorabilibus, & ideo contra producentes retorqueri non
valeat, quatenus reddatur præiudicialis, sed habeatur pro non fa-
cta, secundum cautelam ad prædictum effectum practicari solitam
68 & de qua præ cœteris *Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 2. *n.* 151.
Add. ad Ludovis. dec. 238. *num.* 15. § *Limitatur* aliisque relat.
Osasc. dec. 39. *num.* 7. quia cum productio supradicta facta fue-
rit principaliter ad præcisum effectum probandi Emphyteusim,
69 tamquam fundamentum propositæ exceptionis, clausula prædicta
nihil operatur *Osasch. d. dec.* 39. *num.* 26. 32. §. *Præterea*, ubi
quod si cum productione Instrumenti adest confessio contentorum
70 in eo, tunc confessio præiudicat *Rot.* post alios *cor. Falconer. tit.
de usur. dec.* 39. *num.* 9. & ponderatum quoque fuit in *Corto-*

nen.

nem. detractionum 14. *Septembris* 1731. § *excluditur vero vers. non refragante cor Me*. Et ratio est, quia involvit contradictionem quod quis aliquid producat ad certum finem probandum & quod in ea parte, quæ concernit illum finem nolit esse productum.

Quarto demum non parum me movit ad firmandam Emphyteusim potius, quam Locationem perpetuam, consuetudo tam huius Regionis, in qua longe frequentiores sunt similes contractus Livelli, super quibus in Foro sæpe lites occurrunt, quam Locationis perpetuæ, cuius speciei concessiones nunquam, aut fere numquam in hoc Tribunali Mercantiæ vidi ad Forum deductas: Tum multo magis solitum eorumdem Patrum, qui plures habent debitores livellarios, & in specie non longe a Domo controversa, imo eidem contigua, similem concessionem livellariam fecerunt ipsi Donato. Hæc enim consuetudo, seu solitum Regionis, & multo magis eiusdem Domini directi, est coniectura efficacissima pro arguenda qualitate Contractus, an sit Livelli, Census, vel Locationis, ita ut deficientibus contrariis præsumptionibus sola æstimetur sufficiens pro interpretanda concessione eiusdem naturæ 71 per *Text. in Leg semper in stipulationibus ff. de reg. iur* & probant *Dec.* ibidem *num* 8 *Ias. in Leg.* 2. *num.* 165. *vers. istam quæstionem Cod. de iur. emphyt. Alex. cons* 124. *num.* 4. *lib.* 5. *Honded cons.* 81. *num.* 18. *vers. accedente lib.* 2. *Altograd. cons.* 13. *n.* 14. 72. *vers. vel si in loco lib.* 2. *Molin. de contract. disp.* 381. *num* 6. *vers. ut si emphyteusis Everard. Topyc. legal loc.* 13. *vers. & si contractus Fulgin. de iur. emphyt. in prælud. qu.* 8. *n.* 17. *vers vel si in Provincia Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 106. *n.* 14 *Mascard. de probat. concl.* 281. *n.* 7. & in specie consuetudinis particularis concedentis firmat idem *Ias. dict. Leg.* 2. *num.* 160. *vers. dicit tamen Cod. de iur emphyt. Dec. d. Leg semper in stipulationibus num.* 8. ubi quod prius inspicitur consuetudo contrahentis, & in specie Ecclesiæ concedentis *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 5. *num.* 11. prout etiam interpretationem sumendam esse ex bonis contiguis firmat *Rot. cor. Cavaler. decis.* 93. *num.* 11.

Constabilita ex prædictis qualitate Emphytheutica controversæ Domus, & Apothecæ Defensores DD. Comitum adhuc excludere prætendebant devolutionem, quia licet extincta esset Linea Donati non tamen dicenda foret resoluta concessio, ad quem effectum necessarium omnino esset, quod Patres, & Hospitale, qui erant Actores plene, & concludenter probarent casum devolutionis, & consequenter quod emphyteusis esset restricta ad Lineam Donati, & non transitoria ad Hæredes extraneos, iterum

repetendo beneficium possessionis immemorabilis, quæ solet tribuere facultatem allegandi quemcumque meliorem titulum possibilem, & sic etiam illum concessionis transitoriæ ad extraneos, quamvis agatur de bonis Ecclesiasticis, quia etiam Ecclesia non raro
72 similes concessiones facit, ex *Ruin. cons.* 50. *num.* 1. *vers. num quamvis lib.* 1. ubi quod non sufficit investitura facta iure emphytheusis. *De Luc. de emphyt. disc.* 37. *num.* 2 10. §. *Et licet* ubi ponderat dictam rationem quod etiam Emphyteusis Ecclesia-
73 stica datur transitoria ad Hæredes extraneos, & ideo, ut sit locus devolutioni, non sufficit sola præsumptio, quod censeatur restricta ad Hæredes sanguinis, *Rot. cor. Millin. dec.* 11. *num.* 8. *coram Emerix. dec.* 1114. *n.* 1. *&* *dec.* 1245. *num.* 10. *ac in rec. dec.* 76. *num.* 7. *par.* 12.

Huiusmodi obiectum, quod prima facie non leviter urgere videbatur resolvebatur in præsenti, & pœnitus corruebat ex eo quod in casu nostro dubitari non poterat, nec fuerat controversum, & ex abundanti satis fuit superius probatum antiquum originale dominium Domus, & Apothecæ penes Conventum, & Hospitale, ut in §. *Cum enim*, & rursus § *Videtur tamen*, quo posito, nec dubitabilis est conclusio communiter recepta, quod
74 Emphyteusis Ecclesiastica non præsumatur transitoria ad Extraneos, sed restringatur ad Descendentes, ut docent *Ias. in Leg.* 2. *num.* 160. *vers. istam conclusionem C. de iur. emphyt. Menoh. cons.* 532. *num.* 16. *Ruin. cons.* 169. *num.* 7. *lib.* 1. *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 5. *num.* 16. *&* *tit.* 19. *num.* 19. *Covarruv. var. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 5. *in fin. vers. quamvis fateor*, *Fulgin. de iur. emphyt. tit. de contract. emphyt. qu.* 12. *num.* 3. 5. *Pacion. alleg.* 37. *num.* 1. *&* *de locat. cap.* 53. *num.* 25. 30. 34. *De Luc. de emphyt. disc.* 31. *num.* 2. 3. ubi quod est regula incontrovertibilis *Amendol. ad Franch. dec.* 235. *num.* 8. *Magon. dec.* 12. *n.* 2. 7.
75 12. ubi quod nunquam comprendit hæredes extraneos, nisi sit præcise dictum *Rot cor. Caprar. dec.* 529. *num.* 2. *coram Lancett. dec.* 133. *num.* 4. *&* *dec.* 407. *num.* 12. *&* 16. ubi quamvis con-
76 cessa pro hæredibus *cor. Molin. dec.* 638. *num.* 19. *in rec. decis.* 211. *num* 16. *par.* 6. *&* *dec.* 427. *n.* 10. 11. *par.* 9. *dec.* 209. *n.* 1. *par.* 10. *dec.* 340. *n.* 2. 5. *par.* 11. idemque firmatur in *Florentina fideic.* 30. *Septembr.* 1701. *num.* 210. §. *quæ fortius cor. Bellutio*, *&* *in Florent. Devolutionis Bonorum* 16. *Septembr.* 1716. § *in iure cor. Philppo Luci*. Imo quod non præsumatur excedere tertiam generationem firmant plerique ex dictis auctoritati-
77 bus quibus addi potest *Roderic. de ann. reddit. lib.* 1. *qu.* 15. *n.* 52. *Torr. var. quæst. tom.* 2. *fol.* 487. *num.* 16. *Rot cor. Peuting. dec.* 259. *n.* 10.

Quæ

Quæ quidem conclusio quod emphyteusis concessio, non præsumatur excedere tertiam generationem, aut ad summum Lineam Descendentium, nedum procedit, ubi constat de investitura, ac eius verba sunt dubia, & apta comprehendere etiam Hæredes extraneos si ageretur de Emphyteusi laicali, ut firmant auctoritates superius relatæ, sed locum quoque sibi vindicat, & potiori ratione, ubi probato antiquo dominio Ecclesiæ possessor ex longa uniformi solutione Canonum prætendit ius emphyteusis præscripsisse in diminutionem præcedentis liberi dominii Ecclesiæ; hoc enim casu nulla est ratio, ob quam emphyteuta plus prætendere possit acquisisse præscriptione, quam solita sit Eccle- 78
sia concedere expressa dispositione, sed præscriptio sequitur naturam bonorum, super quibus versatur & tamquam sine certa lege recipit legem a qualitate, & solito personarum quæ concesserunt, ut egregie docet *Bald. in Leg. liberti Cod. de oper. libert. & in cap.* 1. § *fin. de feud. dat. in vic. leg. commiss.* ubi quod sicut in Feudis Ecclesiæ concessio sine personarum distinctione intelligitur usque in tertiam generationem, ita etiam emphyteusis ex præscriptione acquisita, & post *Angel. Roman.* & alios idem 79
tradit *Ias. Leg.* 2. *num.* 160. *vers. istam conclusionem limito, & n.* 161. *Ruin. cons.* 61. *n.* 11. *vers. & hoc modo lib.* 1. ubi quod si solutio sit facta tit. Emphyteusis restringitur ad certam speciem Emphyteusis ex qualitate eius, cui solvitur quæ si est Ecclesia, 80
præsumitur temporalis, & usque ad tertiam generatiouem *Mascard. de probat. concl.* 603. *n.* 27. *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 5. *num.* 16. *Fulgin. de iur. emphyt. tit. de contract. emphyt. qu.* 12. *n.* 5. *& qu.* 27. *num.* 13. *vers. quod non habet locum Roderic. de ann. reddit. lib* 1. *qu.* 15. *num.* 52. ubi quod præscriptio se- 81
quitur naturam rei præscriptæ, & ideo in rebus Ecclesiæ in Emphyteusim acquisitis restringitur ad tertiam generationem *Pacion. de locat. cap.* 53. *num.* 115.

Cui receptissimæ Sententiæ non repugnant auctoritates superius in contrarium relatæ, & quæ illis addi possent, quia loquuntur & accipiendæ sunt in casu in quo de præcedenti dominio nulla sit probatio, aut aliter non constet, quam ex ipsa diuturna solutione Canonum, vel præsumptionibus, & coniecturis non sufficientibus ad plenam talis præcedentis dominii probationem complendam, quæ licet admitti possint in iudicio manutentionis, aut ad effectum exigendi canones, vel laudemium, & similes minus præiudiciales, secus iu iudicio reivindicationis, in quo probatio dominii requiritur, & quidem plena, & concludens, nec sufficit præsumptiva, quæ deducitur ex solutione canonum, aut etiam concessione emphyteusis, ex ea ratione, quod etiam

res

res aliena vendi, & in emphyteusim dari possit, etiam acquisita ab ipso Emphyteuta per modum apodiationis, vel simili, unde Ecclesia, quæ aliter non probat dominium, contentari debet conservatione illius iuris, in cuius possessione est, & non illud
82 extendere in præiudicium recognoscentis, ut in his terminis & per rationes prædictas loquuntur relatæ auctoritates, & signanter *Ruin. d cons.* 50. ut constat ex *num.* 18. *vers. secundo principaliter De Luc disc.* 37. ubi controvertebatur dominium, ut constat *num.* 1. *vers. ex eo præsertim Rot. cor. Millin. dec.* 11. *num.* 8. *in rec. dec.* 76. *par.* 12. *rec. ut num.* 2. 15. & dominio supposito non amplius in præsumptione perpetuitatis insistit, sed se fundat in concessa facultate alienandi, ut *num.* 19. *Rot. vero cor. Emerix. dec.* 1114. *&* 2245. se fundat in eo, quod ex coniecturis resultaret non fuisse Emphyteusim, sed Locationem perpetuam super qua conclusione satis fuit dictum supra, §. *Quamvis enim &* § *quoniam quidquid Rota*. Et supposita emphyteusi etiam *Rota* in d. Causa admittit devolutionem, ut *d. dec.* 1114. *n.* 8. 9.

Fundamento prædicto pro restrictione nostræ emphyteusis ad Lineam Donati, desumpto ex qualitate bonorum Ecclæsiasticorum, accedit aliud magis speciale, quod procedit etiam in bonis Sæcularibus, deductum ex consuetudine concedentis superius quoque ponderatum ad alium effectum probandi qualitatem emphyteuticam, quia solitum Conventus non solum est, ut ibi diximus concedendi in emphteusim magis, quam in locationem perpetuam, sed etiam illas stipulandi restrictive ad descendentes accipientis, nullatenus comprehensis hæredibus extraneis, ut omissis aliis similibus contractibus etiam ad Forum deductis, & ideo in hac Curia notis signanter constat ex superis quoque expensa concessione emphyteutica, stipulata inter eumdem Conventum, & eumdem Donatum de apotheca contigua illi, de qua agitur, & fortasse concessa eodem anno, aut tempore illi proximo. Quæ consuetudo tot identificis concomitantibus circumstantiis constipata solidissimum statuit fundamentum pro iudicanda etiam concessione, de
83 qua agitur eiusdem naturæ, & conditionis, ut de sola consuetudine concedentis, ad præcisum effectum de quo agimus post *Angel. in Leg.* 2 *Cod. de iur. emphyt.* docet ibi *Ias. n.* 160. *vers. dicit tamen Covarruv. var. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 4 *vers. sicuti, & eadem* ubi quod solitum Concedentis præfertur etiam consuetudini Regionis, & prius *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 6. *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 5. *n.* 11.

Hæc quoad primam partem obiecti, & quoad oppositam necessitatem probandi restrictionem concessionis ad Descendentes Donati, dixisse sufficit. Quatenus vero ulterius pro compræhen-

hensione extraneorum repetebatur possessio annorum biscentum, habens vim immemorabilis, & tribuens facultatem allegandi quemcumque titulum, & consequenter etiam, quod concessio facta fuerit pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, difficultas resolvitur ex eadem responsione superius data simili obiecto, quatenus ex solutione plusquam centenaria desumebatur titulus Locationis perpetuæ, hic pariter congruente, quod nempe super controversa qualitate Emphyteusis hæreditariæ quoad Hæredes extraneos nulla adest possessio, quia usque ad extinctionem Lineæ Donati Del Corno sequutam de anno 1693. Apothecam semper possederunt Hæredes sanguinis, & Descendentes eiusdem Donati, ut autem ex centenaria, seu immemorabili competat beneficium allegandi certum titulum, possessio debet esse confor- 84
mis titulo, qui ex ea deducitur, ut probatum est supra § *Prædicta quamvis &c* & quidem univoce, ita ut referri non possit ad alium titulum *ex auctoritatibus ibid. allegat.* & maxime adversus iuris præsumptionem, quæ est pro restrictione ad Descenden- 85
tes, & cum qua sufficit, quod possint conciliari ad excludendam possessionem ex titulo contrario, *Rot. post De Luc. de iurisdict. dec. 7. num. 23. in Mantiss. & cor. Ansald. dec 31. num. 15. vers. adhuc cum.* Et adeo requiritur certa probatio prætensæ observantiæ ad hunc effectum, ut non admittantur probationes coniecturales, & præsumptivæ, quia daretur præsumptio præsumptionis, ut ad debiliorem effectum præsumendi solum benepla 86
citum expendunt *Marescott. var. lib. 1. cap. 13 n. 14. Add ad Ludovis. dec. 354. n. 18.* aliisque relat. *Rot. cor. Ottobon. dec. 159. num. 12.*

Nec dicatur quod saltem post obitum Donati iunioris extincta Linea prædictorum Descendentium, cum illius hæredes extranei ab anno 1694. pensionem solverint nomine Livelli, qualitatem emphyteuticam, tamquam transitoriam etiam ad extraneos præscripserint, Quia ultra quod respectu Hospitalis nulla exhibita fuit solutio, aut recepta ab illius Ministris facta post obitum Donati, quæ faciat mentionem Livelli, sed quæ producta fuit cum dicta expressione; apparet facta vivente ipso Donato & quod respectu Conventus S. Crucis non probatur Capitulum, & Patres habuisse scientiam, quod post dictum obitum receptæ 87
ab exactore fierent dicto nomine Livelli, sine qua scientia nulla datur præscriptio, ut monet *Gratian. discept. for. cap. 681. n. 31.* ubi quod procedit in omni præscriptione *Surd. dec. 236. num. 16. Tomat. dec. 44. n. 26 Rot. cor. Merlin dec. 811. n. 9. cor. Molin. dec. 83. n. 25. dec. 299. n. 11. & dec. 643. num. 6. in rec. dec. 558. num. 14. 15. par. 5. tom. 2. dec. 4. num. 8. 9.*

par.

par. 9. *dec.* 143. *num.* 13. *par.* 15. & cum agatur de facto alieno, nempe exactoris, ignorantia præsumitur *Gratian. d. cap.* 681. *n.* 30. *Rot. cor. Molin. d. dec.* 643. *n.* 7. *& in rec. dec.* 4. *num.* 9. *par.* 9.

Ulterius cessat in casu nostro facultas allegandi præscriptionem, nedum centenariam, aut immemorabilem, quæ deficiente titulo, qui nullus adest in hypotesi, esset necessaria, sed neque
38 ordinariam quadraginta annorum, quæ exigitur in bonis Ecclesiæ etiam concurrente titulo putativo, ut docet *Felin. in cap. de quarta num.* 2. *de præscript. Fulgin. de iur. emphyt. tit. de solut. canon. qu.* 1. *n.* 253. *Rot. coram Buratt. dec.* 774 *num.* 4. 5. *in rec. dec.* 628. *num.* 27. *par.* 18. *dec* 251. *n.* 38. *par* 19. cum a dicto anno 1694. usque ad motam Litem lapsus dictorum annorum 40. non concurrat.

Et ita &c.

Martius Venturinus Auditor.

DECISIO XXXI.

PODIIBONITIEN PRÆTENSÆ SERVITUTIS ITINERIS.

Anni 1735. *cor.* AUD. ANTONIO DOM. NOVELLI.

ARGUMENTUM.

SErvitus discontinua sine titulo non præscribitur per 40., vel 50. Annorum, sed requiritur tempus immemorabile, & testes de immemorabili deponentes provecti esse debent, & a maioribus hoc audivisse necesse est ut fateantur. Quomodo petitorium cum possessorio ex tacita Partium voluntate cumuletur.

SUMMARIUM.

1 *Servitus Pactionibus, stipulationibus, Testamentis, & Contractibus constituitur.*
2 *Servitutes Causam disscontinuam habentes sunt itineris, viæ, & similes.*
3 *Discontinua servitus ut præscribatur non sufficit lapsus* 40. *vel* 50. *Annorum, sed requiritur Immemorabilis.*
4 *Testes de hac Immemorabili debent non solum de scientia propria, verum etiam de scientia maiorum a quibus hoc audiverunt, præcise deponere.*

5 *Ser-*

5 *Servitus discontinua non præscribitur sine titulo, quia iure præcarii, vel familiaritatis possideri potest.*
6 *Servitus per Præscriptionem non constituitur, ignorante Domino Fundi servientis.*
7 *Testibus omni exceptione maioribus, & peritioribus maior fides est adhibenda.*
8 *Servitutes per æmulationem, & malignitatem concedi non debent.*
9 *A Possessorio non convolatur ad Petitorium.*
10 *Manutentione summarissima proposita suspensum dicitur quodcumque iudicium.*
11 *Petitorium cum possessorio cumulatur, nisi protestetur contra acta ad effectum cumulandi ab alia parte gesta.*
12 *Manutentio danda non est Possessori, cui ius resistit, nisi docto de legitimo titulo.*
13 *Actor intentionem non probans, & iniuste vexans reum in expensis damnatur.*



L'Inibitoria ottenuta dal Sig. Sergente Lorenzo Vincenti di Poggibonsi contro il Sig. Cerusico Giuseppe Andrea Damiani dal Magistrato loro sotto il dì primo Luglio 1734. ho creduto doversi confermare, e proibire in perpetuo a detto Damiani di passare per il Campo del Vincenti.

Atteso, che ad effetto, che il Damiani potesse passare contro la volontà del Vincenti per il suo fondo, sarebbe stato necessario, che egli avesse acquistato la servitù di detto Passo, o per via di compra, o d'altro Contratto, o Disposizione testamentaria, o per via di legittima prescrizione, essendo li due modi, co' quali s'acquistano tali servitù §. *Si quis velit Instit.* 1
de servit. urban. prædior. L. potest. etiam 17. *ff. commun. prædior. L. si testamento* 30. *ff. de servit. urban. prædior. Cyriac. contr.* 28. *num.* 7. *Cepoll. de servit. urban. prædior. cap.* 19. *num.* 1. *Gabr. consil.* 141. *num.* 3.

La servitù per via di Contratto, Donazione, o Testamento non si è pretesa, nè si pretende acquistata dal Sig. Damiani ad effetto di passare sopra detto fondo; Perciò la disputa si ristringe a vedere, se dal medesimo, e suoi Autori possa essere stata acquistata per via di prescrizione, come egli pretende di provare col deposto di molti Testimoni fino al numero di dodici, quali dicono d'aver visto passare per detto Vicolo chi da due, chi da dieci, chi da venti, chi da trentuno, e uno da cinquant'anni in qua. Tut-

Tuttavolta ho creduto insufficienti tali prove, atteso che si tratta di servitù discontinova, quale è la servitù del passo
2 *ex L. foramen ff. de servit. urban. prædior. Andreol. controv.* 178. *num.* 4. *Cæpoll. de servit. urban. prædior. cap.* 19. *num.* 4. *Honded. cons.* 79. *n.* 33. *&* 65. *Menoch de retin. possess. remed.* 5. *num.* 50., con gli altri ivi riportati, e non basta perchè resti legittimamente prescritto, il lasso di quaranta, e cinquant' anni, ma è necessaria la prova dell' immemorabile fatta nella forma prescritta da' Dottori nella *L. hoc iure §. Ductus aquæ ff. de*
3 *aqua quotid. & æstiv. Andreol. controv.* 138 *num.* 5. *Gratian. discept. for. cap.* 681. *num.* 39., ubi *Carol. Anton. De Luc. num.* 6 *vers. servitutibus. &. Eminent. De Luc. de servit. disc.* 95. *n.* 5.. *& Rot. decis.* 949. *n.* 23. *cor. Molin.*, dovendo in questo caso li Testimoni, che depongono sopra l' immemorabile non solo essere d'età molto avanzata, e deporre per tutto il tempo della loro vita, e cognizione, ma ancora d'averlo sentito dire da' loro Vecchi, e che i loro Maggiori non avevano di ciò memoria in contrario, come in proposito dice *Oldrad. cons.* 244. *vers.*
4 *ad istud respondetur, Paris. cons.* 27. *n.* 47. *& seqq. usque ad* 66. *vol.* 1. *& cons.* 104. *num.* 121. *vol.* 1. *Gabriel. comm. conclus. tit. de præscription. num* 74. 78 *&* 81. *Mascard. de probat. concl.* 1038. *n.* 1. *&* 2.

Perciò non avendo nel caso nostro alcun Testimone, che deponga del tempo immemorabile di questo passo, essendo il più audace arrivato a deporre di anni cinquanta, che patisce ancora molte eccezioni personali, oltre la singolarità nel suo detto, e gli altri depongono di due anni, chi di dieci, chi di quindici, o sedici, chi di venti; e due che nell' Attestato avevano detto di anni quaranta, e per tempo immemorabile, nelle recognizioni della Fede dicono di anni trent' uno, ritrattando la Fede medesima, non puol dirsi in conto alcuno provata tale servitù, la quale ricerca, come sopra si è mostrato, la prova dell' immemorabile, o la quadragenaria col titolo, potendosi in altra forma senza l' allegazione del titolo attribuire il possesso ad una convenienza, e benevolenza del Padrone in permettere il passo, o pure ignoranza del medesimo, nel qual caso nè pure potrebbe giovare, ad effetto d' ottenere la manutenzione per il *Testo* = *espresso nella L. fin. ff. de itin. actuque privati* „ ibi „ *Si per* = *fundum tuum, nec vi, nec clam, nec precario commeavit ali-* = *quis, non tamen tamquam id iure suo faceret, sed si probibea-* = *tur non facturus, inutile est ei interdictum de itinere, actuque,* = *nam ut boc interdictum competat ius fundi possedisse oportet* „ latè *Gratian. cap.* 681. *num.* 40. *cum seqq.* ubi *Carol. Ant. De Luc.*

n. 8.

n. 8. *verſ. ut competat*, *Eminentiſs. De Luc. de ſervit. diſ.* 95. *num.* 3. & 5. & *de regal. diſc.* 136. *n.* 3. *Manſ. conſult.* 638. *n.* 9. & *Rot. deciſ.* 101. *n.* 14. & *per tot. par.* 4. *rec. tom.* 2. & *deciſ.* 398. *n.* 4. *par.* 14.

Dovendoſi di più reflettere, che non ſolo non reſta provata la ſervitù, o coll'uſo del paſſo per tempo immemorabile, o per anni quaranta col titolo, dal Depoſto de' Teſtimoni ſuddetti indotti per parte del Damiani Attore, ma più toſto viene totalmente eſcluſa col depoſto de' Teſtimoni indotti dal Vincenti, contro li quali non militano tante eccezioni perſonali, quante ne patiſcono quelli indotti dal Damiani, che ſono quaſi tutti ſuoi Operari, e dependenti, e queſt' altre Perſone più qualificate, e depongono, che in quel luogo non vi è mai ſtato il paſſo altro, che per Cacciatori, o Peſcatori, o pure ſe qualcheduno vi è paſſato, e ciò ſeguito, o ſenza ſcienza del Padrone, o pure colla ſua licenza, e permiſſione, la qual circoſtanza è totalmente eſcluſiva della ſervitù, che non ſi puole indurre ſopra il fondo d' un altro, mentre apertamente, e con ſcienza del Padrone del medeſimo fondo non ſiano ſopra di eſſo paſſati, come ferma *Alex. conſ.* 168. *num.* 14. *in fin. verſ. quia reſpondetur lib.* 2. *Gabriel. conſ.* 145. *num.* 4. *Honded. conſ* 6
79. *num.* 71. *Cepoll. de ſervit. urban. prædior. cap.* 19. *num.* 6. & *num.* 8. *verſic. ſis ergo cautus*, & *Rot. deciſ.* 101. *per tot. par.* 4. *recent. tom.* 2., e però ſenz' alcun dubbio al Depoſto de' ſuddetti Teſtimoni, come meglio informati, e più periti, e incapaci per le loro qualità perſonali, dell' eccezioni, che patiſcono gli al- 7
tri, deeſi preſtar maggior fede *L. ſemel. C. de re milit. lib.* 12. *Alex. conſil.* 148. *n.* 1. *vol.* 2. *Maſcard. de probat. concl.* 1169. *n.* 14.

E tal Depoſto renderſi molto più veriſimile di quello de' Teſtimoni indotti dal Damiani, col reflettere quello, che dicono li medeſimi Teſtimoni del Damiani unitamente, cioè, che vicino al Campo del Damiani vi è la Strada maeſtra, e comoda, e che per quella deve paſſarſi per andare a d. Campo, e che il medeſimo, non ha nè utilità, nè neceſſità di paſſare per il Campo del Vincenti, dal che ſi riconoſce eſſer veriſſimo quello, che dicono i Teſtimoni del Vincenti, cioè, che per detto Campo del Vincenti non vi ſia ſtato il paſſo altro, che per Cacciatori, e Peſcatori, non già per li vicini al medeſimo, per non vi eſſere tal biſogno, e che il Damiani ſe ne ſerve per emulazione, e picca, che ha contro il Vincenti, il che non deeſi in conto alcuno permettere, ex traditis per *Emin. De Luc. de* 8
regalib. diſc. 79. *num.* 10. *de ſervit. diſc.* 41. *num.* 6. & *in ſumma num.* 15. & *de cred. diſc.* 42. *n.* 8.

Riconoscendo li Difensori del Sig. Damiani l'impossibilità della prova di tal servitù, sono ricorsi ad un'altro non meno debol refugio dell'ordine del Giudizio, pretendendo, che in questo Giudizio non sia stato luogo ad altra disputa, che del puro sommarissimo possessorio, per avere il Vincenti principiato coll'Inibitoria del Magistrato loro fatta a sua istanza al Damiani sotto il primo Luglio 1734., che non ardisse passare per detto Campo, ed avere il Damiani con sua Domanda del dì 6. Settembre 1734. fatto istanza d'essere mantenuto *nel pacifico possesso del passo per detto Campo*, perciò doversi esaminare, e decidere il possessorio prima d'entrare nella disputa del petitorio,
9 e riconoscere se compete o nò la servitù del passo a detto Damiani, secondo la regola del *Testo in §. Retinendæ instit. tit. de interd. con infiniti DD. riportati dal Savell. in Summ. §. Manutentio num. 31.*, e da' Difensori del Damiani.

Ma quello, come sopra ho accennato non è meno miserabile refugio del primo; giacchè non si negano in astratto come sacrosante le proposizioni portate in questo proposito per l'appoggio, che hanno sulla chiara disposizione delle Leggi, solo si dice non essere al caso nostro in conto alcuno adattabili, per essersi tanto per parte del Vincenti, che per parte del Damiani in questo Giudizio sempre discorso del merito della Causa, e del titolo della servitù senz'alcuna protesta del Damiani, fatta in contrario di non volere entrare a disputare il merito, ma d'a-
10 vere allegato il titolo della servitù semplicemente *ad colorandam suam possessionem*, come doveva fare, se non voleva entrare nel merito di detta Causa, ma contenersi nel puro, e mero possessorio sommarissimo, come ferma il *Posth. de manut. observat. 7. num. 8. & 9. Pacif. de Salvian. interd. inspect. 1. cap. 4. num. 21. Emin. de Luc. de feud. disc. 56. num. 6. & disc. 127. num. 4. Rot. coram Molin. decis. 703. num. 1. & 2. tom. 3. par. 1. & in rec. decis. 524. num. 1. & 7. par. 5. tom. 2.*

Che poi per parte dal Damiani non solo siasi permesso, che il Vincenti sia entrato a disputare il merito senza sua contradizione, ma egli medesimo abbia ciò positivamente fatto apparisce in

Primo luogo dalla Domanda dal medesimo fatta sotto il suddetto dì 6. Settembre 1734., opponendo all'Inibitoria del Vincenti dice: *Atteso che detto Sig. Comparente, e suoi Autori hanno sempre avuto la servitù del passo per detto Campo da più di quarant'anni in quà, conforme costa, ed appare da Attestati &c., quali produce &c.*, le quali parole fanno più che chiaramente conoscere, che egli non voleva stare nel puro possessorio

rio

rio sommarissimo, perchè averebbe detto, che egli per esservi passato alcune volte, dee essere mantenuto in questo possesso di passare, e non avrebbe detto, che egli, e li suoi Autori hanno sempre avuto la servitù del passo da più di quarant'anni in qua, non essendo necessario per ottenere la semplice manutenzione, che i suoi Autori avessero tal servitù, nè che fusse prescritta detta servitù, ne che fossero passati più di quarant' anni, perciò l'Istanza susseguentemente fatta d'essere mantenuto in possesso, deesi intendere del possesso qualificato, col titolo di servitù già prescritta come prima aveva detto per il suo possesso, e de' suoi Autori per lo spazio di più di quarant'anni.

In secondo luogo ciò meglio apparisce da una Scrittura d'insistenza, e produzione fatta da detto Damiani, per maggiormente provare doversi revocare la detta Inibitoria sotto di 16. Dicembre 1734., ivi, *Stante che per la medesima Stradella il Sig. Comparente vi ha acquistato la servitù, e passo, come ha giustificato con i Testimoni indotti con sua Scrittura del dì 6. Settembre* 1734.„ e più a basso „ *e benchè con detta Scrittura abbia giustificato il suddetto passo, e servitù &c. non ostante produce altro Attestato di più Persone, quali giustificano esser più anni esservi la suddetta Strada &c.*, da'quali Atti rendesi indubitata la maniera, con cui si è proceduto in questa Causa, che non è stato il semplice possessorio sommarissimo, ma possessorio plenario, colla cumulazione del petitorio, e discussione del merito.

In terzo luogo resulta parimente detta cumulazione di petitorio dalle sempre reiterate istanze, proteste, e prove fatte per parte del Vincenti, per mostrare, che al Damiani non competeva tal servitù, con avere ancora prodotto molti Testimoni, e fatto istanza darsi dal Damiani gl' Interrogatori, quali appariscono dati dal medesimo, senza farsi mai la protesta contraria alla cumulazione di detto petitorio contro alcuno degli Atti a quell' oggetto fatti dal Vincenti, come insegna *il Posth. de manut. d. observat.* 7. *num.* 34. 11

Perciò constando da tutto il Processo della nullità del titolo, a cui s'appoggia il preteso possesso per parte del Damiani, cioè, che al medesimo non compete la servitù del passo sopra detto Campo del Vincenti, ne viene in conseguenza, che al medesimo non sia dovuta la manutenzione, e che contro il medesimo siasi dovuta fare la confermazione dell'Inibitoria del Magistrato loro *Menoch. de retin. possess. remed.* 3. *num.* 683. *Rota decis.* 56. *num.* 1. *par.* 8. *rec. decis.* 404. *num.* 1. *cor. Ludov. decis.* 41. *num.* 14. *cor. Priol. decis.* 737. *num.* 10. *corr. Cerr.*, & *cor. Emer. decis.* 1205. *num.* 1. 12

Ho creduto finalmente doversi condannare il Damiani nelle spese del presente Giudizio, perchè egli colla sua Domanda si è fatto Attore, pretendendo di avere acquistato la servitù del passo sopra detto Campo, come sopra si è provato, perciò non avendo fatto tale prova, come succumbente doveva essere condannato nelle spese, perchè l'Attore dee sempre venire istrutto al
13 Giudizio, altrimenti in caso di succumbenza per avere ingiustamente vessato il Reo, si deve con tutta giostizia condannare nelle spese *DD. in L. eum qui temere ff. de iudic.*, *&* *in L. qui in alterius ff. de regul. iur.*, ubi *Dec. num.* 5. *& Cagnol. n.* 26, *& Canonistæ in cap. fin. de dolo*, *& contum. Caball. cons.* 41. *n* 6. *lib.* 1. *& lib.* 2. *cons.* 41. *n.* 4. *cons.* 43. *n.* 4. *cons.* 45. *n.* 5. *cons.* 51. *n.* 4. *cons.* 58. *num.* 5. *& cons.* 95. *num.* 12., ubi ait, quod vix dari potest casus, quod Actori succumbenti parcatur circa expensas, cum debeat esse certus de iure suo antequam agat.

E così, &c.

Anton. Domenico Novelli Audit.

DECISIO XXXII.

ARRETINA NULLITATIS OBLIGATIONIS.

15. *Iulii* 1737. *cor.* Aud. Iosepho Bizzarrini.

ARGUMENTUM.

Fideiussio, & obligatio Mulieris pro eius Viro ultra medietatem suæ Dotis, & absque relevationis spe, etsi interposita fuerit cum necessariis solemnitatibus, & cum renunciatione ad S. C. Velleianum, attamen uti læsiva, & consensu carens infirmatur, & nullitas ex promissæ relevationis defectu allegari potest etiam a Tertiis, ac præsertim excipiendo Ad læsionem Mulieris commensurandam an attendatur tempus illius obligationis, vel restitutionis Dotis.

SUMMARIUM.

1 *Salvianum datur probatis extremis nempe credito cum hypotheca, possessione antiqua debitoris, & moderna rei conventi.*
2 *Non datur contra possidentem ex credito anteriori.*
3 *Mulier vendens simul cum Viro, & favore emptoris cedens iu-*

ra

ra dotalia pro rata venditionis; & pecuniarum per emptorem solutarum, remanet satisfacta de dote.

4 *Ex obligatione nulla auctoris, nullum ius transfertur in heredes.*

5 *Mulieris obligatio tum favore emptoris, tum Fideiussoris est realis fideiussio pro Viro venditore, licet ex verbis appareat Mulierem figuram gessisse Venditricis una cum Viro.*

6 *Fideiussio Uxoris pro Marito ultra medietatem Dotis, & absque spe relevationis, est nulla.*

7 *Et ratio ultra S. C. Velleiani Dispositionem profluit a publica utilitate num.* 8.

9 *Mulieris obligatio ultra dimidiam Dotis sine spe relevationis etiamsi iusta causa, vel iuramentum concurrat, læsiva, consensuque carens existimatur.*

10 *Et procedit etiamsi Velleiano renunciatum appareat, ac solemnitates necessariæ intervenerint.*

11 *Pro mulieris læsione commensuranda, attendendum est tempus illius obligationis, non illud restitutionis Dotis, ut nonnulli voluerunt.*

12 *Talis probatio omnem possibilitatem in contrarium excludere debet.*

13 *Calculus arithmeticus ex sententia graduatoria facit probationem certam.*

14 *Debitor per cessionem bonorum, vel concursum formatum dicitur decoctus.*

15 *Decoctio debitoris cum est notoria, necessaria non est illius excussio.*

16 *Nullitas Contractus Mulieris ab ea tantum adduci potest, non a tertio allegari.*

17 *Nullitas obligationis Mulieris ex defectu promissæ relevationis Dotis, etiam a tertiis est allegabilis.*

18 *Nullitas Contractus Mulieris per viam exceptionis allegari potest etiam a tertiis.*

19 *Sententia lata inter easdem Personas, & super eodem Causæ statu meretur attendi.*

CArolus de Barbanis dimittere coactus Prædium in vocabulo *Monticello* favore Domini Equitis Gasparis Guazzesi, aliorumque creditorum Francisci Pontenani, quod anno 1697. Marco de Barbanis vendiderat prædictus Franciscus una cum Maria Montelucci uxore, eiusque filiis sub fideiussione Iulii, de Martinellis petiit, & obtinuit condemnari ad emendationem secutæ evictionis Laurentium, & alios de Martinellis ab antedicto Iulio causam

 haben-

habentes per Sententiam anno 1733 prolatam a Domino Vicario Generali Arretino. Quapropter propriæ indemnitati consulere studentes antedicti de Martinellis immissionem in vim utilis Salviani interdicti expostularunt ad bona possessa per Dominam Margharitam de Pontenanis coram Iudice Ordinario Arretino; cumque deinde causa ad instantiam Reæ conventæ avocata fuerit ad Magistratum DD. Officialium Pupillorum nobisque ad referendum commissa, pro absolutione dictæ Dominæ Margharitæ a petitis pro parte illorum de Martinellis, concordi suffragio Magistratui prædicto hodie retulimus.

Quandoquidem, etsi iustificatum fuerit ex parte Actorum eorum creditum cum hypotheca resultans ex instrumento venditionis Prædii *di Monticello*, nec non antiqua bonorum possessio penes debitorem, & moderna penes Ream conventam, quibus
1 extremis concurrentibus, agenti in hoc iudicio immissio denegari nequit, *Bartol. in Leg. 1. num. 3 ff de Salvian. iterdict. Rot. post Pacific. de Salvian. interdict. dec. 5. num. 8. in Ariminen. Salviani 7. Martii 1721. §. constit. cor. Lanc. & in Signina Salviani 11. Iunii 1725. §. bonorum cor. Gamacher.* Nichilominus, cum clare constiterit in facto, bona per Martinellos pulsata possideri a Domina Margharita ex iuribus dotalibus Mariæ de Monteluccis ab anno 1661. suam anterioritatem dimetientibus, creditum eorumdem de Martinellis proveniens solum ab antedi-
2 cto instrumento venditionis celebratæ anno 1697. nullam parere poterat actionem contra dictam Dominam Margharitam possidentem ex credito anteriori, *Leg. qui a debitore ff. qui potior. in pignor. habeant. & Leg. 3. Cod. de iis, qui in prior. credit. locum succed. Rot. post Pacific. de Salvian. dec. 290. num. 1. dec. 53. n. 5. par. 17. & dec. 676. num. 1. 4. & 8. par. 19. tom. 2. rec. & in Romana Immissionis 2. Decembris 1726. §. Neque ad præpediendam, coram Calcaguino.*

Neque prodesse poterat Martinellis, quod in precitato venditionis instrumento dicta Maria de Monteluccis pro indemnitate Iulii eorum auctoris sese obligaverit, qua quidem obligatione at-
3 tenta, iura dotalia eiusdem translata tunc remanserint favore dicti Iulii de Martinellis, nec iis uti modo liceat Dominæ Margharitæ reæ conventæ ad repellendos actores; ad tradita per *Balducc. de dot. dec. 35. num. 18. Fontanell. dec. 472. n. 3. Rota post Urceol. de transact. dec. 29. num. 4. & seqq. ad ornat. Card. de Luc. de dot. dec. 55. num. 2. & in Romana Assentistatus 10. Ianuar. 1718. §. exploratum, cor. Cerro.* Quia obligatio prænominatæ Mariæ de Monteluccis, circa cuius validitatem tota præsen-

tis

ris controversiæ difficultas versabatur, patentissimo nullitatis vitio laborare comperta est, ideoque prætensam iurium translationem favore illorum de Martinellis operari minime potuerat, iuxta 4
regulam *Text. in Leg.* 3. *§. condemnatum ff. de re indicat. & L. non dubium Cod. de Legib.*

Nullitas autem istius obligationis clare detegebatur prenotando in facto, quod eadem Maria de Monteluccis in venditione Prædii *di Monticello* sese obligavit pro summa scutorum 600. quanti emptum fuit dictum Prædium, tum favore Barbani emptoris, tum favore Martinelli fideiussoris; quæ sane obligatio nil aliud revera fuit quam fideiussio pro eodem viro dicti Prædii venditore, licet ex verbis instrumenti appareat, uxo- 5
rem gessisse figuram venditricis una cum viro, ad tradita per *Urceol. consf. forens. cap.* 24. *num* 31. *& seqq Conciol. alleg.* 4. *n.* 18. *& seqq. Thomat. dec.* 109. *num.* 2. 9. *Afflict. dec.* 209. *n.* 2. *& seqq. ibiq. Ursill n.* 1. *& per tot.* unde patebat, obligationem Mariæ de Monteluccis, quæ nupserat cum sola dote scutorum mille, quæque ulterius præcedenter fideiusserat pariter pro Viro occasione duorum Censuum ab ipso impositorum in sorte in totum scutorum 310. nedum dotis medietatem excedere, sed integram fere illius dotem absorbere; & insuper animadvertendo, quod de tempore obligationis contractæ in actu supradictæ venditionis, Franciscus de Pontenanis iam erat ob ingentem æris alieni molem omnino decoctus, adeout relevationem in propriis bonis, de qua expresse caverat in instrumentto dictæ venditionis favore uxoris, nullo modo præstare poterat. Quibus sane facti circumstantiis concurrentibus, necessarie consequebatur, 6
mulieris obligationem alterius favore emissam ultra mensuram medietatis dotis, & absque spe relevationis contractam, nullam esse diudicandam; prout sequendo famigeratam *Thesauri decisionem* 223. communiter docent, ac firmant *Card. De Luc. de dot. disc.* 95. *num.* 3. *et* 4. *Gratian. disceptat. forens.* 108. *num.* 8. *et. seqq. et disceptat.* 723. *num.* 10. *et seqq. Rocca disputat. select. cap.* 112. *num.* 11. *Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 19. *n.* 37. *Giurb. observat.* 80. *num.* 10. *& seqq. Conciol. allegat.* 4. *n.* 34. *& seqq. Hodiern. ad Surd. dec.* 86. *num* 21. *Amat. dec.* 62. *n.* 15. *Panimoll. dec.* 224. *n.* 10. *Rot. cor. Ludovis. dec.* 333. *n.* 7. *&* 8. *cor. Ubald. dec.* 305. *num.* 5. *& seqq dec.* 31. *num.* 7. *& dec.* 378. *num.* 11. *par* 14. *dec.* 97. *num.* 10. *& seqq. par.* 15. *& dec.* 462. *num.* 8. *par.* 18. *tom.* 2. *rec.*

Cuius quidem conclusionis ratio, ultra celebrem S. C. Velleiani dispositionem ab Ulpiano relatam *in Leg.* 2. *ff. ad S. C.* 7
Velleian. cui consonat *Text. in authent. si qua mulier. Cod. ad Velleian.*

Velleian. profluit a publica utilitate, quæ non sinit mulieres re-
8 manere indotatas: *Leg.* 1. *ff. solut. matrim. cap. cum contingant in fin. de iur. dot.* quales eæ dicuntur, quæ suæ dotis ultra dimidiam absque spe relevationis iacturam patiuntur; Quo fit ut si mulieris obligatio contracta dignoscatur in statu non obtinendi
9 relevationem, vel ex pacto promissam, vel legis ministerio sibi competentem, insurgit iuris præsumptio in muliebri imbecillitate fundata, huiusmodi obligationem dolo, & fraude extortam fuisse, ipsamque mulierem adeo enormiter læsam, neque suum consensum præstitisse: *Card. De Luc. de dot. dict. disc.* 95. *num.* 2. 3. *& seqq. & disc.* 96. *num* 5. *Andreol. controv.* 376. *per tot. Marescott. var. resol. lib.* 2. *cap.* 5. *per tot. Surd. dec.* 86 *n.* 13. *Sperell. dec.* 164. *num.* 31. *Rot. post Card. De Luc. de dot. lib.* 6. *dec.* 7. *num.* 3. *& seqq. cor. Priol. dec.* 224. *num.* 9. *&* 10. *& dec.* 136. *num.* 15. *& seqq. par.* 18. *rec.* Proindeque læsione illa ex defectu relevationis intercedente, mulieris obligatio alterius favore inita semper infringitur, etiamsi Velleiano renunciatum
10 appareat, aut contractus sit iuratus, aut necessariæ solemnitates intervenerint: *Posth. resol.* 89. *n.* 37. *& seqq. Conciol. dicta alleg.* 4. *num.* 34. *Cyriac. contr.* 216. *num* 19. *& seqq. Gaill. pract. observ.* 77. *lib.* 2. *num.* 10. *Andreol. dict. contr.* 376. *num.* 3 *Rocca dict. disput. cap.* 112. *num.* 15. *&* 16. *Thesaur. dec.* 223. *n.* 9. *&* 13. *Amat. dec.* 62. *num.* 14. *Rot. dec.* 710. *num.* 10. *cor. Penia, & dec.* 300. *num.* 8. *& seqq. cor. Caprara.*

His in iure constabilitis, inutiliter contendebant actores, minime probatam fuisse insufficientiam patrimonii Francisci Pontenani ad effectum relevandi propriam uxorem, & quidem de tempore obligationis per eum susceptæ, quod tempus in huiusmo-
11 di quæstionibus spectandum esse, sequendo Theoricam *Bartol. in Leg.* 1. *n.* 11. *Cod. de condict. indebit.* tenuerunt *Pic. ad Stat. Urb gloss.* 7. *num.* 289. *Gratian. discept. for. cap.* 95. *n.* 12. *Paulut. dissert.* 38. *num.* 9. *& seqq cum cæteris relatis a b. m. Auditore Calderoni in Castilionen. Dotis* 14. *Septemb.* 1718. § *et quidem.* Quidquid contrarium senserit *Imola in cap. pervenit. num.* 12. *vers. quoniam non videtur de empt. & vendit.* asserens attendendum esse tempus restitutionis faciendæ mulieri, cuius theoricam amplexi sunt *Riminal. sen. cons.* 420. *num.* 3. *lib.* 5. *Paris. cons.* 75. *num.* 16. *lib.* 3. *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 7. *gloss.* 8. *par.* 6. *num* 17. *&* 18. aliique quamplures, quos late cumulat *Constant. ad Statut. Urb. annot.* 44. *artic.* 2. *a num.* 187. *& pluribus seqq.* Cum præsertim talis probatio debeat esse ita con-
12 cludens, ut omnem possibilitatem in contrarium excludat, *Massim. de confiscat. qu.* 31. *num.* 90. *Gratian. discept. for. cap.* 932.

num.

num. 24. *Rot. post Constant. ad Stat. Urb. dec.* 151. *num.* 6. *dec.* 147. *num.* 14. *&* 15. *& dec.* 148. *num.* 33. *& seqq.*

Constabat siquidem post mortem dicti Francisci de Pontenanis defuncti anno 1716 efformatum fuisse concursum illius Creditorum, quorum credita munita hypothecis anterioribus anno 1697. conflabant summam scutorum 4650. totumque patrimonium debitoris vix ascendisse ad summam scutorum 1824. adeout quamplurimi Creditores quamtumvis agentes ex hypotheca anteriori annorum scilicet 1677. 1678. & 1679. propriam satisfactionem reportare nequiverint, ipsumque patrimonium Francisci solvendo non fuerit pro rata æris alieni in summa scutorum 2826. unde innegabilis reddebatur defectus relevationis respectu Mariæ de Monteluccis, cum de anno 1697. eius vir iam esset omnino lapsus facultatibus sicuti calculus arithmeticus ex Sententia 13 graduatoria, nec non ex actis prædicti Iudicii concursus efformatus evidenter demonstrat *Illustriss. D. Auditor De Comitib. dec. Senen.* 4. *num.* 18. *Rot. cor. Priolo. dec.* 399. *num.* 13. *& in Romana, seu Signina Pecuniaria* 15. *Februar.* 1723. § *Iam vero cor. Gamacbes.*

Superfluum vero existimarunt Domini pro præsentis causæ resolutione determinare, utrum pro commensuranda læsione mulieris attendendum sit tempus illius obligationis, seu potius tempus restitutionis Dotis, quia doctum pariter fuit ex parte Reæ conventæ, mediante fide legaliter extracta ex publicis libris Dohanæ Aretii, in quibus quæcumque alienationes bonorum stabilium necessarie, ac fideliter adnotantur, quod idem Franciscus Pontenani ab anno 1697. usque ad annum 1714. quo convocatus fuit antedictus creditorum concursus, nil ex propria substantia alienavit præter nonnulla bona non excedentia valorem scutorum 1000. quæ vinculo fideicommissi reperta fuerunt obnoxia; Ideoque firma remanet deficientia bonorum pro effectu relevationis Mariæ de Monteluccis tam habito rexpectu ad tempus restitutionis Dotis quam spectato tempore obligationis, cum revera, attento utroque tempore, æque impar præstandæ relevationi dignoscatur status patrimonii dicti Francisci de Pontenanis.

Atque hæc probationis species exuberare visa fuit in casu, pro iustificando defectu relevationis, & respective excludenda pobilitate in contrarium, cum resultet ex publicis documentis, & actis respicientibus prædictum universale iudicium concursus Creditorum Francisci Pontenani, ex quibus satis superque comprobatur no- 14 toria eiusdem decoctio, ut bene in proposito ponderant *Bartol. in Leg. decem num.* 2. *ff. de verb. obligat. Salgad. labyrint. credit. cap.* 23. *num.* 1. *& seqq. Cyriac. controv.* 327. *num.* 72. *vers. non esse*

esse autem solvendo. Palma dec. 379. *num.* 15. *& seqq.* Quo ca-
15 su necessaria non est ulterior bonorum excussio: *Conciol. alleg.* 4. *n.*
39. *Gratian. discept. for. cap.* 723. *num.* 19. *Negusan. de pignor.*
memb. 1. *par.* 8. *num.* 19. *Paitell. expedit. civil.* 4. *num.* 28. *The-*
saur. qu. forens 54. *per tot. Sanfelic. dec.* 204. *num.* 11. *Rot. cor.*
Bichio dec. 484. *n.* 1. *& dec.* 408. *n* 8. *par.* 14 *rec.*

Nec obstat, quod hæc nullitas obligationis deducta, & al-
legata non fuerit a Maria de Monteluccis quoad vixit, & pro-
pterea allegari hodie nequeat a Domina Margarita rea conventa.
Quoniam, quidquid sit de nullitate proveniente dumtaxat ab ex-
cessu obligationis ultra medietatem dotis cuius proponendæ pri-
16 vilegium ratione alimentorum, aut secundarum nuptiarum esse
tantum personale, neque ad alios transire, ni saltem mulier in
vita nullitatem deduxerit, iuxta magis communem opinionem
firmant *Palm. Nep. alleg.* 10. *num.* 19. *Andreol. controv.* 84. *num.*
11. *Scopp. ad Merlin. controv. cap.* 21. *num.* 8. *Conciol. ad Stat.*
Eugub. lib. 2. *rubr.* 45. *num.* 46. *Balduc. de dot. dec.* 18. *num.*
29. *Rot. coram Dunozz. iun. decis.* 184 *num.* 16. *& decis.* 187.
num. 7. *par.* 19 *rec.* Profecto cum agatur de nullitate ex defectu
promissæ relevationis, & sic promanante ex vitio intrinseco obli-
gationis, quam dolo, & metuo extortam, & absque ipsius mu-
lieris consensu initam iura nostra præsumunt, hæc utique nullitas
17 allegabilis est a quocumque interesse habente, etiam post mortem
mulieris, & licet ab ipsa vivente proposita non fuerit, sicuti so-
lide distinguendo docet *Eminentiss. De Luc. de dot. disc.* 96. *per*
tot. & precipue num. 15. *& seqq. Balducc. de dot. dict. dec.* 18.
num. 3. *Conciol d. alleg.* 4 *num.* 40. *& seqq. Fontanell. de pact.*
nuptial. clausul. 7. *gloss.* 2 *par.* 6. *n.* 48. *Rot. post Card. De Luc.*
de dot. dec. 3. *n.* 17. *&* 18. *& dec.* 8. *num.* 11. *Illustriss. Dom.*
Auditor De Comitib. dec. Senen. 36. *num.* 29. *&* 30. *& per tot.*

Eoque magis, quia sæpedicta nullitas obligationis a Maria
Montelucci contractæ non allegatur a Domina Margarita ad ef-
fectum agendi, sed tantum ad effectum excipiendi, seseque tuen-
di in possessione bonorum, quæ hodie pulsantur a Martinellis,
quo casu certi iuris est, illam ratione interesse, nec non fa-
18 vore possessionis a quocumque allegari posse, iuxta animadver-
sa per *Conciol. d. alleg.* 4. *num.* 42. *&* 43. *Scapucc. de Salvian.*
qu. 16. *n.* 14. *Gratian. discept. cap.* 691. *num.* 15. *& seqq. Sal-*
gad. labyr. credit. par. 2. *cap.* 22. *n.* 64. *Fontanell. de pact. nu-*
ptial. claus. 5. *gloss.* 8. *par.* 15. *num.* 48. *Thomat. dec.* 101. *num.*
14. *Rota coram Dunozz. iun. dec.* 591. *per tot. & dec.* 613. *num.*
18. *par.* 19. *rec.*

Deni-

Denique libentius inclinarunt Domini pro absolutione Reæ conventæ ex eo quod nullitas obligationis Mariæ de Monteluccis implicite agnita, & canonizzata fuit in altero iudicio promoto anno 1733. a Dom. Equite Gaspare de Guazzesis aliisque creditoribus dicti Francisci Pontenani contra Dominum Carolum Barbani possessorem Prædii *di Monticello*, in quo cum ex parte dicti de Barbanis intimata fuerit dicta Domina Margarita admittique obtinuerit ad causam Martinelli, condemnatus fuit dictus de Barbanis ad dimittendum favore Creditorum prædium predictum, quod sane fieri haud potuisset admissa validitate obligationis Mariæ de Monteluccis, dum tali casu ex iuribus dotalibus eiusdem, Creditores tempore procul dubio posteriores repellere valuisset, ut satis colligitur ex processu tunc fabricato, nec non ex Sententia Domini Vicarii Generalis Arretini, quæ cum lata fuerit cum legitimis contradictoribus, inter easdem personas, & super eodem causæ statu, in præsenti quoque iudicio 19 meretur attendi; sicuti post *Text. in Leg. ingenuum* 25. *ff. de statu homin.* in similibus terminis considerant *Andreol. controv.* 134. *num.* 28. *Conciol. alleg.* 51. *num.* 33. *& alleg.* 86. *num.* 26. *Rot. dec.* 8. *num.* 5. *cor. Duran. & decis.* 82. *num.* 12. *post Merlin. de pignor.*

Et ita utraque parte informaate &c.

Paulus Aloysius Sorba Rotæ Audit.
Octavius Vasoli Piccinini Rotæ Aud.
Ioseph Bizzarrini Rot. Audit. & Relat.

DECISIO XXXIII.

FLORENTINA DOTIS.

15. *Decembr.* 1739. *cor.* DIOTISALVI MERCATI OLIM NERONI.

ARGUMENTUM.

Mulier pro suarum Dotium restitutione, & Fiscus pro suo credito præferuntur omnibus tacitis, & expressis hypothecis etiam præambulis in bonis post obligationem a debitore quæsitis, non quia præsumantur bona postea acquisita ex pecunia Dotali, vel Fisci, verum quia citius operat lex inducendo hanc hypothecam, quam hominis dispositio, & hanc opinionem semper admisit Rota Florentina.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Matris bona, & iura hereditaria nequeunt repudiari a Filiis in præiudicium suorum creditoram.*
2 *Fiscus prælationem habet cuicumque creditori hypothecario anteriori in bonis post obligationem acquisitis a debitore.*
3 *Hipothecam quamcumqae anteriorem contractam a debitore, qui tam præsentia, quam futura bona obligavit, Fiscus & Mulier vincunt in bonis postea quæsitis*
4 *Fiscus, & Creditores anteriores in bonis postea quæsitis acquirunt hypothecam in instanti, quo bona a debitore acquiruntur, & ideo præfertur Fiscus in hac concursus paritate.*
5 *Hypotheca inducta a Lege favore mulieris citius operatur quam inducta ab homine.*
6 *Mulier in bonis Mariti post Matrimonium quæsitis præfertur omnibus hypothecis anterioribus tacitis, & expressis, & hæc opinio a Rota Florentina amplectitur.*
7 *Prælationis huiusmodi ratio male deducitur ex præsumptione quod ex pecunia dotali bona postea quæsita fuerint comparata.*
8 *Et reponitur tantum in eo, quod citius legis, quam hominis dispositio operetur, & hæc est opinio Rot. Florent.*
9 *Prælatio mulieri conceditur etiam in bonis post Matrimonium quæsitis habita fide de prætio.*
10 *Mulier obtinet quoque prælationem in bonis post Matrimonium donatis, vel ex successione Matris, aut Patris a Marito acquisitis & n. 11.*
12 *Dictæ prælationis ratio in præsumptione versionis pecuniæ in bonis postea quæsitis a Card. de Luc. excogitata, repellitur uti contraria Rotæ Florentinæ opinioni.*
13 *Consuetudo iudicandi prævalet opinionibus contrariis, etiam verioribus & maxime in Tribunali, ubi Causa decidenda est* 14.
15 *Decisiones prævalent contrariis DD. ratiociniis.*
16 *Matris privilegia quoad Dotes transeunt in Filios.*



Uamvis D. Felix Antonius Capati censeri, & reputari possit creditor hypothecarius nobilis olim Dom. Avvocati Alexandri de Barduccis, itidemque istius creditor anterior dotibus olim Dom. Virginiæ Gaetani Uxoris d. Dom. Advocati, & respective Matris DD. Fratrum de Barduccis actorum, de quibus constat ex apoca dotali celebrata sub die 17. Iulii 1711., ut in

actis

actis, nec non ex pluribus quietantiis, tam sortis, quam fructuum
eiusdem crediti dotalis propria manu, & caractere ipsius Dom.
Advocati exaratis, sub suisque diebus & annis registratis in Li-
bro Magistro debitorum, & creditorum DD. Fratrum de Gae-
tanis promissorum dotis præfatæ; & quamvis idem Capatus ex-
pressam hypothecam habere supponeretur in bonis eiusdem Dom.
Advocati, deductam ex eo quod in asserta Apoca sociali novæ
Rationis initæ sub nomine Dom. de Barduccis, Iudicibus, & Pe-
rinis, se idem Dom. Advocatus sub hypotheca bonorum suorum
expresse obligasset de non extrahendo capitalia immissa in ea-
dem Ratione, quæ deducenda erant ex iuribus & creditis præ-
cedentis Rationis cantantis sub solo nomine Barducci, e Giudici,
assignatis pro capitali dictæ novæ Rationis, & quæ posmodum ex-
tractis deinde factis ab eodem Dom. Advocato ad computum uti-
lium dictæ præcedentis Rationis Barducci e Giudici diminuta, &
contra initam conventionem extracta esse pretenderentur, de qui-
bus tamen singulis præsuppositis nullam ex Actis constabat esse
factam probationem.

Nihilominus dd. DD. Fratres de Barduccis, uti filii, & hæ-
redes eiusdem Dominæ Virginiæ de Gaetanis eorum Matris sua-
rum dotium creditricis in egregia summa scutorum 6500., quæ
pariter hypothecam habet expressam pro illius restitutione, præ-
ferri se debere contendunt eidem Capato, etiamsi creditum illius
dotis posterius esset credito istius Capati concurrentis, & retine- 1
re prætendentis bona quæ possidet pro legittima comuni Debito-
ri competente in bonis, & hæreditate Dom. Mariæ Elisabet de
Ansaldis eius Matris defunctæ sub die 24. Februarii 1728. non ob-
stante quod ipsemet D. Advocatus Alexander debitor prædictam
hæreditatem maternam repudiasse diceretur, cum talia bona, & 2
iura hæreditaria matris repudiari nequeant a filiis in præiudicium
suorum creditorum ex L. municipali, de qua *Tusch. lit. H. con-
clus.* 20. *num.* 5. *Rot. Flor. lib. mot.* 92. *a* 23. 5. *Februarii* 1575. *&*
lib. 121. *a* 390. *vers. secundo principaliter Rocc. respons.* 83. *num.*
15. *tom.* 1.

Etenim cum bona per d. D. Capatum pro medietate posses-
sa, & separata vigore Sententiæ immissionis, & crediti contra d.
Franciscum M. de Barduccis, uti socium nominatum d. novæ
Rationis, quæ modo ipse Capatus retinere prætendit pro eodem
credito, pro cuius etiam satisfactione contendit habere obligata
bona propria d. D. Advocati Alexandri, qui tractas fecit, & exe-
git a nova Ratione prætextu sibi competentium utilium transa-
ctæ Rationis fuerint in bonis Dom. Octavii Patris d. D. Fran-
cisci Mariæ, & consequenter affecta, & hypothecata credito do-

tali d. Dom. Mariæ Elisabet de Ansaldis communis Matris, tam d. D. Francisci Mariæ, quam præfati Dom. Alexandri; cumque post obitum d. Dom. Mariæ Elisabet de Ansaldis d. iura Dotalia transiverint pro rata legitimæ in eumdem d. Advocatum Alexandrum unicum eius filium Matri superstitem, & ex persona, & titulo Doris d. Dom. Virginiæ de Gaetanis affecta remanserint hypothecæ Dotali favore DD. Fratrum de Barduccis filiorum, & hæredum d. Dom. Virginiæ; inde sequitur, quod super iisdem iuribus legittimæ, tamquam super bonis post obligationem Dotalem per d. Dom. Alexandrum acquisitis præferri debeant iidem DD. Fratres de Barduccis actores, quos proinde retuli Magistratui Supremo fore & esse immittendos in possessionem bonorum per d. Capatum detentorum.

Ratio sic decidendi sita fuit in privilegio Doris ac Fisci ex
2 dispositione *Tex. in L. si is quæ mihi ff. de iur. Fisc.* inducente ad favorem Fisci creditoris, quamvis posterioris hypothecam prælativam, & potiorem cuicumque alteri creditori hypothecario anteriori in bonis per obbligationem acquisitis a suo debitore „ ibi „ „ Sciendum est in re acquisita Fiscum potiorem esse debere, pre„ venit enim causam pignoris Fiscus „ ut per hæc ipsa verba cavetur in d. L., quæ ad dotem extenditur, & doti suffragatur ex communi DD. opinione, prout inferius apparebit.

Hæc enim verba in calce illius textus apposita secundum DD. interpretationem significant, quod in concursu utriusque hypothecæ, privati nempe, ac Fisci, seu dotis, huiusmodi legis dispositio citius operetur, quam dispositio hominis, ita ut operetur quidem eumdem effectum, perinde ac si lex induxisset ad ipsius fisci, dotisque favorem præambulam quamdam hypothecam in
3 bonis post obligationem a comuni debitore acquisitis, sic præveniendo quamcumque hypothecam anteriorem contractam ab eodem debitore, qui tam præsentia, quam futura bona obligasset favore privati, ut aperte colligitur ex doctrina *Salicet. in L. assiduis sub num. 4. vers. & attende Cod. qui pot. in pign. hab.* quam plenis ut aiunt votis amplectitur, & in ea primum, ac principale decisionis fundamentum constituit *Rot.* loquens in puncto dotis *decis.* 328. *n.* 19. *& seq. p.* 5. *& decis.* 7. *n.* 6. *&* 7. *p.* 12. *repet. cor. Cels. decis.* 477. *num.* 9. *& seq. & decis.* 17. *n.* 5 *cor. Ninot. repet. in rec. dec.* 505. *p.* 13. *& decis.* 248. *n.* 2. *& seq. p.* 15. *& dec.* 331. *n.* 14. *& seq. p.* 18. *t.* 2. *plene Rocc. Ep. select. cap.* 108. *n.* 35. *& sub n.* 37. ubi optime rationem d. Textus esaminat, subdendo presertim, quod per huiusmodi privilegium ab eadem *Leg.* inductum non tollitur anterioribus creditoribus ius quæsitum; inspecto enim tempore contractus præfatis creditoribus nullum

lum competebat ius hypothecæ in bonis postea quæsitis a debitore, dum eadem hypotheca nullatenus constitui potuit in bonis non esistentibus in dominio debitoris, & ubi primum acquisita proponuntur post contractam ad Fisci favorem obligationem, Fiscus, & insimul creditor anterior in eodem instanti ius hypothecæ acquirunt, in qua concursus paritate mirum videri non debet, si Fiscus ex speciali privilegio sit præferendus, de quo in d. *L. si is qui mihi ff. de iur. Fisc.* 4

Idemque per eadem verba docet *Acost. de privil. creditor. reg.* 2. *ampl.* 7. *num.* 168. prout idem in substantia tenuit *Rot. cor. Cerr. decis.* 477. *n.* 10. in illis verbis, ubi pro ratione considerat, quod lex inducens hypothecam ad favorem mulieris citius operatur, quam hypotheca inducta ab homine, *& in d. dec.* 328. *n.* 20. *& seqq. p.* 5. ubi explicando verba illa *Text. in d. L. si is qui mihi* „ prævenit enim causam pignoris Fiscus „ tradit, quod per hunc *Text.* hypotheca Legalis pro dote in omnibus bonis marito post contractum matrimonium quæsitis præferatur omnibus aliis hypothecis tacitis, & expressis ex hominum dispositione provenientibus, quia dispositio Legalis citius, quam hominis operatur, iuxta *Salic. in L. Assiduis n.* 4. *C. qui pot. in pig. hab.* eamdemque rationem indigitat *Bald. cons.* 189. *n.* 2. *lib.* 3. „ ibi „ *sed* Hæc vera sunt nisi vetustior creditor sit ex causa non privilegiata, posterior vero sit ex causa privilegiata, ut dotis, nam tunc in postea quæsitis causa dotis potior est, cum enim nativitas hypothecæ in idem tempus concurrat, privilegiatus debet præferri non privilegiato, ut patet ex d. *L. Fiscali cod. qui pot. in pig. hab.* & ideo indubitanter dotis causa potior est, argumento *Cod. de iur. dot. L. in rebus* „ ita *Bald.* cuius auctoritatem nominatim allegat & sequitur *Rot. Flor. lib. mot.* 99. *a* 25. ipsamque rationem paucis brevibusque perstringit *Roderic. de an. red. lib.* 2. *q.* 19. *sub. n.* 7. quem pariter referendo sequitur *Rot. d. dec.* 328. *sub. n.* 21. *p.* 5. *& dec.* 331. *n.* 14. *ad fin. p.* 18. *t.* 1. de qua conclusione ac opinione, uti magis communi, dotique favorabili, & magis æqua testatur *Rot. cor. Cerr. d. dec.* 477. *n.* 10. *Rot. decis.* 17. *n.* 5. *cor. Ninot.*, *& in Fulginaten. bonorum* 23. *Iunii* 1664. *cor. Ottobon.* prout hanc esse veriorem, & receptiorem sententiam testatur cum pluribus ibidem cumulatis *Rocc. Ep. select. cap.* 108. *n.* 35. *controv.* 9 *n.* 10. *& seq. Guttier. pract. quæst. lib.* 5. *p.* 99. *n.* 18. quibus addendi sunt pro hac opinione relati per integram columnam *a B. M. d. Aud. Galderoni in Florentina Salviani* 28. *Iunii* 1718. *n.* 22.

(Marginal numbers 5 and 6 appear beside the lines "328. n. 20. & seqq. p. 5. ubi explicando verba illa Text. in d." and "bus bonis marito post contractum matrimonium quæsitis præfe-".)

Unde parvi pendenda est opinio contraria *Merlin. Gait. Gizzarell Card. de Luc. de dot. disc.* 93. *n.* 11. *& seqq.*, quos aberrare

rare a comuni Sententia tradit idem *Rocc. Episc. d. cap.* 118. *n.* 35., & quos proinde præcise refellit *Const. ad Stat. Urb. d. annot.* 30. *n.* 323. *&* 324. nec ideo merentur attendi *dec.* 39. *n.* 9. *& seq. & dec.* 40. *n.* 3. *&* 4. *post. Card. de Luc. de usur.* ubi
7 hæc opinio favens doti pro illius potioritate in bonis postea quæsitis fundata esse dicitur in præsumptione, quod ex pecunia dotali bona postea quæsita fuerint a marito comparata, iuxta sensum *Card. de Luc. de dot. d. disc.* 83. *n.* 11., cuius auctoritatem absque ulla talis Articuli discussione unice allegat & sequitur ibidem *Rot.*, prout illum pariter unice referendo sectatur *ead. Rot. decis* 84. *n.* 19. *p.* 18. *t.* 1. *rec.*

Quoniam verior, communior & æquior opinio, tam doti, quod Fisco favorabilis, non fundatur in ea præsumptione, sed in
8 privilegio, quod competit Fisco, ac doti, de quo in *d. L. si is qui mihi* 28. *ff. de iur. Fisc.* ut scilicet uno, eodumque tempore, ac insimul concurrente ad imprimendam hypothecam in bonis postea quæsitis dispositione Legis & hominis, citius operetur lex inducendo hanc hypothecam, quam hominis conventio, ut ex eadem *Rot. decis.* 348. *p.* 5. *dec.* 7. *p.* 12. *Rocc. Episc. cap.* 108. aliisque superius adductis comprobavimus.

Hanc autem opinionem semper admisit *Rot. nostr Florentina ut in lib. motiv.* 53. *a* 279. *lib.* 55. *a* 39. *lib.* 91. *a* 392. *relat. per Neron. Avum. meum art.* 4169. *lib.* 101. *a* 239. *art.* 897. *lib.* 103. *a* 84. *art.* 535. *lib.* 99. *a* 22. *& a* 25. *art.* 1196. *vers. Favet præterea*, ubi pariter sequitur eamdem Doctrinam *Salicet. in d. L. Assiduis n.* 4. *C. qui pot. in pig. hab.*, qui movetur eadem ratione citioris operationis legis inducentis hypothecam favore dotis & Fisci in bonis postea quæsitis, quam conclusionem *Rot. Floren.* ibidem amplectitur, exemplificando, & casum decidendo in concursu mulieris, & cuiusdam creditoris anterioris eius viri ad inopiam vergentis super iocalibus aliisque ornamentis muliebribus post matrimonium & nuptias emptis a marito habita fide de pre-
9 tio, & consequenter nullatenus comparatis ex pecunia dotali, quia mulier habeus hypothecam expressam dotalem, licet posteriorem, præfertur ceteris mariti creditoribus habentibus tacitam, vel expressam hypothecam anteriorem ex privilegio fundato in ratione præventionis, sive præambulæ hypothecæ de qua loquitur *Text. in d. L. si is qui ff. de iur. Fisc.* iuxta doctrinam *Salicet in d. L. Assiduis n.* 4 *Cod. qui pot. in pig hab.*, quam ibidem *Rot. Florent* sectatur.

Et in iisdem terminis præfatam conclusionem in bonis post matrimonium donatis, vel ex materna successione viro acquisitis,
10 in quibus ratio præsumptæ versionis pecuniæ dotalis verificari non

po-

poterat, tenuit *Rot. dec.* 248. *n.* 2. *& seq. p.* 15. *& dec.* 331. *n.* 14. *& seq. p.* 18. *t.* 1. *& dec.* 493. *n.* 6. *& seq. p.* 18. *t.* 2. *rec.* in eadem Causa emanatis, qua in ratione præfatæ Decisionis, non obiter & perfunctorie, sed unicum, & principale constituunt fundamentum; pariterque in bonis ex successione paterna 11
quæsitis post contractum matrimonium loquitur *Rot. cor. Ninot. dec.* 17. *n.* 5. *repet. decis* 505. *p.* 13. prout in iisdem terminis bonorum donatorum, tamquam postea quæsitorum Marito conclusionem nostram accomodat *Rocc. Episc. d. cap.* 108. *n.* 35.

Unde post tot res iudicatas in hac Alma Rota Florentina emanatas inducentes consuetudinem ita iudicandi antequam *Card. de Luc.* nasceretur, & ederet tractatum illum de dote, eosdemque *disc.* 83. 84. fundatos in noviter excogitata per eum ratione præsumptæ versionis pecuniæ Fiscalis in emptiones bonorum postea quæsitorum, quæ forsan, ut ipse ait, pro suo iudicio fuit Causa concessionis privilegi Fiscalis, & prælationis in dictis bonis postea quæsitis, & quam proprio marte considerat eodem *disc.* 83. *n.* 18. 12
& clarius *disc.* 84. *n.* 4. *vers. credendum tamen*; Non debemus recedere a superius firmata opinione doti favorabili ob eadem excogitata ratiocinia, præsertim cum super hoc eodem Articulo non potuisse maturum efformare iudicium ex defectu occasionis id formiter disputandi veridice, atque ingenue fateatur ipsemet *Card. de Luc. de dot. dict. disc* 83. *in fin.*

Notum est enim quanta sit auctoritas huius consuetudinis ita iudicandi omnino servanda, quamvis opinio contraria esset de iure verior *Lup. de Illegit. Comment.* 4. §. 2. *sub. n.* 37. *vers. verum quia in Iudiciis Gizzar. ad Capic. Lat. observ.* 150. *n.* 66. 13
maxime in loco, ubi Causa est decidenda *Rot. penes palm. nep. dec.* 247. *n.* 30. *& seq.*, & ita in individuo reiciendo dictam opinionem *Card. de Luc. d. disc.* 83., ac pro veritate consultus respondendo advertit *Samminiat. controv.* 16. *n.* 42. ubi refert, & sequitur *Rot. decis.* 248. *n* 2. *&* 3. *p.* 15. confirmata in aliis Decisionibus superius indicatis *in* §. *Et in eisdem terminis*; 14
notumque pariter est quantum sit deferendum punctualibus Tribunalium Decisionibus, quæ prævalent, & plusquam ratiocinia DD. attendi merentur ac debent *Rot. Florentina lib. mot.* 95. *a* 301. *Art.* 2202. *in fin. Rot. Luc. pen. palm. Nep. allegat.* 137. *n.* 24. *Mart. med. dec. Senen.* 99. *num.* 35. *& seqq. Rot. decis.* 16. *n.* 4. *& in p.* 15. *& decis.* 337. *n.* 17. *p.* 17. 15

Nec obstare visa fuit exceptio, quod eadem legitima in bonis & hæreditate materna fuerit acquisita per D. Advocatum Alexandrum post obitum d. Dom. Virginiæ de Gaetanis eius uxoris, quia privilegia dotalia maxime potioritatis, transeunt in fi- 16

 lios,

lios, & hæredes Matris creditricis, & consequenter in DD. Fratres de Barduccis, qui propterea præferendi erant, prout eorum Mater præferri merebatur, si Marito suo supervixisset *L. Unic. cod. de privil. dot. & ibi Gloss. lit. N Card. de Luc de dot. disc. 166. n. 44. & 95. Mart. Med. dec. Senen. 31. & in add. plene Sabell. in summ. §. privilegium sub num. 18. vers. quod privilegium prælationis.*

Ita Decisum fuit utraque &c. ad Laudem Dei &c.

Diotisalvius Mercati olim Neroni Eques D. *Stephani, & ex Collegio Nobilium Adsessor. & Iudex Compromis. &c.*

DECISIO XXXIV.

FLORENTINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM.

28. *Septembr.* 1740. *cor.* AUDIT. IOANNE MEOLI.

ARGUMENTUM.

Restitutio in integrum concedenda est præsertim petenti ex persona mulieris adversus inconsulto aditam hæreditatem, vel ob defectum solemnitatum, vel ob læsionem, & iuxtam causam ignorantiæ, ex qua læsio resultat, dummodo statum hæreditarium saltem per probationes inventario æquipollentes, demonstret. Iustam vero causam ignorantiæ præbet inopinatum antiquum fideicommissum, & eo magis in muliere nupta in aliena familia; & quando incipiat quadriennium præscriptum ad restitutionem petendam.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum prætor ex clausula* si qua mihi *etiam maiorennibus indulget, quoties inopinatum æs alienum emergat.*

2 *Uxori eo fortius conceditur, cum sit facilis passivæ deceptionis.*

3 *Hæredes dum iuvari non possunt beneficio Inventarii, æquum non est, ut etiam restitutio in integrum denegetur, cum ex hoc sequeretur absurdum n.* 4.

5 *Muliere adeunte verbis, & factis extraiudicialibus hæreditatem non opulentam, nullitas aditionis opponitur iure statutario ob defectum solemnitatum.*

6 *Mulier obligari non potest sine Mondualdo ex Statuto Flor.*

7 *Re-*

7 *Restitutio in integrum peti potest etiam ab hæredibus mulieris.*
8 *Et si trasmittitur ad adeundam lucrosam hæreditatem, multo magis transmitti debet ad damnum vitandum.*
9 *Hæres ultra vires hæreditarias adstringitur, sed hoc non est conforme regulis naturalibus n.* 10.
11 *Inventarium, Iustinianus introduxit, ut huiusmodi rigorem iuris emendaret.*
12 *Errantis, & ignorantis nullum est factum, & sine facto nostro quæ nostra sunt auferri non possunt.*
13 *Restitutio in integrum erranti conceditur a Prætore, neque adversantur DD. firmantes ultra vires hæreditarias teneri qui adivit sine Inventario, cum ad casum erroris non respexerint num.* 14.
15 *Restitutionis extrema sunt læsio, & ignorantia facti, ex quo læsio resultat num.* 16.
17 *Fideicommissum inopinatum ex obsoleto documento resultans præbet iustam causam læsionis ad restitutionem obtinendam.*
18 *In hærede de facili ignorantia præsumitur*
19 *Sed præsertim in fœminis in aliena Familia nuptis.*
20 *Fideicommissum transversale non subiicitur* Auth res quæ.
21 *Ignorantiam agentium probant actus uniformes longe ante motam litem gesti.*
22 *Ignorantia fortius præsumitur in Testamento antiquissimo, cum omnia destruat tempus edax n.* 23.
24 *Ad deliberandum tempus conceditur, sed cadere non potest super facto de quo quis instrui nequit n.* 25.
26 *Ad restitutionem petendam conceditur quadriennium, ab eo tempore currens, quo repertis scripturis hæres amplius ociari non debebat n.* 27.
28 *Hæres petens restitutionem, cum veram, & iustam propriorum iurium habet trepidationem, quomodo tenetur ad fructus restitutionem.*
29 *Tempus ad petendam restitutionem incipit currere a die detectæ qualitatis hæreditariæ, & quid si agatur de læsione enormissima, vel res sit coram Supremo Tribunali n.* 30.
31 *Læsio ut probetur constare debet de asse hæreditario, & ad hoc requiruntur probationes Inventario æquipollentes n.* 32.
33 *Inventarii omissio suppletur per varia probationum genera.*
34 *Omissio Inventarii non nocet in Uxoris hæreditate, quæ ad evitandum turpem quæstum nihil ultra dotem habere præsumitur.*
35 *Et Statum hæreditarim tunc satis probant capitula, & instrumentum dotale.*

Cla-

Larissimus Senator Petrus Antonius, & Dominus Laurentius Fratres de Pittis conventi anno 1724. ad præstandam evictionem, quam debere contendebatur Constantia de Asinis eorum Auctrix, qualitatem hæreditariam negarunt, & ita periculum evasere, absoluti per Sententiam Supremi Magistratus diei 26. Septembris 1724. donec Actores negatam qualitatem in Reis perfecte concluderent.

Iterum nova superventa evictione, cum novum erupisset redivivum litigium, ne pluries super eadem re iidem Domini Fratres de Pittis iudicialem aleam subirent, satius duxerunt restitutionem in integrum adversus inconsulto aditam hæreditatem implorare, & sic uno ictu Hydram continuo auctam, & excrescentem succidere, incomodum unius litis loco plurium substinentes, & voti compotes effecti sunt, Supremo Magistratu pronuntiante, nedum restitutionem concedendam, sed etiam hæreditatis rationem redditam, ideoque ab omni ulteriori molestia fore adsolvendos.

Restitutio petebatur ex persona Dominæ olim Catharinæ de Albizzis nuptæ Domino olim Petro Antonio de Pittis Seniori, filiæ & assertæ Hæredis præfatæ Constantiæ iuxta genealogicum arborem proaviæ Dominorum Fratrum de Pittis, quod remedium in iure absolutissimum est, ut etiam Maiorennibus ex ge-
1 nerali clausula *si qua mibi* Prætor indulgeat, quoties præter expectationem inopinatum æs alienum emergat §. *extraneis versic. sciendum instit. tit. de hærd. qualit. & diff.* ad divinitatem enim spectat non ad infirmam mortalitatem nostram non decipi *L. 2. §. si quid Cod. de veter. iure enuclean.* ita in causa Florentina magistraliter respondit *Rot. in rec. dec.* 82. *per tot. par.* 9. *repetit. post Salgad. labyr. credit. dec.* 128. *triplicata post De Marin. lib.* 2. *resol.* 96. quam sequuntur communit. *Samminiat. controv.* 48. *num.* 28. 29. *lib.* 1. *Mell. ad Castil. de alimen. cap.* 30. *num.* 13. *Paulut. in differt. posthum.* 101. *art.* 1. *num.* 163. *lib.* 3. *Bonden. collect. legal.* 21. *per tot. tom.* 1. *& aliis recollect. in addit. ad dictam collect.* 21. *impress. in miscell. iuridic. eiusdem Bondeni fol. mibi* 254. *De Marin. lib.* 2. *resol.* 96. *& ibi Carol. Ant. De Luc. num.* 5. *& seqq. alter De Luc. de hæred. disc.* 12. *num.* 14. *& disc.* 18. *n.* 7. *Conciol. de hæred. art.* 1. *n.* 280. *ubi plurimi. Altim. de nullitat. contract. tom.* 7. *rubric.* 1. *par.* 5. *qu.* 44. *num.* 252. *Adden. ad Rot. in rec. dec.* 10. *num.* 30. *par.* 3. *& ad dec.* 460. *num.* 225. *par.* 4. *tom.* 2. *& ad dec. primam n.*

95. &

95. *& seqq. par.* 8. & quibus immeritis mori virtus reclusit Cœlum *Dominus olim Aud. De Comitib. dec. Floren.* 77. *n.* 26. *in fine & dec.* 92. *num.* 32. *Bonfin. senior. de iur. fideicomm. tit.* 4. *disp.* 152. *num.* 10.

Quod remedium si viro maiori non denegatur, eo impensius mulieribus videtur concedendum, quo plenius in illis inconsulta aditio verificatur, utpote quæ ob naturalem sexus imbecillitatem simplices & imperitæ diiudicantur, & faciles passivæ deceptionis, non autem activæ, ut in terminis ponderant *Capyc. Latr. consf.* 57. *num.* 17. *& seqq. magistralit. Franciscus Andrea in respons. post d. consf. n.* 5. *§. quod tanto magis versic. præter quam mulier Staiban. resol.* 95. *num.* 40. *Paulut. dissertat. posth.* 101. *artic.* 3. *num.* 395. *& seqq. tom.* 3. & optime arguit *Card. De Luc. de hæred. disc.* 14. *n.* 10. *alter De Luc. ad Franch. dec.* 229. *num.* 1. *Bonden. in addit. ad dict. consult.* 21. *impress in miscell. iuridic. ad num.* 1. *Palm. in alleg. inter dec. ab eo recollect. dec.* 142. *num.* 20. *& seqq. Rot. nostra in voto in eadem causa reddito apud eumd. Palm. dec.* 143. *num.* 20. *& seqq. Manfrell. ad Capyc. Latr. dec.* 16. *versic. atque etiam fœmina.* 2

Et licet inspecto Statuto nostro Florentino, per quod inventarii beneficium sublatum est, diversimode videatur arguendum, scilicet, quod cum sub huius Statuti censura non comprehendantur mulieres, hinc sibi metipsis debeant imputare, omittentes quod communiter negligi non solet: contra vero viri maiores hoc præservativo beneficio carentes, facilius saltem læsi restitutionis in integrum præsidio iuvandi sint, ne & ope inventarii & restitutionis destituti remaneant, ut pulcre advertit *Rot. in d. Causa Florentina in rec. dec.* 82. *num.* 26. 27. *par.* 9. sequuntur inconveniens ponderantes punctualiter noster practicus *Sabell. in summa §. restitutio num.* 13. *vers. maxime quia Phanucc. de invent. par.* 6. *n.* 138. 3

Tamen cum mulierum exceptuatio sit ratione sexus, earumdem favor non debet hic in ipsarum odium retorqueri, semperque urget argumentum quod si viris maioribus Prætor benignum officium impertitur restitutionis in integrum, quoties congruo tempore, probata ignorantia, læsione postuletur, potiori iure parcendum sit infirmitati mulierum, nec impariter iudicandæ maiorem æquitatem merentes, ubi & ipsæ paribus probationibus de læsione doceant, sicuti punctualiter scrupulum submovet considerato Statuto nostro *Card. De Luc. de hæred. disc.* 17. *n.* 10. 11. *& tradunt. supra relati §. quod remedium.* 4

Quin ubicumque hæreditas non opulenta verbis, & factis extraiudicialibus a muliere libere sit adita, aliud non minus effi-

efficax plerumque paratur remedium nullitatis iure statutario ob defectum solemnitatum, quæ in hoc quoque quasi contractu adi-
5 tionis exiguntur ad effectum prorsus ne incaute lesæ remaneant docet late super Statuto Urbis *Constant. ad Stat. Urb. annot.* 44. *artic.* 5. *n.* 404. *& seqq. super Senensi Caball. cons. dec.* 75. *num.* 3. *& seqq. lib.* 2. *& super Statuto nostro Florentin. lib.* 2. *rubr.* 112. prohibente, nullam mulierem posse se obligare mo-
6 do aliquo sine consensu Mundualdi *Rot. nostr. lib. mot.* 67. *a* 70. 190. *& lib. mot.* 68. *a* 104. *& lib. mot.* 74. *a* 281. *latissime Paulut. dissert. posthum.* 101. *artic.* 3. *ex n.* 360. *& plurib. seqq. & generalit. Palm. dict. dec.* 142. *num.* 3.

Neque huiusmodi restitutionis in integrum beneficium a Domina olim Catharina vivente non petitum, petere modo vetabantur Domini Fratres de Pittis eiusdem hæredes, cum secundum veriorem Sententiam etiam ad illos transmittatur, et ipsi etiam audiri debuerint conquerentes, non enim persona est cau-
7 sa remedii, sed gravis læsio nuper detecta sic propter rem datur restitutio, cuius transmissibilitas probatur *ex Leg. non solum ff. de restitut. in integrum Leg. minor autem* §. *finali ff. de minoribus*, & in specie restitutionis, de qua agitur, facit alter celeberrimus *Textus in Leg. Pantonius ff. de acquirenda hæreditate*, ubi si restitutio ad adeundam hæreditatem ignoratam transmittitur, & sic ad lucrum quærendum, multo magis eadem
8 ignorantia concurrente transmissio admittenda videtur ad evitandum damnum arguit post *Bartol. in puncto Castrens. cons.* 398. *lib.* 2. *sub n.* 3. sequitur *Gratian. discept.* 656. *num.* 9. & magis communiter firmant *Palm. dict. dec.* 142. *n.* 22. *Rot. nostr. apud eumd. d. dec.* 143. *num.* 29. *cor. D. De Comitib. dec. Florent.* 77. *n.* 26. *& dec.* 92. *n.* 33. *Rot. Rom. cor. Caprar. dec.* 404. *n.* 12. *repetit. apud Palm. dec.* 269. *n.* 9. *cor. Emer. iun. dec.* 795. *num.* 36. *Mans. cons.* 316. *num.* 11. *Rudolfin. in prax. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 188. *Calvin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 81. *num.* 10. *& eadem Rot. post De Luc. de testam. dec.* 19. *n.* 14. *& dec.* 41. *n.* 2.

Et revera Romanorum Ius, quod non pro modo hæredita-
9 tis, sed ultra vires hæredem voluit adstrictum *Leg. more* 8. *ff. de acquir. vel omitt.* ex fictione quod repræsentaret defunctum, non videtur iuris naturalis regulis conforme probat *Puffendorf.*
10 *& additionator de iure natural. & gent. lib.* 4. *cap.* 10. §. 8. ubi fictionem repræsentationis arbitrariam notat, quia non univer-
11 salem *& lib. eodem cap.* 11. §. 19. emendavit rigorem Iustinianus beneficio Inventarii introducto, de quo in *Leg. final. Cod. de iure delib.* Sed quando per ignorantiam per errorem omissum est, & in casu, in quo quilibet oculatus Pater familias cautelam

præ-

præservativam inventarii non existimasset necessariam, hoc casu an diversimode Ius naturale exigat? non quidem; nam errantis 12
& ignorantis, nullus contemptus, nulla negligentia, renunciatio nulla, nullum factum, & sine facto nostro quæ nostra sunt, auferri non possunt *Leg. id quod nostrum ff. de regul. iur.* Quamobrem merito hic succurrit Prætor auxilio restitutionis in in- 13
tegrum generali remedio suppeditato „ Item si qua alia iusta = mihi causa esse videbitur in integrum restituam „ *Leg. 1. ff. ex quibus causis maiores*, unde in foro veritatis quale est illud conscientiæ *cap. vobis* 28. *cap inquisit.* 44. *de sent. excomunicat.* qui minus communiter voluere, hæredem Inventarium omittentem teneri ultra vires reprobari per *Fachin. controv lib* 6. *cap.* 24. *Castill. controv. lib.* 8. *cap.* 30. *num.* 9. & ibi *Mel. num.* 3. aliosque collectos *apud Conciol. de hered. artic.* 1. *ex num.* 273. & ultra relatos *Altimar. de nullit. tom.* 7. *rubr.* 1. *par.* 5 *qu.* 44. *n.* 248. *&* 299. *Manfrell. ad Capyc. Latr. dec.* 16. *num.* 17. moti ex quasi contractu, quem hæres adeundo init, & ex nova obligatione, quam adeundo voluntarie suscipit, non videntur, ad hunc casum erroris ignorantiæ respexisse, in quo nul- 14
lus consensus *Leg. nec ignorans Cod. de donat.* & sic Æedictum Prætoris amplectendo concordia fit utriusque Fori, & Legis naturæ, & scriptæ Legis, fitque ius Prætorium vere Iuris Civilis suppletivum *Leg.* 7. §. *Ius Prætorium ff. de iustit. & iure* per æquitatem, quæ remissio est ex legittimo iure, uti eam appellat ex Aristotele *Cuiac. ad d. Leg.* 7. §. *Ius Pretorium edition. Neapolit. tom.* 7. *fol.* 43. *lit. B.* exornat latissime *Marquard Freber in suo sulpitio sive de æquitate Comen. ad Leg.* 1. *Cod de Legib. signanter* §. *iam ut post impress. in Thesaur. iur. Roman. tom.* 4. *fol.* 370.

Itaque momentum causæ vertebat in probatione extremorum, quæ ad restitutionem requiruntur, nempe in obstendenda iusta causa ignorantiæ, aut similis, & læsione; nam in minore, 15
ubi constet de gravi læsione ipsa pro causa est præsumpta Iudicii imbecillitas, in Ecclesia, cœterisque iure minorum utentibus, aut publica, aut semper par connexa causa concurrit, at in maioribus cum non negligentibus subveniatur, sed rerum necessitate impeditis *Leg. non enim ff. ea quibus causis maiores* requiritur cum læsione probatio ignorantiæ illius facti, seu circum- 16
stantiæ, ex quibus resultat læsio, & ad hanc probationem respicit clausula *si qua mihi alia iusta causa* explicat in nostris terminis *hæc Rota apud Ridolfin. in praxi par.* 1. *cap.* 10. *num.* 195. *cum aliis in Cortonen. detractionum* 14. *Septembris* 1731. §. *primum fol.* 25. *cor. bon. mem. Aud. Martio Ventur.*

Pro-

Profecto quoad primum extremum læsio pendebat ex fidei-
17 commisso ordinato per olim Petrum de Asinis anno 1462. in eius ultimo Testamento, quod in membranacea charta novissime ad Ministros Hospitalis S. Pauli, ultimi substituti pervenit, ex hoc obsoleto documento, ex hoc inopinato fideicommisso, eo improbo effectu, quo, quandoque rerum quies & libera commercia perturbantur, notat *Peregr. ipse de fideicomm. artic.* 52. *n.* 114. tot fuit contractuum fides labefactata, hinc ortæ tot catenatæ evictiones, hinc tot expensarum cumulus, quas omnes persolvere debuisset insons hæres non sine maxima propriorum bonorum iactura, ut infra dicam, notans nunc quoad
18 ignorantiæ probationem, quod non solum versabamur in hærede in quo de facili ignorantia est præsumibilis ad regulam *Tex. in L. qui in alterius ff. de regul. iur. Altograd. sen. cons.* 40. *num.* 1. *lib.* 1. *alter Altograd. iun. controv.* 65. *num.* 50. *Bonden. collectat. legal.* 20. *volum.* 2. *n.* 52. *Paulut. dissert.* 10. *num.* 60. *Menoch. de præsumpt lib.* 6. *præsumpt.* 23. *num.* 55. alios de more colligit *Altimar. de nullit. contract. tom.* 6. *rubr.* 1. *par.* 4. *qu.* 38. *num.* 433. § *nam ignorantia in hærede & num.* 456. §. *in hærede Rot. cor. Falcon. de fideicom. tit.* 16. *dec.* 73. *num.* 8. *de Salvian. tit.* 31. *dec.* 11. *num.* 5. *& cor. Lancett. dec.* 1150. *n.* 6.

Sed in remotissimo successore, & in fœmina nupta in aliena Familia de Albizis, qualis fuit Constantia, & post eam res erat de Catharina ipsius filia, eadem quoque iuxta fœminarum sortem in alienam familiam translata, unde si quæ erant originariæ
19 antiquæ diversissimæ familiæ iura ignorasse, quis dubitaverit fœminam, dum huiusmodi antiqua facta revolvere vix virilis animi est *Leg. final. ff. qui petant tutor. Ciriac. controv.* 474. *num.* 31. *Capyc. cons.* 57. *num.* 12. *lib.* 1. *Altogr. iun. controv.* 96. *num.* 269. *Tranched. consil.* 51. *num.* 18. *Bonden. collect.* 48. *n.* 56. *vol.* 1. *& collect.* 20. *num.* 52. *vol.* 2. *Caroll. disq.* 8. *addit.* 7. *n.* 22. *Torre de pactis lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 4. *Rot. in rec. dec.* 621. *num.* 2. *par.* 1. *cor. Lancett. dec.* 643 *num.* 12. *coram Molin. dec.* 486. *num.* 4.

Præterea facta maiorum exclusiva erat huiusmodi fideicommissi ob alienationes sequtas, & quod magis est, ita observatum fuit cum ipsamet Catharina ex cuius persona restitutio in integrum imploratur, dum eidem fuit in dotem assignatum inter alia, Prædium *di Arcetri*, quod compertum est subiectum fideicommisso prædicti Petri de Asinis, & uti tale evictum, si enim præcogi-
20 tata fuisset existentia fideicommissi, cum hoc foret transversale, & per consequens non subiectum remedio *Auth. res quæ Cod. com. de legat.* nedum mulier sed magis cautus Vir in eo dotem

non

non acceptassent, istique uniformes actus longe ante motam litem, ante alia probant ignorantiam agentium, uti ex professo 21
respondit *Rot. in una Bononien. Fideicomm. cor. Molin. decis* 486. *num.* 13. *& dec.* 532. *num.* 8. 9. *& dec.* 678. *n.* 6. 8. *sequitur ead. Rot. cor. Pio apud Calderon. resol.* 66. *num.* 32.

Demum hæc omnia confirmat ipsa vetustas, dum agitur de 22
Testamento antiquissimo iam ante sæcula condito, *Rot. nostra inter diversor. de fideic. dec.* 55. *num.* 7. fitque invincibilis oblivio, & obliteratio totalis; omnia enim destruunt tempus edax 23
rerumque invidiosa vetustas *Leg. furtum & ibi DD. ff. de usu cap.* unde nec opitulari potuisset aliud remedium, quod iurisprudentia excogitavit, ne hæres in speratis oneribus implicaretur, scilicet illud petendi tempus ad deliberandum, de quo *in Leg.* 1. 24
& tot. tit. ff. de iure delib. Leg. Curatores Cod. eod. quæ enim deliberatio cadere potest super facto, de quo quis nequit instrui 25
Leg. in omni in fin. & ibi DD. ff de iur. & fact. ignorant.

Nec profuit obiicere, quod lis super fideicommisso introducta fuit usque de anno 1660. citatis Dominis de Pittis, qui usque tunc espergisci debuerant inquirere, & scrutari vires hæreditarias 26
alienantium, eorumque, quorum facta tenebantur servare, quod si excitati hoc neglexerunt, tempus in præsens effluxerit restitutionis petendæ, quod quadriennium est *c.* 1. *de rest. in integrum & in Leg. final. Cod. de temp. in integr. rest.* currens nedum a die scientiæ, sed ab eo tempore, quo ignorans repertis scri- 27
pturis amplius ociari non debuerat, uti particulariter advertit *bon. mem. Aud. De Comit. dec. Flor.* 92. *n.* 47.

Quoniam cum tertiis Possessoribus duplex esset parata via ad obtinendam eorum indemnitatem: scilicet contra bona obligata, & contra hæredes obstrictos evictionem præstare ab authoribus promissam, ante non constitit, hanc ultimam personalem actionem intentatam, quam de anno 1724. quo declaratum est, ut etiam supra narravimus, non constare de qualitate hæreditaria Dominæ Catharinæ respectu Dominæ Constantiæ, donec ab Actoribus coadiuvarentur probationes; unde tantum abest, ut tunc Domini de Pittis solliciti esse debuerint de restitutione postulanda, quod insulsum fuisset, medicinam adhibere post morbum repulsum; Quamobrem, uti primum novis coacervatis probationibus dubitari potuit de completa probatione, non expectarunt primæ sententiæ revocationem, & quod hæredes prenunciarentur, sed ex novis documentis instructi restitutionem in integrum petiere; Unde ratione temporum subducta nunquam visi sunt neque negligentes, neque culpandi non a principio ignorantiæ invincibilis, non postea; quando enim actum fuit actione reali contra bona obligata, per-

 soluto

soluto semel valore bonorum anterioribus, aliquis erat molestiarum finis, sed in actione personali contra hæredem nullus erat molestiis, & vexationibus limes, & tamquam hæredes conventi ignorare potuerunt, quod non obstante adversariorum conatu improbatum remansit; Novissime superadditis aliis documentis non siderunt favorabili sententiæ, sed ex ipsis scripturis occasionem dubiæ fidei desumentes, ut magis ingenue procedendo assolet in
28 materia fructuum restituendorum practicari, & vera, & iusta trepidatio propriorum iurium resultat ad late congesta in *Florent. Legati super fructibus in Causa S. Maria Nuova e Segni* 19 *Iulii* 1724. *cor. Canonic. Gori* prævenerunt declarationem, ipsam restitutionem in integrum deducentes; unde eo congruo tempore intentata est restitutio, quo decuit, & quo debuit, cum qua-
29 driennium non decurrat nisi a die detectæ læsionis, & læsio in casu antea dici nequivit detecta, quam Catharina hæreditaria qualitate sufficienter probata in puncto *Palm. dec.* 142. *num.* 23. „ ibi „ quia tempus non incipit currere nisi a die totaliter de- = tectæ læsionis, & in nostro casu a die solum, quo declara- = retur, Dominam Claudiam fuisse hæredem Domini Equitis = sui Patris, ex qua declaratione læsio resultaret, cum talis aditio = adhuc controvertatur „ innumeros colligit frustra hic non transcribendos *bon. mem. Aud. De Comitib. in addit. ad Rota Florent. de fideicomm. dec. Florent.* 14. *num.* 2. & ultra ibi relatos *b. m. Aud. Bonfin. de iure fideicom. tit.* 3. *disp.* 134. *n.* 30. absque ne-
30 cessitate longioris examinis huius quadriennii, vel quoties agitur de læsione enormissima ut infra demonstrabitur, vel res sit coram Supremo Tribunali, prout concorditer firmant *De Comit. d. addit.* 14. *num.* 11. 12. *Bonfin. d. dissert.* 134. *num.* 32. *dissert.* 137. *num.* 15.

Hinc descendendo ad aliud extremum læsionis, admittebam,
32 eam apparere non posse, nisi constito de asse hæreditario, *De Comitib. dec. Florent.* 92. *n.* 51. atque ad illud firmandum admittebam pariter, probationes inventario æquipollentes requiri, ne nimia æquitas erga hæredem evaderet quoad Creditores elusos iniustitia, iuxta firmata *in Cortonen. Detractionum* 14. *Septembr.* 1731. §. *magis vers. quatenus fol.* 27. *cor. Venturino*; Verum non credidi tam pertinaciter insistendum meræ possibilitati in contrarium, adeout Inventario non confecto, iacta res esset, & extra spem omnem probatio, quasi præsumptio occultationis sit, aut præsumptio iuris, & de iure, aut ob impossibilitatem probandi negativam re ipsa inelidibilis; sic enim argumentando deleri posset ex Edicto remedium Prætorium restitutionis pro læsis ærumnosam hæreditatem adeuntibus, nisi sinceritatis hæredis recipe-

ciperentur probationes, quarum capax est subiecta materia, dummodo tales sint ut omni fraudi, & malitiæ occurratur, quo unice inventarium respicit, hinc minus rigide procedendo varia probationum genera, per quæ Inventarii omissio suppletur admittunt, & congerunt ex recentioribus *Urceol. cons.* 19. *in secunda append. Gob. cons. decis.* 122. *n.* 22. *Sammin. contr.* 48. *n.* 17. *Balducc. ad Ramon. cons.* 50. *sub n.* 123. *vers. & præcise tom.* 1. *Altimar. de nullit. contract. tom.* 7. *rubr.* 1. *par.* 5. *qu.* 44. *n.* 305. *Palm. alleg.* 25. *num.* 43. *Rota nostra apud eumd. dec.* 143. *num.* 37. *plene Rota Roman. cor. Kaunit. dec.* 38. *n.* 8. *et seqq.* 33

Et sane si hæreditas Constantiæ in abstracto consideranda fuisset uti merum muliebre patrimonium, hoc cum ad evitandum turpem quæstum ultra dotem non porrigi præsumatur, nihil Inventarii deficientia noceret ad notum *Text. in Leg. Quintus Martius ff. de donat. int. virum*, & ipsa satis fuissent ad probandum statum capitula, aut instrumentum dotale, absque eo quod trepidandum foret super imaginariis occultationibus, uti in puncto resolvunt *Gob. cons.* 122. *num.* 21. *Samminiat. controv.* 48. *n.* 18. *Fontanel. de pact. nupt. clausul.* 4. *gloss.* 5. *num.* 47. *in fin. Giurb. ad consuet. Messanen. cap.* 9. *gloss.* 5. *n.* 36. *in fin. Altimar. de nullit. contract. tom.* 7. *rubr.* 1. *par.* 5. *qu.* 44. *n.* 303. *egregie Rota apud Samminiat. contr.* 76. *num.* 12. *et cor Falconer. tit.* 18. *de inventar. dec.* 1. *num.* 11. *et coram Ansald. dec.* 310. *num.* 19. *tom.* 3. *et cor. Kaunit. dec.* 38. *num.* 8. *et cor. Molin. decis.* 1038. *n.* 45. *Rota nostr. in Florentina Pecuniaria* 5. *Iunii* 1695. §. *quoniam lib. mot.* 133. *a* 645. *et in Florentina detractionum de Mulinellis* 12. *Maii* 1713 §. *præterea cor. Illustriss. Dom. Aud. Neri Badia lib. mot.* 122. *fol.* 518. 34 35

DECISIO XXXV.

EADEM.

Iisdem die & anno coram eodem.

ARGUMENTUM.

FRuctus ab hærede percepti si ex diverso titulo retineri possunt in restitutione non veniunt, & quando & quomodo veniant in iudiciis restitutoriis.

SUMMARIUM.

1 *Cessat præsumptio, quoties apparet aliunde mulierem alia bona acquisivisse.*
2 *Hæres in iudicio restituturio restituit fructus etiam bona fide preceptos, cum lucrum sentire non debeat.*
3 *Restitutio in integrum nihil operatur quoad ea, quæ non procedunt immediate ex Causa læsionis propter quam datur restitutio.*
